3 1761 04409 4324

HISTOIRE GÉNÉRALE DE PARIS

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS

AU XVe SIÈCLE

PAR

MARCEL FOURNIER

AVOCAT DES FACULTÉS DE DROIT, DE MÉDECINE ET DE PHARMACIE

ET

LÉON DOREZ

ANCIEN MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

ATTACHÉ BIBLIOTHÉCAIRE AU DÉPARTEMENT DES MANUSCRITS DE LA BIBLIOTHÈQUE NATIONALE

TOME SECOND

PARIS

IMPRIMERIE NATIONALE

M DCCC CII

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Ottawa

http://www.archive.org/details/lafacultdedc02four

HISTOIRE GÉNÉRALE DE PARIS

COLLECTION DE DOCUMENTS

PUBLIÉE

SOUS LES AUSPICES DE L'ÉDILITÉ PARISIENNE

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS AU XVe SIÈCLE

L'Administration municipale laisse à chaque auteur la responsabilité des opinions émises dans les ouvrages publiés sous les auspices de la Ville de Paris.

TOUS DROITS RÉSERVÉS.

HISTOIRE GÉNÉRALE DE PARIS

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE L'UNIVERSITÉ DE PARIS

AU XVe SIÈCLE

PAR

MARCEL FOURNIER

AGRÉGÉ DES FACULTÉS DE DROIT, ARCHIVISTE-PALÉOGRAPHE

ET

LÉON DOREZ

ANCIEN MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

SOUS-BIBLIOTHÉCAIRE AU DÉPARTEMENT DES MANUSCRITS DE LA BIBLIOTHÈQUE NATIONALE

TOME SECOND

Petit sceau de la Faculté de Décret, 1393

170158.
4.4.22.

PARIS

IMPRIMERIE NATIONALE

MDCCCCII

LF
2163
A15
t.2

VILLE DE PARIS.

COMMISSION DES TRAVAUX HISTORIQUES

AU 1er DÉCEMBRE 1901.

MEMBRES DE DROIT.

MM. Le Préfet de la Seine.

Le Président du Conseil municipal.

Le Secrétaire général de la Préfecture de la Seine.

Le Directeur administratif des Services de la voie publique, etc.

Le Directeur de l'Enseignement primaire.

L'Inspecteur des Travaux historiques, Conservateur de la Bibliothèque de la Ville de Paris.

MEMBRES NOMMÉS PAR LE PRÉFET.

MM. DELISLE (Léopold), G. O. ✠, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Administrateur général de la Bibliothèque nationale.

GRÉARD (Octave-Joseph-Valéry), G. C. ✠, membre de l'Académie française et de l'Académie des Sciences morales et politiques, vice-recteur de l'Académie de Paris.

DEPASSE (Hector), membre du Conseil supérieur du Travail.

LACOMBE (Paul), vice-président du Comité des Inscriptions parisiennes.

LASTEYRIE (Robert de), ✠, I. ✪, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, professeur à l'École des Chartes.

GUIFFREY (Jules), O. ✠, A. ✪, membre de l'Académie des Beaux-Arts, directeur de la Manufacture nationale des Gobelins.

LABUSQUIÈRE (John), membre du Conseil municipal.

VILLAIN (Georges), ✠, ancien membre du Conseil municipal.

LONGNON (Auguste), ✠, A. ✪, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, professeur au Collège de France.

LISCH (Juste), O. ✠, inspecteur général des Monuments historiques.

COMMISSION DES TRAVAUX HISTORIQUES.

MM. SERVOIS (Gustave), O. ✠, directeur des Archives de France.

HOCHEREAU (Émile), ✠, architecte, ancien conservateur du Plan de Paris.

VIOLLET (Paul), ✠, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, professeur à l'École des Chartes.

TUETEY (Alexandre), ✠, sous-chef de section aux Archives nationales.

TOURNEUX (Maurice), ✠, publiciste.

HÉRON DE VILLEFOSSE, O. ✠, membre de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, conservateur du Musée du Louvre.

LUCIPIA, ancien président du Conseil municipal.

CLAIRIN, ✠, I. ❁, ancien membre du Conseil municipal.

BUREAU.

MM. LE PRÉFET DE LA SEINE, *Président.*

DELISLE, *Vice-Président.*

SERVOIS, *Vice-Président.*

LE VAYER, I. ❁, inspecteur des Travaux historiques, conservateur de la Bibliothèque de la Ville de Paris, *Secrétaire.*

PETRE (Augustin), A. ❁, sous-chef du Service des Travaux historiques, *Secrétaire adjoint.*

RIÉMAIN (Frédéric), rédacteur principal du Service des Travaux historiques, *Secrétaire adjoint.*

LA FACULTÉ DE DÉCRET

DE

L'UNIVERSITÉ DE PARIS AU XVe SIÈCLE.

DÉCANAT DE GUILLAUME DE CORMEILLES.

NOVEMBRE 1434 A JUILLET 1435.

VICE-DÉCANAT DE JEAN JOLIVET.

JUILLET 1435 A NOVEMBRE 1435.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

GUILLELMUS, ABBAS DE CORMELIIS [1].

(F° 171 r°). Anno Domini millesimo cccc xxxiii, die mercurii, decima Novembris, ut moris est, fuerunt convocati omnes doctores regentes ad primam missam, in Sancto Johanne de Hospitali, eadem die, celebratam, post lecturam primam Omnium Sanctorum ad electionem futuri decani et receptoris, qui me, Guillelmum, abbatem Beate Marie de Cormelliis, in decanum sunt continuaverunt. Quo facto, juramentis per me solitis perprius prestitis, immediate etiam continuaverunt reverendum doctorem magistrum Johannem Huberti in sunm receptorem. Et erant pro tunc actu regentes domni doctores et magistri Levinus, Huberti, de Cormelliis. 1434. 10 Novembre.

SEQUUNTUR ACTA IN FACULTATE DEPOST ELECTIONEM DECANI, EODEM ANNO.

Primo, die decima Novembris predicta, comparuerunt bedellus et subbedellus generales Facultatis, attuleruntque ambas virgas argenteas dicte Facultatis proprias, illasque posuerunt in manu decani, supplicando Facultati quatinus placeret eis remittere suos defectus et negligentias, et quod ipsos in officiis haberent re-

[1] Abbaye de Cormeilles (Calvados). Voy. t. I, p. 395.

commandatos. Qui illico retraxerunt se ad partem; et, post deliberationem Facultatis, restitute sunt eis ambe virge, sub conditione quod de cetero melius facerent debitum suum. Et incontinenti juraverunt obedire decano, aliaque juramenta solita fecerunt in manu decani, in presentia Facultatis.

[24 Novembre.] Die mercurii, XXIIII Novembris, post missam Facultatis, supplicavit dominus et magister Pasquerius de Vallibus pro regentia, et fuit admissus ad regentiam, sub tali conditione quod legeret decretalem solempnem in turno suo; et si pro tunc non esset presens, legeret per substitutum, et expensis suis. Et sponte concessit et voluit.

Magister et dominus Livinus Neveline, pro reverendo patre domino abbate Sancte Katerine in Monte Rothomagensi[1], legit solempnem decretalem in festo Nativitatis Domini, pro turno ipsius domini abbatis.

[23 Décembre.] Die jovis, XXIII Decembris, supplicavit reverendus doctor magister Alanus Ky[er]keton pro regentia, post missam Facultatis, in Sancto Johanne de Hospitalli, et fuit admissus sub tali conditione quod ipse legeret decretalem solempnem in festo Pasche proxime venturo, quia fuit absens per annum, etc. Et hoc mera voluntate concessit et voluit.

Et recessit X die Martii, et pro lectura decretalis non sati[s]fecit, nisi pro parte parve quote sibi debite.

[1435. 10 Février.] Die jovis, X Februarii, supplicavit Johannes de Bury pro mutatione hore lecture sue, videlicet quod posset legere in nonis Nostre Domine; et fuit exaudita supplicatio sua in forma.

[24 Mars.] Item, XXIII Martii, in Missa communi Facultatis, post missam, supplicavit reverendus in Christo pater ac dominus abbas Sancte Katerine pro regentia; et quia non fuerat absens per annum, legereque fecerat decretalem in Nativitate Domini ultimo preterita, fuit admissus simpliciter et sine conditione.

Item, XXIII Martii die, supplicavit magister Jacobus Barre pro mutatione hore lecture sue, videlicet quod posset legere in nonis Beate Marie; et fuit exaudita supplicacio sua in forma.

[31 Mars.] Item, reverendus doctor et dominus Johannes Joliveti, ultima dei Martii, supplicavit pro regentia, et fuit admissus illico ad regentiam utillem, dum tamen vellet accipere honus legendi decretalem solempnem Pentecostes, quia fuerat

[1] Abbaye de Sainte-Catherine-du-Mont, commune de Blosseville-Bonsecours (Seine-Inférieure).

absens per annum et ultra; quod sponte promisit et acceptavit. Item, promisit adhibere omnem diligentiam recuperandi librum de pergameno Facultatis, ut de cetero inscribantur in eo acta Facultatis. — Traditus est mihi, decano, per Facultatem.

Item, reverendus doctor et dominus Johannes Huberti legit decretalem *Omnis utriusque sexus*[1] in vigillia dominice Ramorum, pro turno suo. [9 April.]

Item, die XXVIII Aprilis, supplicavit Facultati, post missam in Sancto Johanne, frater Guido de Vatetot, prior de Genevilla[2], religiosus Gemeticensis[3], pro et nomine Guillelmi Alixandre, heredis magistri Johannis Filleul, defuncti, licentiati in legibus et bachalarii in decretis, quatinus Facultas vellet testificari quod, pro annis Domini M CCCC XXVI, [M CCCC] XXVII, [M CCCC] XXVIII et [M CCCC] vicesimo nono, ipse predictus defunctus pro tunc erat scolaris studens in predicta Facultate, sub bone memorie domino Johanne, abbate tunc Sancti Taurini[4], Ebroicensis dyocesis, et deinde Sancti Mauri[5]. Quod concessum fuit, dum tamen faceret fidem Facultati. Et illico concessum fuit quod ego, decanus, examinarem testes coram me productos. Quos quidem examinavi post juramentum prestitum. [8 April.]

Sane sequuntur nomina testium coram me productorum, XXIX die Aprilis. [29 April.]

Primo, dominus Guillelmus, abbas Sancti Salvatoris[6], Constantiensis dyocesis; magistri Petrus Vastel, licentiatus in decretis et magister in artibus, curatus Sancti Quintini de Allouvilla[7], Rothomagensis dyocesis; Johannes Carretier, licentiatus in decretis et magister in artibus, curatus Sancti Jacobi de Novocastro[8], Rothomagensis dyocesis; Egidius de Noa, magister in artibus et bachalarius in decretis, Ebroicensis dyocesis.

Qui quidem omnes concorditer deposuerunt quod, pro tempore predicto, predictus Filleul fuit et erat verus scolaris, residens in hac villa Parisiensi et frequentans scollas, et pro tali communiter habebatur ab omnibus. Quare data fuit littera testimonialis sigillata sigillo decanatus, ex precepto Facultatis, etc.

(F° 171 v°). Item, reverendus doctor et dominus magister Johannes Joliveti legit decretalem *Majores, de baptismo*[9], in vigilia Pentecostes, non pro turno suo, sed secundum statuta Facultatis, quia fuerat absens fere per triennium. Anno Domini M CCCC XXXV, fuit lecta. Et pro turno reverendus doctor Pasquerius de Vallibus debet legere in Nativitate Domini proxima sequenti. [4 June.]

[1] *Decretales Gregorii IX*, V, 38, cap. 12.

[2] Genneville (Seine-Inférieure).

[3] Abbaye de Jumièges (Seine-Inférieure).

[4] Abbaye de Saint-Taurin, à Évreux (Eure).

[5] Saint-Maur-les-Fossés (Seine). Voy. *Gallia Christiana*, t. XI, p. 629.

[6] Abbaye de Saint-Sauveur-le-Vicomte (Manche). Sur Guillaume le Révérend, voy. *Gallia Christiana*, t. XI, p. 945.

[7] Allouville-Bellefosse (Seine-Inférieure).

[8] Neufchâtel-en-Bray (Seine-Inférieure).

[9] *Decretales Gregorii IX*, III, 42, cap. 3.

[5 Juillet.] (F° 172 r°). Anno Domini MCCCCXXXV, die V mensis Julii, reverendus pater ac dominus, dominus Guillelmus, abbas Beate Marie de Cormelliis, doctor regens Parisius, in veneranda Facultate decretorum, ab hac civitate Parisiensi recessit.

[7 Juillet.] Et, die jovis sequente, que fuit septima ejusdem mensis, post missam in Sancto Johanne de Hospitali, hora consueta, celebratam, ego, Johannes Joliveti, per dominos ejusdem Facultatis, illo tunc presentes, videlicet, per dominum Levi(ni)num Levenine, per dominum abbatem Sancte Katherine in Monte Rothomagensi, et per dominum Johannem Huberti, illo tunc actu regentes Parisius, in predicta Facultate, in decanum fui electus, in absentia predicti domini decani. Et prima die qua recessit predictus decanus, reverendus dominus meus magister Johannes Huberti, ejusdem Facultatis receptor, nichil debebat Facultati, sed de omnibus per ipsum receptis pro et nomine Facultatis, remansit quitus.

Johannes Joliveti.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

3. BACCALAURÉATS.

De Cormellis.

(F. 172 r°). Sequuntur nomina admissorum ad gradum baccalariatus de post festum Omnium Sanctorum, anno Domini M CCCC XXXIV.

v Januarii..... Primo, die v Januarii, fuerunt admissi Ricardus Faignet et Johannes de Bury, mag. in art., et fecit harengam suam Ricardus Faignet die XVIII Januarii, et Johannes de Buri fecit ultima die Januarii. [1435 Janvier-Juin.

XII Januarii..... Item, die mercurii, XII Januarii, fuerunt admissi Yvo Doulas, mag. in art., frater Guillelmus Johannou, ord. S. Benedicti, Philippus Rebardi, presbyter, Johannes Gastoing, presbyter; et fecerunt harengam suam die XXIII Januarii predicti Philippus Rebaldi et Johannes Gastoing; et Yvo Doulas et frater Guillelmus Johannou, ord. S. Benedicti, fecerunt suam harengam XXVI Januarii.

XXI Februarii.... Mag. Nicolaus de Haqueville, mag. in art., fuit admissus die lune, XXI die Februarii, et fecit harengam suam die III Martii.

III Martii..... Item, Jacobus Barre, mag. in art., fuit admissus III die Martii, et fecit harengam suam die XVIII Martii.

X Martii..... Item, X die Martii, fuerunt admissi Poncius Dautie (Dautie?), Guillelmus Fumée, mag. in art., et fecerunt harengam suam die XVIII Martii.

IX Aprilis..... Item, die IX sabbati Aprilis, ante Pascha, fuit admissus Anselmus Galli, mag. in art., et fecit harengam suam die XXVII Aprilis, post Pasca.

V Maii..... Item, V die Maii, fuit admissus dom. Ricardus de Ouvilla, [curatus B. Marie de Surevilla [Constantiensis dyoc., et] fecit harengam suam die XIII Maii.

[1] Aucune mention. — [2] Aucune mention. — [3] Surville (Manche).

XII Maii. . . . . Item, XII die Maii, fuit admissus Radulfus Le Paumier, Baiocensis dyoc., sub duabus conditionibus : prima, quod non inciperet lecturam usque ad biennium, et quod non faceret propositum et harengam, nisi perprius visitarentur per suum doctorem; et fecit harengam suam die II Jugnii.

XVIII Maii. . . . . Item, die XVIII Maii, fuit admissus Ricardus Lucratoris, mag. in art., Baiocensis dyoc., et fecit harengam suam die II Jugnii.

IX Junii . . . . . Item, die IX Jugnii, fuerunt admissi Eustachius Lienlier, mag. in art., et in jure civili lic., oriundus de Parisius, et Robertus Jabin, Carnotensis dyoc.; et fecit harengam suam, die XV predicti mensis, predictus Lieulier, et predictus Jabin, XXI Jugnii.

XV Junii. . . . . Item, XV die Jugnii, fuerunt admissi ad bachalariatum Guillelmus Macheti, Remensis dyoc., et Johannes de Leinsoliis, Lingoniensis dyoc., et fecerunt harengam suam, videlicet, predictus Johannes XXII Jugnii, et prefatus Guillelmus[1].

(F° 172 v°). SECUNTUR NOMINA ADMISSORUM AD GRADUM BACCALARIATUS A DIE V MENSIS JULII ANNI DOMINI MCCCCXXXV[2].

[1435. Août-Septembre.]

XIII Augusti. . . . . Primo, die XIII Augusti anni supradicti, Johannes Dantet, in art. mag., Leonensis[3] dioc., et Robertus Sutoris, presbiter Rothomagensis dioc., fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, sub tali conditione tamen, quod, ab hac die usque ad annum, non a[d]mitterentur ad lecturam; et fecerunt harengas suas XVIII Augusti anni predicti.

XXII Septembris. . . Claudius de Castronovo, clericus Vivariensis dioc., fuit admissus ad gradum bachalariatus, XXII mensis Septembris anni predicti.

XXIV Septembris . . Johannes Alardoti fuit admissus ad gradum bachalariatus, XXIII mensis Septembris.

Isti duo fecerunt harengam suam insimul XX(X)VII ejusdem mensis.

---

4. HARANGUES[4].

[1] La mention est incomplète dans le manuscrit.

[2] Malgré la date indiquée au titre du paragraphe, nous ne trouvons pas d'admission au baccalauréat avant le 13 août.

[3] Diocèse de Saint-Pol-de-Léon.

[4] Aucune mention spéciale, puisque les jours des harangues sont indiqués en même temps que l'admission au baccalauréat.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

Guillelmus, abbas de Cormellis.

(F^t 168 r°). Declarantur hic nomina bachalariorum incipientium lecturam suam in crastinum S. Dyonisii, in nonis B. Marie, anno Domini M CCC XXXIV.

Primo, relig. vir frater Guido de Vatetot, prior de Genevilla (voy. p. 3), ord. S. Benedicti, Rothomagensis dyoc., incipiet VI librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Michaelis, et hoc pro quarto anno et quarto vol. 1434. Octobr.

Egidius Rapiout incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Marie, et hoc pro quarto anno et quarto vol.

Reginaldus Odonis, rector ecclesie parroch. B. Remigii de Gourrello [1], Rothomagensis dyoc., mag. in art., incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Eustachii, in quibus legit rev. doctor mag. Johannes Huberti, actu regens, et hoc pro quarto anno et quarto vol.

Nicolaus Prevostelli (voy. t. I, p. 406, 424), curatus S. Macuti [2] et canonicus B. Melloni de Pontisara [3], Rothomagensis dyoc., incipiet IV librum Decretal., supra secundas scollas Facultatis decretorum, in quibus legit rev. doctor Livinus, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

Johannes de Pompaincourt, de Ambianis, incipiet VI librum [Decretal.], in scollis inferioribus, ad Ymaginem S. Martini, in quibus legit abbas de Cormelliis, et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Johannes Anfrie, alias Dasnieres, subdyaconus Rothomagensis dyoc., curatus ecclesie parroch. B. Martini de Blacuria [4], Belvacensis dyoc., incipiet I librum Decretal. in scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem B. Eustachii, et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Radulfus Hugon (Lugon, voy. t. I, p. 493), presbyter et mag. in art., et curatus ecclesie parroch. S. Martini de Omanvilla [5], Baiocensis dyoc., incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Katherine, et hoc pro tertio anno et tertio vol

Philippus Lulier, mag. in art., incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

Nicolaus de Montegny, de Senonis, incipiet VI librum Decretal., in scolis primis superioribus, ad intersignium Scuti Britannie, et hoc pro quarto anno et quarto vol.

Leobinus Belot, Carnotensis dyoc., incipiet III librum Decretal., in scolis posterioribus supra, ad Ymaginem B. Eustachii, et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Egidius de Fleuri, mag. in art., incipiet VI librum Decretal., in secundis scolis inferioribus Facultatis, in quibus legit rev. doctor mag. Livinus, et hoc pro quarto anno et quarto vol.

[1] Le Gourel, c^ne de Brachy (Seine-Inférieure).
[2] Saint-Maclou-de-Folleville ou Saint-Maclou-la-Brière (Seine-Inférieure) ?
[3] Pontoise (Seine-et-Oise).
[4] Blacourt (Oise).
[5] Osmanville (Calvados).

Nobilis vir Dyonisius de Clamecy incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Jacobi, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

Nobilis vir Nicolaus de Pillays, mag. in art., curatus parroch. ecclesie de Robertot[1], Rothomagensis dyoc., in primis scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem B. Marie, incipiet III librum Decretal., et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Relig. vir frater Stephanus Lohier, mag. in art., prior prioratus S. Victurii in suburbiis[2], Cenomanensis [dyoc.], incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, ubi consuevit legere rev. doctor mag. Pasquerius de Vallibus, et hoc pro quarto anno et quarto vol.

Nobilis vir Johannes de Blandecque, mag. in art., incipiet I librum Decretal., in scolis collegii de Dormanno, in quibus legere consuevit rev. in Christo pater et dominus, dom. abbas S. Katherine, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

Albinus Picquenot, curatus ecclesie parroch. B. Marie de Thevilla[3], Constantiensis dyoc., incipiet VI librum Decretal., in majoribus scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

Martinus Picrate, de Atrebato, mag. in art., incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Cathedre, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

Guillelmus Le Blicquere, presbyter Morinensis dyoc., mag. in art., incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Barbare, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

Nicasius Viche (voy. t. I, p. 425), presbyter Morinensis dyoc., et mag. in art., incipiet V librum Decretal., in primis scolis anterioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro quinto anno et quinto vol.

Philippus Monachi, mag. in art., incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium S. Hylarii, et hoc pro secundo anno et secundo vol. [4].

Guillelmus, abbas de Cormelliis.

(F° 198 V°). Sequuntur nomina incipientium lecturam suam post primam legibilem, in crastinum S. Dyonisii, anno Domini M CCCC XXXIIII, in nonis B. Marie.

[Octobre 1434-Mars 1435.] Petrus Stephani, curatus parroch. ecclesie de Mantevilla Lesneval[5], Rothomagensis dyoc., mag. in art., incipiet II librum Decretal., in parvis scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Christofori, et hoc pro quinto anno et quinto vol. (Voy. t. I, p. 425.)

Discr. vir Ymbertus Dominici, rector parroch. ecclesie S. Eutropii (voy. t. I, p. 423) Auraycensis[6], canonicus S. Sepulcri Parisius, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, et hoc pro sexto anno et sexto vol.

Nicolaus Lermine, nobilis et religiosus, Macloviensis dyoc., prior prioratus S. Melanii de Lamballia[7], incipiet IV librum Decretal., in scolis secundis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro secundo anno et secundo vol., die XIX Octobris.

Frater Ricardus Philiberti, ord. Premonstratensis, curatus parroch. ecclesie S. Petri de Cloue[8], Lexoviensis dyoc., incipiet III librum Decretal., in secundis scolis anterioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro tertio anno et tertio vol., die XXV Octobris.

[1] Robertot (Seine-Inférieure).

[2] Prieuré de Saint-Victeur, au Mans (Sarthe).

[3] Théville (Manche).

[4] Cedula *mag. Jacobi de Cruce* scripta est in foliis ante istud folium. (Voy. t. I, p. 407.)

[5] Motteville-les-Deux-Clochers (Seine-Inférieure).

[6] Orange (Vaucluse)?

[7] Lamballe (Côtes-du-Nord).

[8] Saint-Pierre-de-Cantaloup (Calvados)?

Discr. vir Ricardus de Monasterio, Constantiensis dyoc., mag. in art., incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Crescentis, et hoc pro secundo anno et secundo vol., die XXIX Octobris.

Discr. vir Reginaldus Le Cave, mag. in art., rector parroch. ecclesie S. Severi de Pratellis [1], Baiocensis dyoc., incipiet I librum Decretal., in secundis scolis Facultatis, supra, a parte posteriori, et hoc pro secundo vol. et secundo anno, VI die Novembris.

Discr. vir Johannes de Parenti, mag. in art., curatus alterius portionis parroch. ecclesie de Novoburgo [2], Ebroicensis dyoc., incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Campanie, et hoc pro tertio anno et tertio vol., XIII Decembris.

Petrus Galie (Galis? voy. t. I, p. 425), de Parisius, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti S. Johannis Jherosolimitani, et hoc pro secundo anno et secundo vol., XIII Decembris.

Discr. vir Thomas de Catis, Constantiensis dyoc., mag. in art., incipiet VI librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem B. Petri Celestini, et hoc pro quarto anno et quarto vol., XX die Decembris.

Johannes Rousselli, curatus parroch. ecclesie de Longo Vico [3], Rothomagensis dyoc., incipiet II librum Decretal., ad intersignium Cathedre, in scolis secundis superioribus, et hoc pro tertio anno et tertio vol., XXIII die Decembris. (Voy. t. I, p. 410.)

Ricardus Faignet, mag. in art., Baiocensis dyoc., incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, in quibus legit rev. doctor mag. Alanus Ky[er]keton, et hoc pro primo anno et primo vol., XXI die Januarii. (1435)

Philippus Ribardi (Rebaldi, p. 5), presbyter Cenomannensis dyoc., curatus B. Marie de Alenconio [4], Sagiensis dyoc., incipiet I librum Decretal., in primis scolis superioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol., XXIX die Januarii.

Johannes de Bury, mag. in art., incipiet III librum Decretal., in scolis anterioribus secundis, supra ad Ymaginem B. Petri Celestini, et hoc pro primo anno et primo vol., XXI die Februarii.

Discr. vir Nicolaus de Haquevilla, mag. in art., incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Thomas F[r]ene, et hoc pro primo anno et primo vol., X die Martii.

Jacobus Barre, Turonensis dyoc., incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Katherine et hoc pro primo anno et primo vol., XXVII die Martii.

Frater Johannes de Reviers (Beniers?), presbyter Constantiensis dyoc., ord. S. Benedicti, incipiet III librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem S. Michaelis, et hoc pro primo anno et primo vol., XXVIII die Martii.

Poncius Dantie, mag. in art., Baiocensis dyoc., incipiet III librum Decretal., in secundis scolis superioribus, ad intersignium Scuti Britannie, et hoc pro primo anno et primo vol., die XXVIII Martii.

Guillelmus, abbas de Cormellis.

(F° 169 v°). Sequitur vera declaratio incipientium lecturam suam in crastinum S. Dyonisii, anno Domini M CCCC XXXIV, in nonis B. Jacobi.

Primo, per rev. dom. et doctorem mag. Johannem Huberti, fuit recepta cedula sigillata, ut mihi retulit, sigillo ven. dom. mag. Livini, egregii doctoris, et per ipsum sigillo Facultatis sigillata, que est talis : (1434-Octobre-Novembre)

[1] Préaux (Calvados).
[2] Le Neubourg (Eure).
[3] Longuerue (Seine-Inférieure).
[4] Alençon (Orne).

Discr. vir Jacobus Ulancken (voy. t. I, p. 419), clericus Tornacensis dyoc., mag. in art., incipiet v librum Decretal., in secundis scolis Facultatis inferioribus, ubi legit rev. dom. doctor mag. Livinus, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

Philippus Bouron, dyaconus Suessionensis dyoc., canonicus ecclesie S. Honorati Parisiensis, incipiet II librum Decretal., in scolis secundis superioribus, a parte posteriori, ad Ymaginem B. Marie, et hoc pro tertio anno et principio quarti vol.

Johannes Houselli, canonicus prebende ecclesie Senonensis et curatus ecclesie S. Petri de Novocastro[1], Rothomagensis dyoc., incipiet v librum Decretal., in scolis posterioribus et superioribus, ad intersignium Scuti Britannie, et hoc pro quinto anno et quinto vol.

Stephanus de Montegny, de Senonis, incipiet IV librum Decretal., in scolis primis superioribus, ad intersignium Scuti Britannie, et hoc pro quarto anno et quarto vol.

Stephanus Symerel (voy. p. 39), presbyter et mag. in art., curatus ecclesie parroch. N. Domine de Synityaraco (Syvityaraco?)[2], Parisiensis dioc., incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Radulfus Dargouges, mag. in art. et bac. in dec., curatus ecclesie parroch. N. Domine de Grandivilla[3], pro majori portione, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Eustachii, in quibus legit rev. doctor mag. Johannes Huberti, et hoc pro quarto anno et quarto vol.

Jacobus Leporis, presbyter et curatus ecclesie parroch. de Bernevilla[4], Constantiensis dyoc., et mag. in art., incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Martini, et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Jacobus des Haies, subdiaconus et mag. in art., curatus ecclesie parroch. S. Georgii de Pennapice[5], Lexoviensis dyoc., incipiet III librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem S. Eustachii, et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Guillelmus Bignon, presbyter, rector parroch. ecclesie de Argenthonio[6], Sagiensis dyoc., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Marie, incipiet III librum Decretal., et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Ricardus Viart, presbyter et mag. in art., curatus ecclesie parroch. de Derseigny[7], Rothomagensis dyoc., in primis scolis anterioribus, supra, ad intersignium Equi Rubei, incipiet Clementinas, et hoc pro tertio anno et complemento tertii vol.

Johannes Pommacloy, presbyter Remensis dyoc., mag. in art., incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus et anterioribus, ad Ymaginem N. Domine, et hoc pro quarto anno et quarto vol.

Guillelmus de Hericourt, Morinensis dyoc., mag. in art., incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus ad intersignium Cathedre et hoc pro quarto anno et quarto vol.

Frater Johannes Maulduit, presbyter, de Autissiodoro, mag. ecclesie B. Marie de Bona Domo[8], juxta Compendium, ord. Grandimo[n]tensis, Suessionensis dyoc., incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Crescentis, et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir Petrus Fassier, curatus parroch. ecclesie S. Salvii[9], Rothomagensis dyoc., canonicus ecclesiarum cathedralium Autissiodorensis et Nivernensis, mag. in art., incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus B. Thome, et hoc pro tertio anno et tertio vol.

(1) Neufchâtel (Seine-Inférieure).
(2) Saintry (Seine-et-Oise)?
(3) Granville (Manche).
(4) Besneville (Manche).
(5) Pennedepie (Calvados)?
(6) Argentan (Orne).
(7) Derchigny (Seine-Inférieure).
(8) Les Bonshommes, commune de Choisy-au-Bac (Oise).
(9) Saint-Saire (Seine-Inférieure).

Petrus Honel, mag. in art., Ebroicensis dyoc., incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus B. Hylarii, et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir dom. Guillelmus de Bosco, curatus majoris portionis ecclesie parroch. S. Petri de Longolio in Calleto [1], Rothomagensis dyoc., incipiet II librum Decretal., in scolis posterioribus, ad Ymaginem S. Eustachii, et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir Johannes Juliane, curatus alterius portionis parroch. ecclesie S. Marguarite de Duceyo [2], Baiocensis dyoc., incipiet VI librum Decretal., in scolis superioribus et anterioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, et hoc pro quarto anno et quarto vol.

Johannes Quesdat, mag. in art., incipiet I librum Decretal., in secundis scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol.

Johannes Amici, mag. in art., incipiet I librum Decretal., in magnis scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol.

Franciscus de Vaccaria, Morinensis dyoc., mag. in art., incipiet II librum Decretal., in scolis secundis posterioribus, supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro quinto anno et quinto vol., XIII die Novembris.

Discr. vir Johannes Blondelli, Baiocensis dyoc., incipiet III librum Decretal., in secundis scolis superioribus, ad intersignium Cathedre, et hoc pro primo anno et primo vol., XXVII die Novembris.

Guillelmus, abbas de Cormellis.

(F° 170 r°). In nomis B. Jacobi, pro anno Domini M CCCC XXXIIII.

Dyonisius de Villetta, mag. in art., incipiet II librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scollas Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol., die V Januarii. (1435. Janvier-Mars.)

Johannes Turmelli, curatus ecclesie parroch. S. Petri de Asneriis [3], Lingoniensis dyoc., incipiet III librum Decretal., in secundis scollis Facultatis superioribus, a parte posteriori, et hoc pro tertio anno et tertio vol., XXVII die Januarii.

Johannes Gastoing, presbyter Baiocensis dyoc., curatus B. Marie de Superaquam [4], Cenomannensis dyoc., incipiet III librum Decretal., in secundis scollis anterioribus, supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol., XXIX die Januarii.

Frater Guillelmus Johannon, ord. S. Benedicti et monasterii S. Crucis de Kemperelle [5], Cor[i]sopitensis dyoc., incipiet I librum Decretal., in scollis inferioribus, ad intersignium Scuti Britannie, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Thomas F[r]ene, et hoc pro primo anno et primo vol., XXIX die Januarii.

Ricardus Vyart, presbyter et mag. in art., curatus ecclesie parroch. de Dersegny (voy. p. 10), Rothomagensis dyoc., incipiet II librum Decretal., ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro tertio anno et quarto vol., XXXI die Februarii.

Robertus des Devises, presbyter, curatus ecclesie parroch. B. Johannis de Essarteriis [6], Baiocensis dyoc., incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus et anterioribus primis, ad Ymaginem B. Petri Celestini, et hoc pro secundo anno et secundo vol., XXI die Martii.

Guillelmus Fumée, curatus S. Sansonis de Plumetot [7], mag. in art., Constantiensis dyoc.,

[1] Longueil (Seine-Inférieure).
[2] Ducy-Sainte-Marguerite (Calvados).
[3] Asnières (Côte-d'Or).
[4] Notre-Dame-sur-l'Eau, paroisse de Domfront (Orne).
[5] Abbaye de Sainte-Croix de Quimperlé (Finistère).
[6] Saint-Jean-des-Essartiers, canton d'Aunay (Calvados).
[7] Plumetot (Calvados).

incipiet IV librum Decretal., in primis scolis superioribus, ad intersignium Cathedre, et hoc pro primo anno et primo vol., XXVIII die Martii.

Egidus de Ulmis, Noviomensis dyoc., mag. in art., incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Barbare, et hoc pro primo anno et primo vol.

(F° 168 v°). SEQUUNTUR NOMINA INCIPIENTIUM LECTURAM SUAM POST PASCHA. ANNO DOMINI M CCCC XXXV, IN NONIS B. MARIE.

[1435. Mai.] Primo, Johannes Johannis, presbyter, curatus ecclesie parroch. de Sancto Don ano [1], Briocensis dyoc., mag. in art., incipiet I librum Decretal., in primis scollis superioribus, ad intersignium Cathedre, et hoc pro tertio anno et pro tertio vol., IV die Maii.

Hugo Massue, mag. in art., incipiet II librum Decretal., in scollis inferioribus ad Ymaginem B. Johannis Baptiste, in quibus legit rev. pater et dom. abbas S. Katherine, et hoc pro quarto anno et quarto vol., XIIII die Maii.

Discr. vir Nicolaus Prevostelli, presbyter, curatus ecclesie parroch. S. Machuti (voy. p. 7), et canonicus S. Melloni de Pontisara, Rothomagensis dyoc., incipiet III librum Decretal., supra secundas scollas Facultatis decretorum, in quibus legit rev. doctor mag. Livinius Neveline, et hoc pro tertio anno et quarto vol., XXVI die Maii.

DE CORMELIIS.

(F° 169 r°). IN NONIS B. MARIE, POST PASCHA. ANNO DOMINI M CCCC XXXV.

[1435. Juin-Septembre.] Johannes Tabernarii, presbyter, de Rothomago, mag. in art., curatus ecclesie parroch. de Boyssay [2], Rothomagensis dyoc., resumet lectiones suas in primo capitulo rubrice *De testibus cogendis* [3], in scollis superioribus, a parte posteriori, ad Ymaginem S. Michaelis, et hoc pro sexto anno et complemento tertii vol., die II mensis Junii.

Ricardus Lucratoris, mag. in art., curatus B. Marie de Bellone [4], Constantiensis dyoc., incipiet IV librum Decretal., in scollis primis posterioribus, supra, ad Ymaginem B. Marie, et hoc pro primo anno et primo vol.

(F° 171 v°). Johannes Mardoti, presbyter, canonicus S. Honorati Parisiensis, mag. in art. et bac. in dec. Parisius, die XXVIII mensis Septembris anni Domini M CCCC XXXV, incepit IV librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scolas Facultatis, in nonis B. Marie, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue.

(F° 170 r°). SEQUUNTUR NOMINA INCIPIENTIUM LECTIONES SUAS IN NONIS B. JACOBI. ANNO DOMINI M CCCC XXXV, IN MENSE APRILIS, POST PASCHA.

[1435. Avril-Juin.] Primo, Nicolaus Pouete, mag. in art., incipiet IV librum Decretal., in scollis anterioribus tertiis, supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol., XXVI die Aprilis.

Thomas Cabuc, presbyter Rothomagensis dyoc., mag. in art., incipiet V librum Decretal., in scollis posterioribus, supra, ad Ymaginem S. Michaelis, et hoc pro quinto anno et quarto vol., penultima die Maii.

Discr. vir Philippus Bouron, canonicus ecclesie Laudunensis, incipiet Clementinas, in secundis scollis superioribus, a parte posteriori, ad Ymaginem B. Marie Virginis, et hoc pro tertio anno et complemento quarti vol., die II mensis Junii.

[1] Saint-Donan (Côtes-du-Nord).
[2] Boissay (Seine-Inférieure).
[3] *Decretales Gregorii IX*, II, 21.
[4] Beslon (Manche).

Diser. vir Petrus Fussier, presbyter, de Nivernis, curatus ecclesie parroch. S. Salvii (*voy.* p. 10), Rothomagensis dyoc., canonicus ecclesiarum cathedralium Autissiodorensis et Nivernensis, mag. in art., incipiet Clementinas in scolis inferioribus B. Thome, et hoc pro tertio anno et complemento tertii vol., VIII die Junii.

Johannes de Leinsoliis (Leusoliis?), presbyter Lingoniensis dyoc., curatus ecclesie parroch. de Silvervilla [1], Rothomagensis dyoc., incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, et hoc pro primo anno et primo vol.

Robertus Jabin, Carnotensis dyoc., incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Katherine, et hoc pro primo anno et primo vol., XXVIII die Junii [2].

(F° 171 v°). SECUNTUR NOMINA BACALARIORUM LECTIONES SUAS INCIPIENTIUM IN NONIS B. JACOBI, A VII DIE MENSIS JULII ANNI DOMINI M CCCC XXXV.

[1435. Juillet-Septembre.

Diser. vir Guillermus Grandis, presbiter, curatus ecclesie parroch. S. Martini de Espineto Tessonis [3], Baiocensis dioc., et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Christofori, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Anno Domini M CCCC XXXV, die XX Julii.

Yvo Doulas, clericus Corisopitensis dyoc., mag. in art., incipiet I librum Decretal., in scolis primis posterioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro primo anno et primo vol. lecture sue, die XXIII Julii, anno predicto.

Petrus Honel, mag. in art. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet Clementinas, in scolis inferioribus B. Hylarii, et hoc pro secundo anno et complemento secundi vol. lecture sue, die XXVIII mensis Julii anno predicto.

Guillelmus Machueti, clericus Remensis dioc., mag. in art. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis Belvacensibus, in quibus legere consuevit ven. circumspectionis vir dom. Johannes Huberti, actu regens Parisius in predicta Facultate, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXXV, die VI mensis Augusti.

Egidius de Ulmis, clericus Noviomensis dioc., mag. in art. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Barbare, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XXXV, die VIII mensis Augusti.

Petrus Loyr, presbyter, Leodiensis dioc., curatus de Sanavilla [4], Rothomagensis [dyoc.], bac. in dec. Parisius, die XXVIII mensis Septembris, anno Domini M CCCC XXXV, incepit IV librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scolas, et [hoc] pro primo anno et primo vol. lecture sue.

Claudius de Castronovo IV librum Decretal., in nonis B. Jacobi, incepit, in secundis scolis posterioribus, supra, ad intersignium Equi Rubei, pro primo anno et primo vol., die XXVIII Septembris, anno [M CCCC] XXXV.

[1] Sierville (Seine-Inférieure).

[2] Le fol. 170 v° du manuscrit est blanc.

[3] L'Épinay-Tesson, c^on de Cartigny (Calvados).

[4] Senneville (Eure).

DÉCANAT DE LIVIN NEVELIN.

NOVEMBRE 1435 À MAI 1436.

VICE-DÉCANAT DE JEAN DE COURCELLES.

MAI 1436 À NOVEMBRE 1436.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

[1435. 10 Novembre.] (F° 177 v°). Die jovis, decima Novembris, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, fuerunt domini mei doctores convocati per cedulam, in Sancto Johanne Jherosolimitano, ad eligendum novum decanum et receptorem. Et illa die, ego, Livinus Neveline, decretorum doctor, actu regens in eadem Facultate, electus fui et nominatus in decanum ejusdem Facultatis; et dominus Johannes Huberti, consimiliter regens in ipsa Facultate, et tunc officialis curie Parisiensis, electus fuit in receptorem; et fuit dicta electio facta concorditer per omnes dominos doctores tunc regentes et presentes, nemine contradicente.

LIVINUS.

[1436. 23 Janvier.] (F° 176 r°). Die lune, vicesima tertia Januarii anni prenominati, fuit apertum examen et continuatum usque ad dien veneris decimam septimam Februarii, et illa die fuit clausum, et fuerunt omnes admissi indifferenter.

[26 Janvier-29 Mars.] (F° 176 v°). Dominus Johannes de Courcellis presentavit se pro gradu doctoratus in Facultate decretorum recipiendo, XXVI Januarii anni Domini millesimi CCCC XXXV, qui per dominos doctores ejusdem Facultatis concorditer extitit admissus.

Postea, XII Martii ejusdem anni, visitaverunt domini doctores birreta in prandio solempni, et placuerunt.

Demum, XIX ejusdem mensis, visitaverunt prefati domini collegium Lexoviense, in quo faciendum erat prandium, et placuit.

Deinde, XX[V]us ejusdem mensis, vesperiis celebratis, incepit in dicta Facultate,

antepenultima ejusdem mensis, sub venerando in Christo patre domino Pasquerio de Vallibus, episcopo Meldensi. Quo die, post prandium finitum, dominis placuit prandium factum, et eum ad regentiam admiserunt.

(F° 176 r°). LIVINUS. — SEQUITUR DISPOSITIO TOTALIS LICENTIE FACTE ANNO DOMINI MILLESIMO QUADRINGENTESIMO TRICESIMO QUINTO, ANTE PASCHA.

Postmodum vero, die martis post dominicam in qua cantatur in ecclesia Dei « Invocavit »[1], que fuit vicesima quinta mensis Februarii, fuerunt omnes, sic examinati et admissi, domino cancellario venerabilis ecclesie Parisiensis, in aula domus sue habitationis, per me, Livinum Nevelinc, decanum dicte Facultatis, habita collatione, ut moris est, presentati, in quodam rotulo clauso et sigillato sigillo mei decani ac ceterorum dominorum tunc regentium, et alio rotulo aperto, in quo, prout in clauso, erant nomina et cognomina dictorum licentiandorum. Qui quidem dominus cancellarius dictos rotulos gratiose recepit, et respondit mihi quod solempniter proposueram coram eo, et quod, ex quo mater sua Facultas reputabat ipsos in dicto rotulo sic presentatos, sullicientes et ydoneos et licentia dignos, quam citius posset ad ipsam licentiam vocaret et licentiaret, ut moris est. 25 Février.

Deinde, die decima nona mensis Martii, dictus dominus cancellarius, hora quasi tertia, post prandium, vocavit omnes licentiandos per signeta, ut in crastinum, hora nona, comparerent in aula domini episcopi Parisiensis, ad licentiam recipiendam. 19 Mars.

Qui quidem licentiandi, illa die, videlicet vicesima Martii, omnes comparuerunt, dempto magistro Nicolao Provostelli, et, tradito rotulo per magistrum Gaufridum Guillier, magistrum in theologia, per dictum dominum cancellarium ad licentiam faciendam deputatum, magno bedello Facultatis, omnes vocati fuerunt ordine sequenti, et, solempnitatibus adhibitis, ac juramentis fieri solitis et consuetis per ipsos prestitis, licentiam a prefato magistro Gaufrido receperunt, in absentia magistri Johannis Chuffart, cancellarii pretensi. Qui quidem ordo sequitur et est talis[2]. 20 Mars.

(F° 176 v°). Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, die martis post Pascha, videlicet decima Aprilis, Facultas decretorum fuit per cedulam, ut moris est, convocata et congregata in Sancto Johanne Jherosolimitano, ad audiendum aliqua concernentia honorem Facultatis. Quibus dominis doctoribus 10 Avril

[1] Introït et désignation du premier dimanche de Carême. — [2] Voy. plus loin, p. 18.

sic congregatis, ego, Livinus, decanus, exposui qualiter magister Pasquerius de Vallibus, decretorum doctor, episcopus Meldensis, impetravit a rege quemdam casum novitatis contra Facultatem decretorum ac bedellos, pro eo, quia Facultas non tradidit sibi quotam sibi supervenientem, ut dicebat, ex bursis bachalariorum et licentiandorum; etiam quia bedelli dicte Facultatis, in omnibus congregationibus, tam Universitatis quam Facultatis, hac aliis agendis Facultatis, non insinuaverunt sibi ipsas congregationes in domo domini cancellarii, ubi moram trahit.

Et eadem die, in presentia omnium dominorum doctorum, tam regentium quam non regentium, dempto ipso domino Pasquerio, ac etiam in presentia magistri Johannis Paris, procuratoris ipsorum dominorum regentium, et magistri Philippi de Sancto Germano, procuratoris dicti domini Pasquerii, ut dicebat, et bedellorum dicte Facultatis ac servitorum dominorum doctorum, dictus magister Philippus, tanquam procurator, requisivit ut dictus casus novitatis legeretur per magistrum Johannem de Noyon, ad hoc commissum. Tunc ipsi domini doctores ibi presentes petierunt ut ipse magister Philippus doceret de procuratorio. Post multa verba hinc inde prolata, ipse magister Philippus de dicto procuratorio docere non potuit, nec docuit. Et sic ipsi domini doctores petierunt contumaciam et expensam contra ipsum dominum Pasquerium.

Postmodum vero in instanti, dictus casus novitatis lectus fuit per ipsum Johannem de Noyon in presentia(rum) dominorum doctorum, bedellorum, procuratorum ac servitorum predictorum; et, postquam lectus fuerat, tacuerunt hinc inde. Deinde, incepit loqui dictus magister Philippus, procurator, et procuratorio nomine, et dixit quod nichil peteret aut petiit ab ipsis dominis doctoribus.

De et super quibus sic actis, ego, Livinus, decanus prefatus, nomine Facultatis, petii a Petro Loyr, notario, mihi ac Facultati tradi publicum instrumentum. Etiam omnes domini doctores tunc presentes, una cum magistro Johanne Paris, procuratore, opposuerunt se, ad omnes fines, petitionibus, defensionibus, executionibus ac omnibus aliis pro ipso domino Pasquerio tunc actis. Et fuit ipsis partibus dies assignata ad primam diem Maii inde sequentem[1].

Johannes de Courcellis.

[16 Mai.] (F° 178 v°). Anno Domini millesimo CCCC XXXVI, [die] XVI Maii, reverendus

[1] Nota quod anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, in mense Aprilis, post Quasimodo, legerunt duntaxat quatuor domini doctores, scilicet dominus Livinus Neveline, decanus Facultatis; dominus Guillelmus de Conty, abbas Sancte Katherine; dominus Johannes Huberti, officialis Parisiensis ac receptor Facultatis, necnon dominus Johannes de Courcellis, conservator; et sic alii domini doctores supervenientes, volentes incipere regentiam suam, non sunt capaces ad incipiendum lecturas suas, nisi per prius supplicatione facta Facultati et per ipsam admissa.

doctor dominus Livinus Neveline exposuit in Facultate qualiter, propter ardua et necessaria impedimenta, non poterat commode exercere officium decanatus Facultatis, supplicans ut ab hujusmodi officio Facultas dignaretur eumdem exhonerare. Quam supplicationem Facultas concessit, et in decanum elegit magistrum Johannem de Courcellis, cui traditi sunt duo libri, scilicet liber statutorum et presens liber, cum sigillo et clavibus; et ipse magister Johannes de Courcellis legit in vigilia Penthecostes, que fuit xxvi Maii, decretalem *Cum Marthe, de celebratione misse*[1].

Die xxviii Junii, post missam Facultatis celebratam in Sancto Johanne, fuit 28 Junii.
ordinatum per dominos doctores quod ego, de Courcellis, legerem hoc anno lectionem extraordinariam. Quam lecturam acceptavi.

[1] *Decretales Gregorii IX*, III, 41, cap. 6.

II

COLLATION DES GRADES.

1. DOCTORATS.

[Dom. Johannes de Courcellis. Voy. p. 14.]

2. LICENCES.

[1436. 20 Mars.]

(F° 176 r°). Egidius Rapiot ..... sub dom. Johanne Huberti.
Frater Guido de Vadetot ..... sub dom. Livino Neveline.
Johannes de Popaincourt (voy. p. 7) ..... sub Huberti.
Frater Stephanus Lohier ..... sub dom. Guillelmo de Conti, abbate S. Katherine.
Radulphus Dalgouges (voy. p. 10) ..... sub Huberti.
Reginaldus Odonis ..... sub Huberti.
Egidius de Fleury ..... sub Huberti.
Ymbertus Dominici ..... sub Conti.
Nicasius Viche ..... sub Huberti.
Johannes Johannis ..... sub Huberti.
Petrus Fassier ..... sub Conti.
Johannes de Blandecque ..... sub Livino.
Jacobus Uleinken (Ulancken, p. 9) ..... sub Huberti.
Nicolaus Provostelli [1] ..... sub Livino.
Martinus Pierata (voy. p. 8) ..... sub Livino.
Johannes Anfrie (Aufrie, t. I, p. 425) ..... sub Conti.
Thomas de Catis ..... sub Huberti.
Johannes Rousselli ..... sub Livino.
Radulphus Lugon (Hugon, p. 7) ..... sub Conti.
Andreas Legati ..... sub Conti.
Johannes Houselli ..... sub Livino.
Guillelmus de Bosco ..... sub Conti.
Johannes Tabernarii ..... sub Livino.
Ricardus Viart ..... sub Huberti.
Philippus Bouron ..... sub Livino.

[1] Nota quod mag. Nicolaus Provostelli fuit vocatus in ordine hic declarato, quamquam non receperit signetum sicut et alii, nec fuit licentiatus.

Nota quod die XVII mensis Aprilis, post Quasimodo, anno M CCCC XXXVI, fuit mag. Nicolaus Provostelli licentiatus in aula episcopi Parisiensis, per dominum cancellarium ecclesie Parisiensis, et die precedenti fecit signetum suum in domo magistri Roberti Potevin, in claustro Nostre Domine, associatus pluribus amicis suis.

Frater Ricardus Philiberti ..... sub Conti.
Jacobus Pastoul ..... sub Livino.
Ricardus Hervei ..... sub Livino.
Johannes Julienne ..... sub Livino.
Franciscus de Vacaria ..... sub Conti.
Johannes Tremelli (Turmelli, p. 11) ..... sub Conti.
Thomas Cabut ..... sub Conti [1].

3. BACCALAUREATS.

1436. Janvier-Septembre.

(F° 177 v°). Guillelmus Huberti, presbyter, mag. in art., Constantiensis dyoc., dom. Petrus Vitrarii, presbyter Cabilonensis dyoc., Johannes Johannis, Constantiensis dyoc., fuerunt examinati et ad gradum bacalariatus admissi [2].

III Februarii ..... Jovis, III Februarii, fuit examinatus et admissus Philippus Cantelen, mag. in art., de Parisius; solvit Facultati et bedellis m[erellos?]

IX Februarii ..... IX Februarii, fuit examinatus Petrus Moriani, clericus Corrisopitensis dyoc., et ad gradum bacalariatus admissus.

VIII Martii ..... VIII Martii, fuit examinatus Thomas Fortein, mag. in art., presbyter Constantiensis dyoc., et ad gradum bacalariatus admissus [3].

(F° 179 v°). SEQUNTUR IIII QUI AD GRADUM BACALARIATUS FUERUNT ADMISSI.

V Maii ..... (F° 200 v°). Frater Petrus Cordier, religiosus S. Anthonii, V die Maii, examinatus fuit et admissus ad gradum bachalariatus, et, solutis bursis, prestitit juramenta solita, anno Domini M CCCC XXXVI.

XVII Maii ..... (F° 179 v°). Die XVII Maii, fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus mag. Guillelmus de Verduno, presbyter Senonensis dioc.

XXI Junii ..... (F° 179 v°). Die XXI mensis Junii, presentavit se Facultati, in cappella S. Johannis, post missam, congregate, mag. Stephanus Colini, subdiaconus, de Trecis oriundus, qui supplicavit quod, cum esset bac. injure canonico in studio Aurelianensi, et jam in eodem studio lecturam per annum et ultra continuasset, dignaretur Facultas ipsum, tanquam bacalarium in hoc studio, ad lecturam recipere. Super cujus supplicatione deliberavit Facultas eidem remittere examen et propositum, ob reverentiam Universitatis Aurelianensis. Voluit tamen quod haberet facere harengam, et quod solveret bursas. Quod idem acceptavit, et de facto bursas solvit.

Illa die jovis precedente, Guillelmus, subbedellus Facultatis, per organum domini Martini, supplicare fecit ut Facultas vellet permittere quod posset tractare cum aliquo notabili viro de suo officio, ita quod illud posset resignare in manibus Facultatis ad utilitatem alterius, et nominavit magistrum Petrum Burgondi, quia volebat ire ad dominum nostrum regem, pro quadam infirmitate gravi quam patitur ipse Guillelmus, que dicitur scrofule, gallice escroelles. Et illo tunc responsum est quod veniret in persona et resignet dictum officium, si voluerit, in manu Facultatis, et providebitur dicto officio. Qui quidem Guillelmus resignavit officium predictum; et, illo facto, Facultas commisit predictum Burguondi.

[4 Septembre.] Anno Domini M CCCC XXXVIII, III die Septembris, Hugo de Monteformoso exposuit in missa Facultatis qualiter Petrus Burgundi ab hoc seculo decesserat, per cujus mortem vaccabat officium subedellatus Facultatis; quare supplicabat dictum officium eidem conferri. Super qua supplicatione, deliberatione habita, domini dicto Hugoni dictum officium contulerunt, et illico ad juramenta receperunt et virgam tradiderunt.

[25 Septembre.] Anno Domini M CCCC XXXVIII, die XXV mensis Septembris, apud ecclesiam Sancti [Johannis] Jherosolimitani, post missam Facultatis, in loco consueto Facultatis, supplicavit venerabilis et discretus vir magister Petrus de Brena, decretorum doctor, decanus Belvacensis, quod, cum cogeretur ex legitima causa, quam tunc specificavit, se absentare ab hac civitate, nec posset regredi verisimiliter [ante primam diem Decembris proxime futuram, quod Facultas vellet ipsum usque ad predictum diem reputare regentem, quantum ad participationem omnium emolumentorum et ceterorum jurium medio tempore obvenientium, non obstante statuto Facultatis, quo cavetur quod quis non reputetur regens ultra mensem. Quam supplicationem Facultas, post maturam deliberationem, concessit in forma.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS[1].

2. LICENCES.

(F° 186 v°). Anno Domini m cccc xxxvii, viii die Aprilis, ante Pascha, fuerunt licentiati in jure canonico, per dom. cancellarium ecclesie Parisiensis, bachalarii qui sequuntur : [1438, 8 Avril.]

Et primo, rev. in Christo pater dom. episcopus Lingonensis	sub Livino.
Mag. Micael Laillin (Laillier, voy. p. 34), mag. in art	sub Martino.
Stephanus Montigny.	
Nicolaus Montigny.	
Jacobus Barre	sub dom. Eustachio Marcade.
Arnulphus Doriot	Chuffardi.
Radulphus Barnati.	
Stephanus Colini.	
Stephanus Seminelli (voy. p. 21 et 33)	sub dom. Eustachio.
Nicolaus de Capella	sub dom. Martino.
Guillelmus Toulouse.	
Johannes de Leinsoliis.	

3. BACCALAURÉATS.

xxiii Decembris	(F° 187 r°). xxiii Decembris ejusdem anni [m cccc xxxvii], fuerunt admissi ad eumdem gradum [baccalariatus] Petrus de Brena, Alanus Balbion.	[Décembre 1437-Août 1438.]
xxviii Januarii	xxviii Januarii ejusdem anni, fuerunt admissi ad eumdem gradum sequentes : Matheus Gilleti, presbyter, Meldensis dioc., Petrus Fievé (Frene?), Jacobus Nobilis.	
xxxi Januarii	Ultima Januarii ejusdem anni, fuerunt admissi ad eumdem gradum sequentes : Johannes de Malavalle, Petrus de Verninaco.	
v Februarii	v Februarii ejusdem anni, fuit admissus ad dictum gradum Franciscus de Toualonga (Tonalonga?).	

[1] Aucune mention.

vii Aprilis..... vii Aprilis ejusdem anni, fuit admissus ad gradum bacalariatus mag. Johannes Baille, mag. in art., Ambianensis dioc.

xiv Maii..... xiii[1] die mensis Maii anni Domini m cccc xxxviii, mag. Simon Clerici, mag. in art., fuit admissus ad gradum bacalariatus (voy. p. 42).

xv Augusti..... Yvo Rimantum, curatus de Langanio[2], Corisopitensis dioc., xv mensis Augusti ejusdem anni, fuit admissus ad gradum bacalariatus, et satisfecit et juravit.

Eadem die, scilicet xv mensis Augusti, fuit admissus ad dictum gradum bacalariatus mag. Johannes Paillart, Altissiodorensis [dioc.], mag. in art. et lic. in leg., qui promisit solvere bursas infra xv dies; et dispensatum est cum eo super proposito, et prorogata est dies ad faciendam harengam suam usque ad primam diem legibilem post festum Omnium Sanctorum, et juramenta prestitit, et postea super omnibus dispensationem obtinuit.

xxvii Augusti.... Radulfus Hanni, Ambianensis dyoc., die xxvii Augusti ejusdem anni m cccc xxxviii, fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus, in eadem Facultate decretorum, et juravit.

4. HARANGUES[3].

[1] Le manuscrit portait primitivement le nombre xvi. — [2] Langonnet (Morbihan). — [3] Aucune mention spéciale.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

FRESNES, DECANUS.

(F° 185 v°). Guillelmus Toulouze incepit I librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad intersignium N. Domine, pro sexto anno et sexto vol., die X mensis Octobris, anno quo supra. [Octobre 1437-Août 1438]

Vuarnerus de Rouvespieres incepit II librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scolas Facultatis, pro primo anno et primo vol., die X mensis Octobris, anno Domini M CCCC XXXVII.

Henricus Bidau, mag. in art., incepit III librum Decretal., pro primo anno et primo vol., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Katherine, die X mensis Octobris, anno predicto.

Stephanus Colini incepit V librum Decretal., in scolis S. Barbare, pro quarto anno et quinto vol., die XI mensis Octobris, anno quo supra.

Guillelmus de Viillione (voy. p. 36), mag. in art., incepit III librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis superioribus S. Eustachii, pro quarto anno et quarto vol., die XI mensis Octobris, anno Domini M CCCC XXXVII.

Johannes Leinsoliis incepit II librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Eustachii, in nonis B. Marie, pro quarto anno et quarto vol., die XI Octobris, anno predicto.

Ven. vir Michael de Sepe, mag. in art. et presbiter, incepit IV librum Decretal., in magnis scolis ubi fiunt actus scolastici, in nonis B. Marie, pro tertio anno et tertio vol., die XI mensis Octobris, anno ut supra.

Guillelmus de Verduno, presbyter, mag. in art., incepit III librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scolas Facultatis, pro tertio anno et tertio vol., in nonis B. Jacobi, die XI mensis Octobris, anno Domini M CCCC XXXVII.

Johannes Endelin, presbyter, mag. in art., incepit II librum Decretal., in nonis B. Jacobi, in scolis S. Petri Celestini, pro tertio anno et tertio vol., die XI mensis Octobris, anno quo supra.

Frater Guillelmus Belon, presbyter Carnotensis dyoc., incepit V librum [Decretal.], etc., in scolis inferioribus S. Katherine, pro secundo anno et secundo vol., etc., die XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XXXVII.

Johannes Martini incepit VI librum [Decretal.], etc., in scolis superioribus S. Katherine, pro secundo anno et secundo vol., die XII mensis Octobris, anno predicto.

Johannes Pluiette, mag. in art., incepit V librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Crescentis, in nonis B. [Marie], pro secundo anno et secundo vol., die XIII Octobris, anno predicto.

Frater Eustachius Lermine incepit V librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro quarto anno et quarto vol., die XVII mensis Octobris, anno quo supra.

(F° 186 r°). Jacobus Barre incepit III librum Decretal., in scolis inferioribus S. Thome, die XVII Octobris, anno ut supra.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Johannes de Bury, mag. in art., incepit v librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Marie, in nonis B. Marie, pro quarto anno et quarto vol., die xvii Octobris, anno [quo supra], etc.

Rolandus de Cappella, mag. in art., bac. in theologia et [in] dec., incepit v librum Decretal., in scolis tertiis anterioribus, ad intersignium Equi Rubei, in nonis B. Marie, pro secundo [anno] et secundo vol., die xxii Octobris, anno Domini m cccc xxxvii.

Frater Theobaldus Lombardi (voy. t. I, p. 355) incepit v librum Decretal., in scolis inferioribus S. Eustachii, pro tertio anno et tertio vol., die xxiiii mensis Octobris, anno quo supra.

Frater Robertus Le Barbarel incepit iii librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Eustachii superioribus, in nonis B. Jacobi, pro primo anno et primo vol., die xxix mensis Octobris, anno Domini m cccc xxxvii. Qui quidem frater est prior prioratus seu curatus ecclesie parroch. S. Vigoris de Trungeyo [1], Baiocensis dioc., et moratur in collegio Premonstratensium, prope Cordigeros.

Egidius de Ulmis, mag. in art., incepit ii librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis secundis Facultatis decretorum, pro quarto anno et quarto vol., die xxix Octobris, anno predicto.

Mag. Micael de Laillin (Lalier, p. 34), bac. in dec., et mag. in art. — Non solvit.

Frater Henricus Sarraceni incepit v librum Decretal., in nonis S. Jacobi, in scolis S. Michaelis, pro secundo anno et secundo vol., die viii Novembris, anno predicto.

Arnulphus Doriot, presbyter, incepit v librum Decretal., pro quarto anno et quarto vol., in nonis B. Marie, in scolis collegii Belvacensi, in quibus legere consuevit mag. Nicholaus de Fresnes, die [2]... Novembris, anno [quo supra], etc.

Frater Petrus Corderii, religiosus S. Anthonii, incepit ii librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis ad Ymaginem S. Johannis, in quibus legere consuevit rev. doctor mag. Eustachius Marcadé, pro secundo anno, etc., die xvi (?) Novembris, anno Domini m cccc xxxvii.

Philippus de Canteleu, mag. in art., incepit v librum Decretal., in magnis scolis, ad intersignium Equi Rubei, in nonis B. Marie, pro tertio anno et tertio vol., die xx mensis Novembris, anno predicto.

Johannes de Campis incepit iii librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis inferioribus Equi Rubei, pro secundo anno, etc., die xv Decembris, anno predicto.

Claudius Rapine incepit i librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis Cathedre, pro secundo anno, etc., die xix Decembris.

[1438.] Discr. vir Nicholaus Jonglet, Ambianensis dioc., incepit iv librum Decretal., pro secundo anno et secundo vol., in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, die xxviii mensis Januarii, anno Domini m cccc xxxvii. — Non solvit jura decani, scilicet ii sol.

Matheus Gilleti, presbyter, incepit i librum Decretal., in nonis B. Jacobi, in scolis Scuti Britanie, pro primo anno, etc., die xviii Februarii.

Johannes Hue, presbyter, incepit i librum Decretal., in scolis S. Katherine, pro primo anno et primo vol., die iii Martii, anno [m] cccc xxxvii.

Mag. Johannes Baille, mag. in art., vii Aprilis, anno Domini m cccc xxxvii, ante Pascha, fuit admissus ad gradum bachalariatus; postea fecit propositum et harengam; incepit ii librum [Decretal.], pro primo anno et vol., predicto mense.

Mag. Simon Clerici (voy. p. 40), mag. in art., xxvi die mensis Maii, anno Domini m cccc xxxviii, fuit admissus ad gradum bachalariatus, et fecit harengam, et incepit i librum [Decretal.], penultima die illius mensis, pro primo anno et vol.

[1] Trungy (Calvados). — [2] La mention est incomplète dans le manuscrit.

Discr. vir Yvo Rimanton (voy. p. 40), presbyter, in art. mag., curatus parroch. ecclesie de Langonio, Corisopitensis dioc., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet v librum Decretal., in scolis secundis Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXXVIII, [die] XXII mensis Augusti.

Discr. vir Radulfus Hanni, canonicus Parisiensis, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet [1] . . . brum Decretal., et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXXVIII.

[1] La mention est incomplète dans le manuscrit.

DÉCANAT DE JEAN DE COURCELLES.

NOVEMBRE 1438 À FÉVRIER 1439.

VICE-DÉCANAT D'EUSTACHE MARCADÉ.

FEVRIER 1439 À NOVEMBRE 1439.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

De Courcellis.

[1438. 6 Novembre.] (F° 187 v°). Anno Domini millesimo CCCC XXXVIII, VI die Novembris, post missam in Sancto Johanne celebratam, convenerunt domini, in cappella in qua Facultas consuevit congregari, ad eligendum novos decanum et receptorem ejusdem Facultatis, et votis singulorum exquisitis, fuerunt concorditer electi et assumpti dominus Johannes de Courcellis in decanum, et dominus Eustacius Marcade, prior de Ovis (voy. p. 27), in receptorem.

[1439. 24 Février.] (F° 191 v°). Anno Domini M CCCC XXXVIII, die XXIII Februarii, post missam in Sancto Johanne celebratam, magister Johannes de Courcellis, pro tunc decanus, exhoneravit se a decanatu propter alias occupationes ei supervenientes, et fuit electus in decanum dominus Eustacius Marcade, prior de Ovis.

Eustachius Marcade, prior de Ovis, post exhonerationem magistri Johannis de Courcelles ab officio decanatus, fuit electus in decanum Facultatis, jovis, XXIIII Februarii anni millesimi CCCC XXXVIII.

[10 Octobre.] (F° 192 r°). Sabbato, X Octobris anni Domini M CCCC XXXIX, domini doctores, in Sancto Johanne propter hoc solemniter congregati, audientes et scientes rumores currentes contra aliquos qui dabant aliquas cedulas scolaribus aliquibus, non veris scolaribus, aliquotiens etiam pro pretio aliquo vini aut pecunie, et, quotienscumque petebantur cedule, nolebant dare sine pecunia, immo exigebant pecuniam, hac de causa ordinaverunt, juxta antiqua statuta, de communi consensu omnium, quod hoc faciens punietur, primo, restituendo pecunias; deinde, privabitur actu regentie sue per quatuor menses continuos, aut alias, juxta

dictum statutum, ad quod se referunt; et statuerunt quod non dentur cedule, nisi veris scolaribus.

Fuerunt omnes doctores presentes, videlicet domini Livinus, Johannes de Courcellis, Johannes Chuffart, magister de Fraxinis, et ego, Eustachius Marcadé, decanus Facultatis, officialis Corb[eiensis]. Datum ubi supra et registratum per me Eustacium, decanum Facultatis, anno et die predictis.

Eustachius Marcadé, decanus Facultatis.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS[1].

2. LICENCES[2].

3. BACCALAURÉATS.

(F° 190 r°). Courcellis. — Sequntur nomina illorum qui, post assumptionem meam ad decanatum, fuerunt promoti ad gradum bacalariatus, scilicet post festum Ommium Sanctorum anni mcccc xxxviii.

Novembre 1438-Février 1439.] xii Novembris.... Frater Reginaldus Gorre, ord. [S. Johannis] Jherosolimitani, xii Novembris, anni Domini mcccc xxxviii, fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus, in Facultate decretorum, et juramenta prestitit ac de juribus satisfecit.

xxvii Novembris... Petrus Boutelievre, clericus Parisiensis, hodie, xxvii Novembris anni Domini mcccc xxxviii, qui in missa precedente fuerat examinatus, fuit admissus ad gradum bacalariatus, in predicta Facultate, et de juribus satisfecit ac juramenta prestitit.

[1439.] xv Januarii..... Robertus de Montemireli, dyoc. Rothomagensis, die xv Januarii ejusdem anni, fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus, et juramenta prestitit ac satisfecit.

v Februarii..... Michael de Alnetis, mag. in art., Cenomanensis dioc., v die Februarii ejusdem anni, fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus, qui juravit et de juribus satisfecit[3].

(F° 191 v°). Bachalarii admissi ad gradum illo anno.

[1439. Février-Octobre.] xii Februarii..... Petrus Tectoris, Noviomensis dioc., fuit admissus ad gradum [baccalariatus] xii Februari[i], et statim post fecit propositionem et harengam.

xi Martii..... Balduinus Beguni, Morinensis [dioc.], mag. in art. et bac., ut dicebat, ultra montes, admissus [fuit], xi Martii, et fecit harengam.

Herveus de Burgo, Leonensis[4] dioc., eadem die xi Martii, fuit admissus ad gradum [baccalariatus].

[1] Aucune mention. — [2] Aucune mention. — [3] Le fol. 190 v° est blanc. — [4] Diocèse de Saint-Pol-de-Léon.

vi Augusti..... vi die mensis Augusti anni m cccc xxxix, Johannes de Pullis et Egidius Vinoti fuerunt admissi per Facultatem ad gradum bachalariatus, et juraverunt, etc.

iii Septembris.... Jacobus de Apella, alias de Moro, Trajectensis[1] dioc., iii Septembris anni predicti, fuit admissus ad gradum bachalariatus in dec., examine premisso.

x Septembris.... Johannes Belin, presbyter, canonicus regularis Carnotensis dioc., fuit admissus ad gradum bachalariatus, et juravit x Septembris dicti anni; fecit propositum et harengam, et incepit ut statim sequitur.

xxiv Septembris.. Johannes Tual, presbyter Redonensis [dioc.], admissus ad gradum, fecit propositum et harengam xxiii Septembris anni predicti.

viii Octobris..... Frater Jacobus de Hedignolio, prior S. Sulpicii[2], et Johannes Thibeau (?), viii Octobris, fuerunt admissi ad gradum bachalariatus, anno predicto; ipsi fecerunt proposita sua statim post, in nonis B. Jacobi, et harengam, xv mensis Octobris, ipsi duo simul, dicto anno.

xxix Octobris.... (F° 192 r°). Nicolaus de Atrio, presbyter, xxix Octobris anni predicti, admissus fuit ad gradum bachalariatus et juravit illa die.

iii Novembris.... Johannes Geraldi, presbyter, admissus ad gradum bachalariatus in dec. iii Novembris dicti anni, fecit in crastinum propositum, et, v die, harengam.

4. HARANGUES.

(F° 191 r°). Sequntur illi qui fecerunt harengas suas tempore dicti decanatus.

xxii Novembris... Frater Reginaldus Gorre, ord. S. [Johannis] Jerosolimitani, xxii Novembris, fecit harengam suam. [Novembre 1438.

xxx Novembris ... Petrus Boutelievre fecit harengam suam, ultima Novembris.

xxi Januarii..... Robertus de Montemireli (voy. p. 74), Rothomagensis dioc., xxi (?) Januarii, fecit harengam suam. Janvier 1439.

[1] Diocèse d'Utrecht. — [2] Saint-Sulpice, commune de Doullens (Somme).

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F. 188 r°). Courcellis. — Sequntur nomina illorum qui inceperunt lectiones suas in nonis B. Jacobi, post festum Omnium Sanctorum anni Domini m cccc xxxviii, quia lectiones fuerunt dilate usque ad prefatum tempus, ob pestilentiam tunc intensissime currentem[1].

[Novembre 1438-Février 1439.] Relig. vir frater Henricus Sarraceni, presbiter, de Parisius, ord. S. Augustini, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet i librum Decretal., in scolis superioribus anterioribus, ad intersignium S. Eustacii, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xxxviii, die xiii mensis Novembris. — xvi den.

Discr. vir frater Petrus Corderi, canonicus S. Anthonii Viennensis[2], hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet ii librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Johannis Baptiste, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xxxviii, die xviii Decembris. — ii sol.

[1439.] Nobilis vir Robertus de Montemireli (voy. p. 74), Rothomagensis dioc., bac. in dec., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet iii librum Decretal., ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xxxviii, die xvi Februarii[3].

(F. 189 r°). Courcellis. — Sequntur nomina baccalariorum incipientium lectiones suas eodem anno, in nonis B. Marie.

[Novembre 1438-Février 1439.] Discr. vir Leobinus Belot, acolitus Carnotensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet vi librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xxxviii, [die] xiii Novembris. — ii libras.

Discr. vir Johannes Guerin, mag. in art. et bac. in dec., hodie incipiet ii librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, supra secundas scolas Facultatis, pro secundo anno et secundo vol. lecture. Datum xvii Novembris anni Domini m cccc xxxviii. — ii sol.

Relig. vir frater Johannes de Haula, ord. S. Benedicti, hodie, in nonis B. Marie, incipiet[4]. . . librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Martini.

Ven. vir et discr. vir Simon Clerici, presbiter, mag. in art. et bac. in dec. Parisius, Remensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet vi librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xxxviii, die lune post festum B. Martini hyemalis, xvii mensis Novembris. — ii libras.

Ven. vir Claudius de Castro Novo, bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet i librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Johannis Baptiste, pro quinto anno et quinto vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xxxviii, die xix Novembris. — ii sol.

[1] Sur cette maladie épidémique, qui, suivant Jean Chartier, frappa cinquante mille personnes, voy. le *Journal d'un bourgeois de Paris*, p. 342 (édition A. Tuetey).

[2] Saint-Antoine de Viennois (Isère).

[3] Le fol. 188 v° est blanc dans le manuscrit.

[4] La mention est incomplète dans le manuscrit.

Ven. et relig. vir frater Reginaldus Gorre, ord. S. Johannis Jherosolimitani, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis ad Scutum Jherosolimitanum, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXXVIII, [die] XVIII Novembris. — II sol.

Discr. vir mag. Karolus Boulardi, de Parisius, bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXXVIII, die penultima Novembris. — II sol.

Nobilis et relig. vir frater Guillelmus Belon, presbyter Carnotensis dioc., ord. S. Benedicti, bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Katerine, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXXVIII, die XV Decembris. — II sol.

Discr. vir Petrus Fiesvé (voy. p. 39), clericus Cathalanensis dioc., bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis ad intersignium Castri, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXXVIII, die martis XVIII Decembris.

Relig. vir frater Theobaldus Lombardi, prior de Pontelupi[1] prope Moretum, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in secundis scolis inferioribus Facultatis, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXXVIII, [die] XXVI Januarii. [1439.]

Discr. vir Johannes de Lievin, Ambianensis dioc., et bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in magnis scolis, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XXXVIII, die X Februarii.

(F° 189 v°). Discr. vir Michael de Aluetis, mag. in art. et bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, a parte posteriori, ad Ymaginem B. Eustacii, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum XII die Februarii, anni Domini M CCCC XXXVIII.

(F° 189 r°). Discr. vir Johannes Godat (Godart, p. 35), mag. in art. et bac. in dec., Ambianensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XXXIII, die XXVI Februarii.

ALII [BACHALARII] INCIPIENTES LECTIONES SUAS.

(F° 191 v°). Johannes de Milliaco, de Parisius, mag. in art., [in] nonis B. Marie, incepit IV [librum Decretal., in] scolis ad Ymaginem B. Hilarii, [pro] quarto anno et quarto vol., XVI Martii anni predicti [M CCCC] XXXIX (*sic*). [1439. Mars-Septembre.]

[Balduinus Beguni, Morinensis dioc.,] incepit VI librum Decretal., [in] nonis B. Marie, in scolis inferioribus, ad intersignium Cathedre, pro primo anno et primo vol., die XIX Martii dicti anni.

Johannes Canteleu, mag. in art., incepit, XXVII Martii dicti anni, II librum [Decretal.], in nonis B. Marie, in scolis Campanie, pro quarto anno et quarto vol.

Nichasius Joye incepit II librum [Decretal.], pro tertio anno, in scolis B. Eustachii, die XXVIII Martii, post Pascha, anni M CCCC XXXIX.

Mag. Johannes Baille, mag. in art., incepit III librum [Decretal.], in scolis ad intersignium B. Thome, pro secundo anno et secundo vol., [in] nonis B. Marie, antepenultima Martii anni predicti.

Petrus Tectoris, XVII Aprilis dicti anni [M CCCC] XXXIX, incepit IV [librum Decretal.], ad intersignium Cathedre, pro primo anno et primo vol., [in] nonis B. Marie.

[1] Pontloup, commune de Moret (Seine-et-Marne).

Gervasius Melloti, [in] nonis B. Marie, incepit II [librum Decretal.], in scolis B. Martini, pro primo anno, XXII Maii dicti anni MCCCCXXXIX.

Johannes du Castelier (Chasteler, p. 36), [in] nonis B. Marie, incepit I [librum Decretal., in] scolis anterioribus Equi Rubei, pro tertio anno et tertio vol., XVI Junii anni [MCCCC] XXXIX.

Johannes Le Boulenger, in nonis B. Marie, [incepit] V librum [Decretal.], ad intersignium Crescentis, [pro] tertio anno et tertio vol., XVII Julii, anno predicto.

Johannes Meraudi (Merandi ?) incepit III [librum Decretal.], in secundis scolis Facultatis, supra, a parte posteriori, pro primo anno, in nonis B. Jacobi, XII Augusti anni predicti.

Egidius Vinoti, presbyter, incepit IV [librum Decretal.], ad intersignium Rubei Equi, [in] scolis superioribus anterioribus, pro primo anno, X Septembris anni supradicti.

Frater Johannes Belin, XXIIII Septembris dicti anni, incepit IV [librum Decretal, in] scolis anterioribus superioribus Equi Rubei, pro primo anno et primo vol.

Johannes de Frocourt incepit I [librum Decretal., in] scolis superioribus, ad intersignium Cuniculorum, pro quarto anno et quarto vol., sabbato XXV Septembris anni predicti.

Johannes Tual, presbyter Redonensis [dioc.], incepit V librum [Decretal.], in secundis scolis superioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol., in nonis B. Jacobi, XXVII Septembris anni predicti [MCCCC] XXXIX.

Jacobus de Moro (Mero ? voy. p. 47), presbyter, in nonis B. Marie, incepit III [librum Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Marie, pro primo anno et primo vol., XXVIII Septembris anni predicti.

DÉCANAT D'EUSTACHE MARCADÉ.

NOVEMBRE 1439 À JANVIER 1440.

VICE-DÉCANAT DE JEAN DE COURCELLES.

JANVIER 1440 À NOVEMBRE 1440.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

(F° 192 v°). Die x Januarii hujus anni M CCCC XXXIX, decessit ab hoc seculo prefatus dominus Eustacius, decanus, (anima ejus in pace requiescat); et fuerunt celebrate in Facultate vigilie solempnes; et percepit quilibet dominorum doctorum unum scutum, et quilibet bacalarius XII denarios. [1440. 10 Janvier.]

Die XIII Januarii predicti anni, fuit electus in decanum magister Johannes de Courcellis, post decessum prefati domini Eustacii; qui de Courcellis prius erat receptor; et, in ejus locum, fuit electus in receptorem magister Johannes Chnfart, cancellarius ecclesie Parisiensis. [13 Janvier.]

SEQUNTUR ACTA IN PREDICTO DECANATU.

(F° 193 v°). Anno Domini M CCCC XL, die XX Aprilis, presentaverunt se ad insignia doctoratus recipienda hii qui sequntur : [20 Avril.]

Frater Johannes Topeti, abbas Gaudii Vallis [1], Premonstratensis ordinis;

Magister Ludovicus Bailli, Parisiensis, magister in artibus et licenciatus in jure canonico;

Magister Johannes Midoulx, Parisiensis, magister in artibus et licenciatus in decretis. Qui omnes fuerunt admissi et recepti.

Item, eodem anno, die veneris, XXVII Maii, magister Johannes de Montigni, officialis Parisiensis, presentavit se ad gradum doctoratus recipiendum; qui fuit admissus et adjunctus cum aliis tribus. [27 Mai.]

(F° 194 r°). Anno Domini M CCCC XL, [die XIII Junii, magister Milo de Illees, licentiatus in jure civili ac bacalarius in decretis Parisius, fuit receptus ad lecturam matutinalem Decretalium, in Claustro Brunelli, et juramenta consueta prestitit. [13 Juin.]

[1] Abbaye de Joyenval (Seine-et-Oise). Cf. *Gallia Christiana*, t. VIII, p. 1336.

[17 Juin.] (F° 193 v°). Eodem anno, die veneris, xvii Junii, fuerunt vesperiati prefati domini sex in numero, scilicet frater Johannes Topeti, abbas Gaudii Vallis, ordinis Premonstratensis; magister Ludovicus Bailli, vices gerens conservatoris privilegiorum studii Parisiensis; magister Johannes Midoulxs, Parisiensis; magister Johannes de Montigni, officialis Parisiensis; magister Petrus Maugerii et frater Johannes de Mota; et presedit in eisdem vesperiis dominus Livinus Nevelinc.

[20 Juin.] Item, eodem anno, xx Junii, presentarunt se ad insignia doctoratus recipienda magister Petrus Maugerii, Parisiensis, et frater Johannes de Mota, de Rothomago, prior de Conflans[1], Parisiensis diocesis, religiosus monasterii de Becco Heluini; qui omnes fuerunt admissi et juraverunt.

[21 Juin.] Item, die martis sequente, hiidem domini receperunt insignia doctoratus, sub prefato domino Livino, et fecerunt convivium solempne, in domo archiepiscopatus Remensis; et ibi, post prandium, domini doctores congregati habuerunt gratum et acceptum predictum convivium, et deliberationem super admissione dictorum dominorum ad regentiam remiserunt ad proximam missam celebrandam, more consueto, in ecclesia Beati Johannis Jerosolimitani. In qua missa, omnes dicti domini fuerunt concorditer recepti ad regentiam, et fuit eis assignata vigilia Petri et Pauli ad incipiendas suas lectiones; et illa die omnes inceperunt.

[14 Juillet.] (F° 194 v°). Die jovis, xiii Julii anni Domini millesimi cccc xl, Facultas solempniter congregata, post missam Facultatis, conclusit quod missa, que bassa voce, diuturno tempore, fuerat continuata, de cetero alta voce celebraretur, conformiter ad statuta Facultatis in libro conscripta.

Item, quod de cetero merelli distribuerentur simul dominis interessentibus dicte misse, necnon processionibus et missis Universitatis.

Item, dicta die, ordinavit Facultas super lectura solempnium decretalium per hunc modum : videlicet quod dominus abbas Sancte Katerine in Monte prope Rothomagum, leget in proximo festo Nativitatis Domini; et consequenter dominus abbas Gaudii Vallis, in festo Pasche, et magister Ludovicus Balli, in festo Pentecostes; magister Johannes Midoulx, in festo Nativitatis sequenti; magister Johannes de Montigni, in festo Pasche; magister Petrus Mauger, in festo Pentecostes, et dominus prior de Becco Heluin, in festo Nativitatis; et sic deinceps[2].

[27 Juillet.] Die xxvii Julii ejusdem anni m cccc xl, magister Johannes de Montegni, officialis

[1] Conflans-Sainte-Honorine (Seine-et-Oise).

[2] Ego, Guillelmus, abbas Sancte Katherine, supra nominatus, legi in festo Nativitatis; et in festo Pasche legit magister Luiss..., pro domino preceptore Trecensi, qui supervenerat ad regentiam; et in festo Penthecostes, dominus prior de Beco, pro domino abbate Gaudii Vallis, prout concordatum est et habetur infra. (Voy. p. 60.)

Parisiensis, supplicavit in Facultate quod, cum propter causam necessariam absentare eum oporteret a civitate Parisiensi, quod Facultas vellet eum reputare regentem usque ad tres menses, quantum ad omnia emolumenta supervenientia percipienda; cujus supplicationem Facultas liberaliter concessit.

Die ultima Augusti ejusdem anni M CCCC XL, dominus Johannes Topet, abbas Gaudii Vallis, supplicavit, post missam Facultatis, ut, cum esset recessurus de Parisius, profecturus ad concilium sui ordinis Premonstratensis, quod Facultas, usque ad tres menses vellet eum reputare regentem, etiam quantum ad emolumenta in Facultate, dicto tempore, obventura; cujus supplicationem Facultas concessit in forma. [31 Août.]

Die XXVIII Septembris, anni Domini millesimi CCCC XL, magister Milo de Illees (Yliers, p. 74), legens ordinarium de mane, supplicavit in Facultate, ut eadem Facultas deffectus suos ac ignorantiam circa dictam lecturam commissos vellet habere supportatos, supplicans in dicta lectura pro anno sequenti continuari, ac librum seu libros legendos ei assignare. Super quibus supplicationibus Facultas deliberans, primas duas supplicationes concessit; et quantum ad tertiam, quintum librum Decretalium ei assignavit. Unde Facultati gratiarum actiones retulit. [28 Septembre.]

Die XIII Octobris ejusdem anni M CCCC XL, magister de Montigni supplicavit quod, cum esset abfuturus a civitate Parisiensi propter causas necessarias, quod Facultas vellet eum reputare regentem, quantum ad perceptionem emolumentorum, usque ad tres menses; cujus supplicationem Facultas concessit. [13 Octobre.]

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS.

[Frater Johannes Topeti. Voy. p. 52.]
[Mag. Ludovicus Bailli. Voy. p. 52.]
[Mag. Johannes Midoulx. Voy. p. 52.]
[Mag. Johannes de Montigni. Voy. p. 52.]
[Mag. Petrus Maugerii. Voy. p. 52.]
[Frater Johannes de Mota. Voy. p. 52.]

2. LICENCES.

(F° 194 r°). Courcellis. — Nomina et ordo licentiatorum in Facultate decretorum, xxiii Martii, anno Domini mcccc xxxix, ante Pascha; et erant presentes et regentes magister Livinus, magister Johannes de Courcellis, magister Johannes Chufart, magister Martinus de Fraxinis.

[1440. 23 Mars.]	Mag. Jacobus Juvenalis	Courcelles.
	Dom. Guichardus de Combornio, abbas S. Petri Usarcie[1].	Livinus.
	Mag. Eustacius Lullier	Fresnes.
	Mag. Nicasius Joie	Chufart.
	Mag. Simon Clerici	Fresnes.
	Mag. Johannes Godart	Fresnes.
	Dom. Johannes Guijon, abbas S. Medardi Suessionensis[2].	Chuffart.
	Mag. Leobinus Belot	Chufart.
	Mag. Johannes de Frocourt	Courcelles.
	Frater Theobaldus Lombardi	Courcelles.
	Mag. Balduinus Beguin	Livinus.
	Frater Eustacius Lermine	Livinus.

3. BACCALAURÉATS.

(F° 192 v°). Nomina eorum qui, durante predicto decanatu, fuerunt examinati et promoti ad gradum bacalariatus.

[Octobre 1439-Novembre 1440.] Primo, nobilis Milo de Illies, lic. in jure civili in studio Aurelianensi, qui, per longa tempora, in Facultate decretorum fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus.

[1] Abbaye de Saint-Pierre d'Uzerche (Corrèze). — [2] Abbaye de Saint-Médard de Soissons (Aisne).

xviii Decembris... Johannes de Turnis, Parisiensis dioc., mag. in art., et Simon Chapitaut, mag. in art., ejusdem [dioc.], xviii Decembris anni m cccc xxxix, fuerunt admissi ad gradum bachalariatus in dec., et prestiterunt solita juramenta.

xvi Januarii..... Item, dom. Johannes Chapet, xvi Januarii, fuit examinatus et promotus ad dictum gradum, et juramenta prestitit. [1440.]

i Februarii..... Item, Andreas Haguenin, Parisiensis [dioc.], i die Februarii predicti anni, fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus.

xxvi Februarii.... Item, Guillelmus Acuti, Trecensis [dioc.], xxvi Februarii, fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus.

Guillelmus Longuejoe, eadem die, fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus.

Jacobus Guion, canonicus Trecensis, qui dudum adeptus fuit gradum bacalariatus in studio Bononiensi[1], fuit admissus in bacalariatum, remisso examine, proviso quod faciet harengam.

xxix Februarii.... xxix Februarii ejusdem anni, mag. Jacobus Juvenalis de Ursinis, advocatus regius invenerabili curia Parlamenti, lic. in jure civili in studio Avinionensi et bac. in dec. in studio Pictavensi, fuit admissus in bacalarium in hac Facultate et hac Universitate, remisso sibi examine.

xvi Martii..... Magnus Haquini, Scalensis[2] dioc., de Suessia, hodie, xvi Martii, fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus.

xxx Martii..... Nicolaus Fabri, clericus Lingonensis dioc., die penultima Martii ejusdem anni, fuit admissus ad gradum bacalariatus.

xxvii Julii..... Johannes de Molendinis, presbyter Eduensis dioc., die xxvii Julii ejusdem anni, fuit examinatus et admissus ad bacalariatum.

vii Septembris ... Dom. Guillelmus Cayn, presbiter Parisiensis, penitentiarius Tornacensis, hodie, vii Septembris ejusdem anni, fuit examinatus et admissus ad gradum bacalariatus in dec.

xv Septembris.... Anthonius de Laye, mag. in art., Lugdunensis dioc., xv Septembris ejusdem anni, fuit admissus ad bacalariatum in dec.

4. HARANGUES.

(F° 194 r°). SEQUNTUR NOMINA ILLORUM QUI FECERUNT HARENGAS SUAS TEMPORE DICTI DECANATUS.

xxiv Januarii..... Dom. Johannes Chapet, xxiiii Januarii, fecit harengam suam sub dom. Livino. [1440. Janvier-Septembre]

xvi Februarii . . . Mag. Andreas Huguenin, xvi Februarii, fecit harengam suam.

xxvi Februarii.... Guillelmus Acuti, Guillelmus Longuejoe, Guillelmus Guion, xxvi Februarii, fecerunt harengas suas.

xvi Martii..... Magnus Haquini, Scalensis dioc., de Suessia, xvi Martii hujus anni, fecit harengam suam.

[1] Université de Bologne. — [2] Diocèse de Skara (Suède).

xii Aprilis..... Nicolaus Fabri, Lingonensis dioc., xii Aprilis, fecit harengam suam.

ii Augusti..... Johannes de Molendinis, presbiter Eduensis dioc., ii die Augusti anni Domini m cccc xl, fecit harengam suam.

xv Septembris.... Guillelmus Cayn, presbiter, de Parisius, penitentiarius Tornacensis, xv Septembris ejusdem anni, fecit harengam suam.

xx Septembris.... Anthonius de Laye, mag. in art., Lugdunensis dioc., xx Septembris ejusdem anni, fecit harengam suam.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 191 v°). Johannes Baille incepit II [librum Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., in scolis ad Ymaginem B. Thome, XI Octobris anni predicti. [1439. Octobre-Decembre.]

Johannes de Froconrt incepit VI [librum Decretal.], in scolis bassis Cuniculorum, [in] nonis B. Marie, pro quinto anno et quinto vol., XII Octobris anni predicti.

Frater Henricus Sarraceni, ord. S. Augustini, in nonis S. Jacobi, incepit II [librum Decretal.], in scolis superioribus, a parte posteriori, ad intersignium B. Eustachii.

Nicasius Joie, presbyter, incepit I librum [Decretal.], pro quarto anno et quarto vol., in scolis bassis, ad intersigninm S. Eustacii, XII Octobris.

(F° 192 r°). Johannes Le Boulengier incepit V [librum Decretal.], in nonis B. Marie, in scolis posterioribus, supra secundas scolas Facultatis, pro quarto anno et quarto vol., XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XXXIX.

Mag. Gervasius Melloti incepit I librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol., XII Octobris, anno Domini M CCCC XXXIX.

Michael de Alnetis, mag. in art., incepit III librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis ad Ymaginem B. Eustacii, a parte posteriori, pro secundo anno et secundo vol., XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XXXIX.

Mag. Johannes Godart, mag. in art., incepit V librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis ad Ymaginem S. Hilarii, pro quarto anno et quarto vol., XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XXXIX.

Michael de Sepe, mag. in art., incepit II librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis secundis Facultatis, ubi legere consuevit dom. Levinus, pro quarto anno et quarto vol., XII mensis Octobris, anno [M CCCC] XXXIX.

Karolus Boullart incepit V librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis ad intersignium B. Johannis Baptiste, pro quarto anno et quarto vol., XII Octobris, anno [M CCCC] XXXIX.

Petrus Fievé (voy. p. 39, 49) incepit V [librum Decretal., in] scolis anterioribus Equi Rubei, [in] nonis B. Marie, pro tertio anno et tertio vol., XII Octobris anni predicti.

Claudius de Castronovo, in nonis B. Marie, incepit VI [librum Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Johannis Baptiste, et hoc pro sexto anno et sexto vol., XII Octobris anni predicti. — Debet.

Jacobus de Moro, in nonis B. Jacobi, incepit II [librum Decretal.], in scolis B. Micaelis, pro secundo anno et secundo vol., XII Octobris.

Johannes Meraudi, in nonis B. [Marie], incepit I librum Decretal., in secundis scolis superioribus et posterioribus Facultatis, pro secundo anno et secundo vol., XII Octobris.

Robertus de Monte Miracli (Monte Mireli, p. 47, voy. p. 74) incepit II librum [Decretal.], ad intersignium Castri, pro secundo anno et secundo vol., [in] nonis B. Marie, dicta die XII Octobris.

Frater Reginaldus Gorre, ord. S. Johannis Jherosolimitani, in nonis B. Marie, incepit V [librum Decretal., in] scolis ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro secundo anno et secundo vol. Datum die XII [Octobris].

Johannes Guerin, in scolis secundis Facultatis superioribus, a parte anteriori, incepit

II librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., [in] nonis B. Marie, XIII [Octobris] dicti anni.

Johannes Belin, in nonis B. Marie, incepit I [librum Decretal., in] scolis anterioribus, ad Rubeum Equum, pro secundo anno et secundo vol., XV Octobris anni predicti.

Yvo Rimantum, [in] nonis B. Jacobi, incepit II [librum Decretal.], in scolis superioribus B. Katherine, pro secundo anno et secundo vol., XV Octobris dicti anni.

Henricus Bidau, [in] nonis B. Jacobi, incepit II [librum Decretal.], in secundis scolis Facultatis inferioribus, pro secundo anno et secundo vol., XV dicti mensis, eodem anno.

Guillotus Vrient (Brient, p. 35, Briensy, p. 74), [in] nonis B. Jacobi, incepit III [librum Decretal., in] secundis scolis anterioribus, supra secundas scolas Facultatis, pro tertio anno et tertio vol., dicti anni [die] XV Octobris.

Johannes de Milliaco, [in] nonis B. Marie, incepit II [librum Decretal., in] scolis inferioribus, ad intersignium Y greci, pro tertio anno et tertio vol., XV Octobris.

Petrus Tectoris, in nonis B. Marie, incepit V [librum Decretal.], in scolis ad Cathedram, pro secundo anno et secundo vol., XVI Octobris anni predicti.

Johannes Eudelin, in nonis B. Jacobi, incepit V [librum Decretal.], pro quarto anno et quarto vol., in scolis primis superioribus, a parte anteriori Equi Rubei, XVII Octobris.

Johannes Tual, [in] nonis B. Marie, incepit I [librum Decretal.], in scolis superioribus, a parte posteriori Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol., XX Octobris.

Eustachius Lermine, ord. S. Benedicti, in nonis B. Marie, incepit I [librum Decretal.], ad intersignium Scuti Sabaudie, pro quinto anno et quinto vol., XXI Octobris.

Johannes Thibault, Belvacensis dioc., in nonis B. Jacobi, incepit I [librum Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, pro primo anno et secundo vol., XXI Octobris.

Frater Marcus de Vauls (?), prepositus S. Germani de Pratis, in nonis B. Marie, incepit II [librum Decretal.], in scolis ad intersignium Equi Rubei, pro tertio anno et secundo vol., XXIX Octobris.

Egidius Jubinoti, in nonis B. Jacobi, incepit V [librum Decretal.], in scolis primis anterioribus Rubei Equi, pro secundo anno et secundo vol., XXX Octobris.

Simon Clerici, in art. mag., in nonis B. Marie, incepit II [librum Decretal.], in magnis scolis Facultatis, pro tertio anno et tertio vol., III Novembris anni predicti.

Frater Theobaldus Lombardi, ord. S. Benedicti, in nonis B. Marie, incipiet II [librum Decretal., in] scolis inferioribus B. Katherine, pro quinto anno et quinto vol., XIII Novembris.

Nicolaus de Atrio, presbyter, in nonis B. Jacobi, incepit III [librum Decretal.], in scolis ad intersignium Equi Rubei, pro primo anno et vol., XVIII Novembris.

Balduinus Beguini, in nonis B. Marie, incepit IV [librum Decretal.], ad intersignium Cathedre, pro secundo anno et vol.

(F° 192 v°). Simon Chapitaut, in nonis B. Jacobi, incipiet V [librum Decretal.], ad Imaginem B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol., XXI mensis Decembris anni predicti.

Johannes de Turnis, in nonis B. Marie, incepit I [librum Decretal.], in scolis ad intersignium Cuniculorum, pro primo anno et vol., XXIII Decembris anni predicti.

(F° 193 r°). Nomina bacalariorum incipientium in nonis B. Jacobi.

[1440. Février-Septembre.] Andreas Ilaguenin, clericus Parisiensis, hodie incepit III librum Decretal., in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus, ad intersignium Cathedre, pro primo anno et vol. lecture sue. Datum VIII Februarii, anno Domini M CCCC XXXIX.

Johannes Chapet, presbiter, curatus de Spedona [1], Carnotensis dioc., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet v librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Martini, pro primo anno et primo vol. Datum die xi mensis Februarii, anno Domini m cccc xxxix.

Jacobus Guion, canonicus Trecensis, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet i librum Decretal., in scolis [2]..., pro primo vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xxxix, die jovis post «Occuli [3]».

Nicolaus Fabri, clericus Lingonensis dioc., in nonis B. Jacobi, incipiet ii librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Campanie, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xl, [die] xviii mensis Aprilis.

Guillelmus Pommetelli, Pictavensis dioc., hodie, in nonis B. Jacobi, incepit v librum Decretal., in secundis scolis anterioribus, supra, ad intersignium Equi Rubei, pro primo anno et primo vol. Datum die penultima Augusti, anno Domini m cccc xl.

Guillelmus Cayn, presbiter, de Parisius, penitentiarius et canonicus Tornacensis, bac. in dec., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet iv librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Hilarii, pro primo anno et primo vol. lecture. Datum anno Domini m cccc xl, [die] xix Septembris.

(F° 193 v°). Nomina incipientium in nonis B. Marie.

Johannes du Chasteler, mag. in art. et in dec. bac., hodie, in nonis B. Marie, incipiet v librum Decretal., in scolis ad Ymaginem [4]..., et hoc pro quarto anno et quarto vol. Datum xiii Februarii, anno Domini m cccc xxxix. [1440. Février Septembre.]

Guillelmus Longuejoe, clericus Parisiensis, mag. in art., hodie, in nonis B. Marie, incipiet i librum Decretal., in scolis Scuti Campanie, pro primo anno et primo vol. Datum die i Martii, anno m cccc xxxix.

Guillelmus Lesgnisié, dyaconus Trecensis [dioc.], hodie, in nonis B. Marie, incipiet iv librum Decretal., in scolis B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini m cccc xxxix, die jovis post «Occuli».

Johannes de Molendinis, presbiter, curatus parroch. ecclesie B. Marie de Ruergiis [5], Eduensis dioc., hodie incipiet v librum Decretal., in scolis ad intersignium Cuniculorum, pro primo vol. Datum die penultima Augusti, anno Domini m cccc xl.

Guillelmus de Villione, presbyter, hodie incipiet ii librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis ad intersignium S. Petri Celestini, pro quinto anno et quinto vol. lecture sue. Datum xxvi Septembris, anno m cccc xl.

[1] Épône (Seine-et-Oise).

[2] La mention est incomplète dans le manuscrit.

[3] Introit et désignation du troisième dimanche de Carême.

[4] La mention est incomplète dans le manuscrit. Disons cependant qu'au xviie siècle on a cru à une école spéciale, ainsi qu'en fait foi la note suivante, écrite en marge, à cette époque : «Schola peculiaris ad Imaginem».

[5] Buages (Nièvre).

DÉCANAT DE GUILLAUME DE CONTY.

NOVEMBRE 1440 À NOVEMBRE 1441.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Guillelmus de Conty.

[1440. 9 Novembre.] (F° 198 r°). Anno millesimo cccc xl, ego, Guillelmus, abbas Sancte Catherine Montis Rothomagensis, fui electus ad officium decanatus Facultatis decretorum Parisius, die nona mensis Novembris, post missam Facultatis.

[15 Décembre.] [Die] xv ejudem mensis [Decembris], suplicavit Nicolaus Fabri, baccalarius in decretis, quod posset legere in nonis B. Marie, nonobstante quod non fecerit propositum suum debita hora; et sibi concessum est.

[1441. 31 Mars.] (F° 199 r°). Die veneris, ultima Martii, post lectionem dominorum doctorum, ad quam horam erant vocati, fuit deliberatum in magnis scolis super suplicatione domini Johannis, abbatis Gaudii Vallis (voy. p. 51), et domini officialis Parisiensis, videlicet magistri Johannis de Montegni, facta die predicta, in capella, post missam ordinariam Facultatis, et ibi refricata, que erat talis : videlicet quod, si contingeret ipsos recedere a civitate Parisiensi, essent reputati regentes usque ad tres menses a die recessus sui, quoad omnia; quod etiam illa absentia non prejudicaret eis in aliquo, quoad futuram licentiam. Et placuit dominis ibi congreguatis eorum suplicatio quoad secundam partem, videlicet quod eorum absentia per illud tempus non prejudicet eis in aliquo quoad futuram licentiam, et quod similiter fiat omnibus aliis dominis doctoribus Parisius presentibus, si petant; et, quoad primam partem dicte suplicationis, placuit quod solum habeant mensem a die recessus sui, sicut consuetum est fieri quando unus dictor regens recedit.

Et erant presentes tunc Parisius domini Livinus, Johannes de Courcellis, Johannes Chuffart, Martinus de Fraxinis, Ludovicus Bailli, Johannes Midous, Petrus Maugier, prior de Beco, dicti domini suplicantes, et ego, Guillelmus, abbas Sancte Catherine Montis Rothomagensis, decanus Facultatis decretorum venerande.

[4 Mai.] Die jovis, iiii Maii, anno [millesimo quadringentesimo] xli, dominus Johannes

de Mota, prior Beci Heluini, recepit honus lecture decretorum in vigilia Penthecostes, loco domini Johannis, abbatis Gaudii Vallis, tali conditione adjecta quod dictus dominus abbas est honeratus legere vel facere legi pro dicto domino priore, in suo furno, et dictus dominus prior exoneratus; quod fuit concordatum per Facultatem.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

3. BACCALAURÉATS.

[Novembre 1440-Septembre 1441.]

xxviii Novembris.. (F° 198 r°). Lune xxviii ejusdem mensis [Novembris], fuit examinatus mag. Johannes Chanetiau (Chavetiau? voy. p. 74), in domo mag. Johannis de Courcellis, et in c[r]astino fuit admissus in magnis scolis, post lectionem dominorum doctorum; fuit secum dispensatum de non facienda harengua.

vi Decembris .... Die vi Decembris sequente, que fuit dies S. Nicolaii, fuit examinatus et receptus mag. Blasius Gresle, et fuit secum dispensatum similiter de non facienda harengua.

[1441.] xxvi Januarii .... Jovis, in crastino S. Pauli appostoli, que fuit xxvi Januarii, fuit examinatus et receptus dom. Albertus, abbas Viziliacensis [3]; fecit propositum die sabbati sequente, et harenguam suam martis sequente, que fuit ultima ejusdem mensis.

ii Martii..... Jovis, ii Martii ejusdem anni, fuerunt examinati et recepti Alanus Besle et Auffredus Quortqueneran, Corisopitensis dioc.

xvi Martii..... xvi ejusdem mensis, fuit examinatus et receptus Theobaldus Viardi, canonicus regularis, Lingonensis dioc.

xxiii Martii..... xxiii ejusdem mensis, fuit examinatus et receptus Johannes de Campis, de Parisius.

iv Maii..... Jovis, iii Maii, anno [m cccc] xli, fuerunt examinati et recepti Guillelmus Recoursant, Naunetensis dioc., et Richardus Galli, Tornacensis dioc.

xx Julii..... Jovis, xx Julii, eodem anno, fuit examinatus et receptus mag. Mauritius Folpe, Morinensis dioc., mag. in art.

ix Augusti..... Mercurii, ix Augusti ejusdem anni, fuit examinatus et receptus frater Guillelmus de Blasreyo, Lingonensis dioc., ord. S. Benedicti.

xvi Augusti..... Jovis, xvi ejusdem mensis, fuerunt examinati et recepti Alnardus de Jeurre, Senonensis dioc., et Jacobus Calabre, de Senonis.

suevit rev. doctor et dominus, dom. Martinus de Frazinis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLI, die XVI mensis Martii, ante Pascha.

Frater Reginaldus Gorre (voy. p. 79), XX sol.; solvet medietatem XIX Martii.

Relig. vir frater Johannes de Bova (voy. p. 75), ord. Premonstratensis, de Ambianis, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Petri Celestini, in quibus legere consuevit rev. doctor et dominus, dom. Johannes de Montigni, actu regens Parisius, in dicta Facultate, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XLI, die jovis, XXII mensis Martii. — I f.; solvet medietatem die martis post Quasimodo.

Discr. vir. dom. Guillelmus de Layens, presbyter, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol. Datum Parisius, VI die Maii, anno Domini M IIII^c XLII. — XXIV sol. — Courcelles.

Discr. vir Nicolaus Karonis incipiet IV librum Decretal., in secundis scolis Facultatis decretorum, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum Parisius, VI Maii. — XX sol. — Livinus.

Discr. vir Johannes Baquelarii, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis B. Thome, et hoc pro primo anno et pro vol. prime lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLII, [die] VIIII mensis Maii. — I f.; — solvit. — Chuffart.

Ven. et discr. vir Stephanus Yver, subdyaconus, bac. in dec., cantor et canonicus ecclesie Attrebatensis, hodie, in nonis B. Marie incipiet V librum Decretal., et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno [M CCCC]XLII, die XXVIII mensis Maii.

(F° 206 r°). Livinus. — In nonis B. Jacobi.

Balduinus Multoris, bac. in dec. Parisius, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Jacobi, et hoc pro primo et primo vol. lecture sue. Datum XV Januarii anni Domini M CCCC XLI. (1442. Janvier-Septembre.)

Petrus Alexandris, bac. in dec. Parisius, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. [1].

Hugo Barberii, presbyter, curatus, etc., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Petri Celestini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum die V Februarii anni Domini M CCCC XLI.

Petrus de Pertis, mag. in art., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Jerosolomitani, et hoc pro [primo] anno [et] primo vol. Datum anno [M CCCC]XLI, die XXVI Martii. — I f. — Fraxinis.

Johannes Thibault, presbyter, cappellanus in ecclesia Atrebatensi, bac. in dec., incipiet IV librum Decretal., in solis Scuti Sabaudie inferioribus, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLII, die VI mensis Maii. — I f. — Courcelles.

Nobilis et discr. vir, mag. Petrus Davesnez, dominus temporalis Dorbendas (voy. p. 63) et de Lentillie, in jure canonico bac. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis secundis inferioribus, in quibus legit magne circumspectionis dom. mag. Livinus Neveline, decretorum doctor ac ejusdem Facultatis decanus, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLII, die XXI mensis Maii. — II lib. [2].

Jacobus de Cruce (voy. p. 8, et t. I, p. 407), clericus Morinensis dyoc., incipiet Clementinas,

[1] La même mention se trouve répétée quelques lignes plus bas. — [2] Iste non legit, impeditus per legentem de mane.

in secundis scolis Facultatis, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno [M CCCC]XLII, mensis Junii die ultima. — 1 f.

Johannes Mige, bac. in dec. Parisius, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Ylarii, et hoc pro primo anno, etc. Datum anno Domini M CCCC XLII, penultima die mensis Augusti.

Johannes Magistri, etc., hodie, XXIIII Septembris, in nonis [B.] Jacobi, incipiet I librum Decretal., in magnis scolis hujus Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum Parisius, die pretacta, anno Domini M CCCC XLII.

Guillelmus de Vernone, clericus Rothomagensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in primis scolis, supra secundas hujus Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLII, [die] XXIIII Septembris.

Johannes Nepotis, presbyter, canonicus Furnensis (voy. p. 76), incipiet V librum Decretal., in scolis secundis superioribus secundarum scolarum Facultatis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum XXIIII Septembris. — Satisfecit.

(F° 206 v°). Nicholaus Sauvaige, mag. in art., clericus Morinensis dyoc., hodie, incipiet V librum Decretal., ad Ymaginem S. Thome, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum XXVI Septembris.

DÉCANAT DE PIERRE DE BRÈNE.

NOVEMBRE 1442 A NOVEMBRE 1443.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

PETRUS DE BRENA.

(F° 209 v°). Anno Domini M CCCC XLII, die X mensis Novembris, omnibus dominis doctoribus venerande Facultatis decretorum, in cappella Beati Johanni Jherosolimitani Parisius, collegialiter congregatis, ego, Petrus de Brena, decretorum doctor, fui per prefatos concorditer in decanum hujus alme Facultatis electus, et prestiti juramenta. 1442. 10 Novembre.

Eadem die, in receptorem dicte Facultatis fuit electus dominus Ludovicus Bailli.

SECUNTUR EA QUE TEMPORE MEO ACTA FUERUNT IN DICTA VENERANDA FACULTATE.

Primo, dicta die X Novembris, dominis doctoribus congregatis, videlicet abbate Sancte Katherine, Johanne de Courcellis, Chuffart, abbate Gaudii Vallis, Midoulx, de Fraxinis, Maugier, de Becco, et me, Petro de Brena, decano, fuit ordinatum quod de cetero, conformiter ad statuta, erunt due papiri, scilicet magna et parva, et quod receptor habebit parvam, in qua scribere tenebitur nomina dominorum presentium in missis ac examine Facultatis, necnon in processionibus et missis Universatis, in quibus ab antiquo dari consuevit merellus; scribere etiam tenebitur solutiones distributionum pecunialium, sub signis manualibus dominorum, quibus, a dicta die in antea, fient hujusmodi solutiones, sub pena reputandi pro non soluto, si inde difficultas oriatur.

Die jovis, XXII Novembris, fuerunt convocati omnes domini super facto merellorum, scilicet super distributione et modo et quota distributionis ipsorum. Et fuit conclusum quod, loco merellorum, distribuerentur XVI denarii parisienses cuilibet dominorum qui presens esset in aliquo quatuor actuum in quibus, secundum statuta, consueverunt dari merelli; videlicet in missis Facultatis, in ejus examine pro bacchalariis admittendis, ac in processionibus et in missis Universitatis. 22 Novembre.

Item, hac die, bedelli reddiderunt virgas suas argenteas, more solito; que postea reddite sunt eis.

[6 Decembre.] Die Sancti Nicolai, fuerunt domini congregati, et petiit dominus Ludovicus Bailli ab officio recepte exonerari; et fuit electus dominus Johannes de Courcellis, qui onus sumpsit et juravit. Et placuit quod receptor, etiam absens, reputetur presens, et fiat eidem distributio sicut presenti, scilicet XVI denariorum in quolibet actu ecclesiastico vel scolastico: et sunt tales quatuor supranominati.

[1443. 7 Fevrier.] Die VII mensis Februarii, fuit examinatus frater Benedictus Mimi, elemosinarius monasterii Arremarensis[1], ordinis Sancti Benedicti, Trecensis diocesis, qui pro bursis solvit tria scuta. Sic, pro ejus examine et missa, facta est distributio dominis dupla.

[14 Février.] Die jovis, XIIII Februarii, fuit examinatus et ad gradum bachalariatus admissus dominus Nicolaus de Archiis, qui moratur in Sancto Johanne. Solvit pro ejus bursis tria scuta. Et juravit.

[27 Février.] Die XXVII Februarii, post missam ordinariam Facultatis, fuit examinatus et ad gradum bachalariatus admissus Franciscus Ferrebouc, qui pro jure Facultatis et bursis solvit tria scuta. Et juravit, etc.

[12 Mars.] (F° 210 r°). Nomina dominorum doctorum actu regentium, qui hoc anno MCCCC XLII, die XII mensis Martii, voluerunt per Matrem Universitatem nominari ad collationes, provisiones, etc., certarum ecclesiarum et personarum infrascriptarum, cum protestationibus debitis et oportunis, secundum formam Pragmatice Sanctionis :

Primo, dominus Livinus Nevelinc, decretorum doctor, etc., ad collationes, etc.;

Dominus Johannes de Courcellis, ad collationes, etc., ecclesiarum Narbonensis et Attrebatensis;

Dominus Johannes Chuffart, ad collationes, etc., prepositi et capituli Sancti Piati Siciniensis[2], et abbatis de Becco Helluini[3];

Dominus Martinus de Fraxinis, ad collationes, etc., episcopi, etc., ecclesie Attrebatensis et abbatis Sancti Maglorii[4];

Dominus Ludovicus Bailli, ad collationes, etc., prioris de Diogillo seu Duolio[5], ac Sancte Oportune Parisiensis[6] et episcopi Trecensis;

Dominus Johannes Midoulx, ad collationes, etc., ecclesie Nivernensis et abbatis de Virzione[7] et thesaurarii, etc., ecclesie Sancti Flanberdi[8] Silvanectensis;

(1) Montieramey (Aube).
(2) Seclin (Nord).
(3) Le Bec-Hellouin (Eure).
(4) Saint-Magloire de Paris.
(5) Deuil (Seine-et-Oise).
(6) Sainte-Opportune de Paris.
(7) Abbaye de Saint-Pierre de Vierzon (Cher) ?
(8) Saint-Frambourg de Senlis (Oise).

Dominus Petrus Maugier, ad collationes episcoporum, etc., ecclesiarum Parisiensis, Tornacensis, Cameracensis et Attrebatensis;

Dominus prior de Becco, ad collationes, etc.;

Et ego, Petrus de Brena, decanus, ad collationes, etc., ecclesiarum Attrebatensis et abbatis Sancti Amandi [1], diocesis Tornacensis, cum protestatione, ut supra, de tantum levando duas, scilicet primo nominatas; propter quod levate sunt postmodum due postremo nominate, scilicet Cameracensis et Morinensis.

(F° 210 v°). Die XIII Martii, fuit celebrata ordinaria missa Facultatis, et quia [14 Mars.] tunc venit decanus Senonensis, ideo presentes fuerunt XII domini, quibus fuit distributio XVI sol. par.

Eadem die, fuit examinatus et ad gradum bachalariatus admissus magister Theodoricus Duker, qui pro bursis solvit quatuor scuta, et juravit; idea, pro ejus examinatione, fuerunt dictis dominis distributi XVI sol. Sic XVI sol par.

Die XX Martii, fuit dicta missa Facultatis ordinaria celebrata, in qua interfue- [20 Mars.] runt omnes. Sic, pro XII dominis, [distributi fuerunt] XVI sol. par.

Eadem die, fuerunt examinati duo et admissi, scilicet Johannes de Calcea, Bituricensis diocesis, qui pro bursis solvit duo scuta, et juravit; et alius, magister Theobaldus de Cayeux, qui solvit pro bursis III scuta, et juravit; ideo, pro ipsorum examinatione, predictis XII dominis [distributi sunt] XVI sol. Sic XVI sol.

Die lune, XXV Martii, fuit celebrata missa Annuntiationis Dominice, et ibidem [25 mars.] XII dominis prenominatis, distributi [fuerunt] XVI sol. par.

Die jovis, XXVIII ejusdem, fuit celebrata dicta missa Facultatis ordinaria, in qua [28 Mars.] interfuerunt omnes. Sic, pro XII dominis, [distributi fuerunt] XVI sol. par.

Eadem die, fuerunt duo examinati et admissi, scilicet religiosus dominus Franciscus Fabe, ordinis Sancti Benedicti, qui solvit pro bursis III scuta, et juravit; et alius, Petrus Ladure, clericus, Cathalaunensis diocesis, qui solvit duo scuta et juravit. Sic, pro ipsorum examinatione, dictis dominis fuerunt distributi XVI sol. par.

Item, eadem die, fuit conclusum quod religiosus de collegio Forteti, nuncupatus frater Johannes de Narbonesio, ordinis Sancti Benedicti, solvet pro bursis duo scuta, et quittabitur; qui solvit et juravit.

Die III Aprilis, fuerunt omnes presentes in missa Facultatis, scilicet Livinus, [3 Avril.] Katherine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Gaudii, Bailli, Midoulx, Montigni, Maugier, prior, et ego; et [fuerunt] distributi XVI sol.

[1] Abbaye de Saint-Amand-en-Pevele (Hainaut).

Eadem die, fuerunt examinati quatuor, videlicet Andreas Clerici, qui solvit quatuor scuta; Thomas Berone, qui solvit VI scuta; Petrus Bonon, qui solvit III scuta, et Johannes Falconis, qui solvit III scuta. Sic, pro ipsorum examinatione, fuerunt distributi XVI sol.

Officialis, Martinus et Bailli detinuerunt III, quilibet suum.

[11 Avril.] Die jovis, qua fuit XI Aprilis, fuerunt presentes in missa Facultatis dicti XII domini, et [fuerunt] distributi XVI sol. par.

Eadem die, fuerunt quinque examinati et admissi ad gradum, scilicet Alanus Bouteville, filius Militis, qui solvet III scuta; frater Remigius de Talanzaco, qui solvet tria scuta; Johannes de Kaermoysen, qui solvet sex scuta; Johannes Gaville, Attrebatensis, qui solvet III, et Alanus Moing, Brito, qui solvet tria. Sic, pro examinatione ipsorum, [distributi fuerunt] XVI sol. par.

Hac die, factis per me duabus supplicationibus, una quod reputer presens pro uno mense vel duobus, ultra mensem qui habetur per statuta, non solum honorarius, sed utilis, sic et taliter quod in nullo michi obsit pro licentia futura anni proximi M CCCC XLIII; secunda vero fuit quod haberem litteras recommendatorias, nomine Facultatis, dirigendas prelatis et dominis, ad quorum collationem hactenus fui nominatus per Universitatem.

Secunda supplicatione michi, post deliberationem, in forma concessa. De prima deliberabitur per dominos post prandium, in congregatione sua, in domo domini Livini.

(F° 212 r°). Dicta die, XI Aprilis, fuerunt domini congregati in domo domini Livini super compoto, et fuit somma totius recepte (fuit) XLVII scutorum auri, que valent ad Parisius LI libras, XIII sol. par.

Somma vero misiarum usque ad dictam diem tunc computatarum fuit XXI libr., III sol. par.; et pro cera IX libr., XIX sol. par., pro festo Purificationis. Item, pro missis celebratis in Sancto Johanne, a die ultima mensis Maii usque ad XI Aprilis, que fuit ultima missa ante Pascha, LXII sol. par.

Que tres somme faciunt XXXIII libr., V sol.

Sic restiterunt XVII libr., IX sol. par.; super qua resta fuerunt distribute XII libr., III sol. par., scilicet cuilibet duodecim dominorum unum scutum. Sic omnibus deductis et computatis, restiterunt quatuor libr. et V sol. par., super quibus solvit domino Livino XII sol., III den. Sic ad ultimum debet dominus receptor Facultatis LXXI sol., VIII den. paris., per compotum factum die predicta et signetis manualibus dominorum signatum.

[2 Mai.] (F° 211 r°). Die jovis, secunda Maii, solutione omnium missarum precedentium facta capellanis, fuit celebrata prima missa Facultatis post Quasimodo; interfuerunt omnes domini, scilicet XII, et distributi sunt XVI sol. par.

Eadem die, repetita supplicatione mea, videlicet quod reputer presens et regens verus pro uno mense vel duobus, ultra mensem qui habetur per statuta et datur doctoribus absentibus, et non solum honorarius, sed utilis, et particeps in omnibus et singulis distributionibus et emolumentis ipsius Facultatis, distributionibus tamen XVI denariorum in qualibet missarum et examinationum Facultatis ipsius, et in qualibet missarum et processionum Matris Universitatis duntaxat exceptis, ac ipsa emolumenta et distributiones percipiam sic et taliter, quod in nullo michi, licet absenti predicto tempore ante licentiam presentis anni, aliqualiter obsit dicti temporis pro meis negotiis absentia, pro dicta licentia presentis anni seu pro harangis et aliis quibuscumque, etiam ex doctoratu provenientibus emolumentis, dicta absentia mea pro meis negotiis ante licentiam ipsam, necnon statuto de non reputando doctorem presentem post mensem a recessu ipsius doctoris, et aliis statutis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, Facultas ipsa, omnibus doctoribus inibi presentibus collegialiter congregatis, matura deliberatione, me absente, prehabita, conclusit prout infra scribitur.

Eadem die supplicavit ad idem dominus Johannes de Courcellis, quin ymmo de minori contentus, quia suffecit (*sic*) ei quod presens reputaretur usque ad festum Beatorum Petri et Pauli apostolorum. Post maturam autem deliberationem, fuit per organum domini Livini, nomine Facultatis, responsum quod[1] . . .

Eodem die, pro examine multorum, [distributi fuerunt] XVI sol.

Die mercurii, IX Maii, fuit celebrata secunda missa post compotum et post Quasimodo, et interfuerunt omnes domini, et fuerunt distributi XVI sol. [9 Mai.]

Eadem die, post missam accessit ad partes suas dominus Johannes de Courcelles, de consensu et licentia dominorum, et debet reputari presens totaliter, ut prescribitur.

Eadem die, fuit accusatus Andreas Monili (Marguilii, p. 94), presentatus ad examen, quod solum sex mensibus in jure canonico Parisius studuisset; propter quod deputati fuerunt domini abbas Gaudii et prior de Becco ad se informandum, et, facta relatione, fuit conclusum ut sequitur, [quod] ab hac die in antea, doctores admittendorum ad bachalariatum diligenter se informent de statu suorum scolarium et referant fideliter; et quod non admittantur aliqui de cetero, nisi habea[n]t XVe cedulas, et quod fiat informatio.

Eadem die, licet non fuerit examen, tamen fuerunt distributi XVI sol.

Die jovis, XI Maii, in missa Beati Nicolai, fuerunt presentes omnes, preter dominum Johannem de Courcellis, absentem a villa, et Bailly. Sic pro X, cuilibet [fuerunt distributi] XII sol., III den. [11 Mai.]

[1] La mention est incomplète dans le manuscrit.

[12 Mai.] Die dominica, xii Maii, fuerunt presentes in processionibus Universitatis omnes, preter Courcellis. Sic [distributi fuerunt] xiiii sol., viii den.

[16 Mai.] Die jovis, xvi Maii, celebrata missa, interfuerunt xi domini, et distributi [fuerunt] xiiii sol., viii den.

Eadem die, fuit conclusum confirmando quod doctores magis attendant ad cedulas suorum bacalariorum, et quod de cetero habeantur xv cedule vel xvi. Pro examine multorum, [fuerunt distributi] xiiii sol., viii den.

(F° 212 v°). Die xvi Maii, fuit facta distributio cuilibet dominorum de uno scuto auri. Sic xii scuta[1].

Item, pro examinatione [sex baccalariorum], fuerunt distributi xiiii sol., viii den.

[23 Mai.] (F° 211 r°). Die jovis, xxiii Maii, fuerunt omnes presentes, preter Courcellis, absentem, et distributi [fuerunt] xiiii sol., viii den.

Hac die, fuerunt omnes domini convocati super tribus tangentibus honorem Facultatis : primum, quia hora qua domini legunt est confusa et non determinata, propter quod domini mutuo se expectant ut simul legant, quod non est honestum, unde in deliberatione posuit decanus modum providendi; et placuit aliquibus quod omnes domini convenirent in Sancto Johanne Jerosolimitano et deinde simul cum suis bedellis venirent ad claustrum; aliis vero non placuit; propter quod conclusit quod conferretur de materia per amplius, pro honore Facultatis.

Secundum fuit de prandiis in harangis, quia concorditer per omnes dictum fuit quod de cetero fierent hujusmodi prandia, nec reciperentur alique pecunie, prout volunt statuta que voluerunt observari.

(F° 211 v°). Eadem die, pro honore Facultatis, fuit conclusum quod per dominos doctores, scilicet decanum et alium qui erit in mense suo, et incipiet junior, qualibet ebdomada bis vel ter, visitentur legentes bachalarii; quibus doctoribus fiet distributio xvi denariorum pro qualibet ebdomada. Et tenebitur doctor qui in mense suo fuerit, cantare alte et incipere introitum misse, etc., prout est fieri consuetum, et hoc per se vel per alium.

[29 Mai.] Die xxix Maii, fuerunt in missa presentes omnes domini, preter Courcellis, absentem, et distributi [fuerunt] xiiii sol., viii den.

[6 Juin.] Die vi Junii, fuit missa celebrata, et fuerunt omnes presentes, etiam Courcellis, qui rediit, et distributi pro xii dominis [fuerunt] xvi sol.

[1] En marge : « Hac die, fuerunt sex examinati, et distributio facta cuilibet dominorum de i scuto: sic [distributi fuerunt] xii scuta. »

Die jovis, x Junii, fuerunt omnes presentes in missa, et distributi xvi sol. [10 Juin.]

Item, pro reparatione sere junioris doctoris, scilicet unius trium serarum coffri Facultatis, que claudere non poterat, solvit dominus receptor viii den.

(F° 212 v°). Die xviii Junii, fuerunt sigillate due littere testimoniales gradus licentie, pro magistro Furseo du Buelle, qui solvit pro sigillis i scutum auri. [18 Juin.]

(F° 211 v°). Die martis, xviii Junii, fuerunt omnes presentes, preter Montigni. Sic [distributi fuerunt] xiii sol., viii den.

Die xxvii Junii, fuerunt presentes omnes domini, preter Chuffart et Montigny, et distributi [fuerunt] xiii sol., iv den. [27 Juin.]

Die mercurii, iii Julii, fuerunt presentes omnes domini in missa, et distributi [fuerunt] xvi solidi. [3 Juillet.]

Item, eadem die, in perditione pro cambio recepit Hugo xvi den.

Die xi Julii, fuerunt omnes presentes, preter de Fraxinis, et distributi [fuerunt] xiii sol., viii den. [11 Juillet.]

Die jovis, xix Julii, fuerunt omnes presentes, et distributi [fuerunt] xvi sol. [19 Juillet.]

Die xxiii Julii, fuerunt omnes presentes, preter Gaudii Vallis infirmum. Sic [distributi fuerunt] xvi sol. [24 Juillet.]

Eadem die, pro examine magistri Johannis du Ru et fratris Nicolai Granoti, [distributi fuerunt] xvi sol.

Die mercurii ultima Julii, fuerunt omnes presentes, preter de Becco, et distributi [fuerunt] xiii sol., viii den. [31 Juillet.]

Eadem die, fuit supplicatio mea reiterata.

Die dominica, iv Augusti, fuerunt presentes in processionibus Matris Universitatis ad Sanctum Germanum omnes domini, preter de Becco, et distributi [fuerunt] xiii sol., viii den. [4 Août.]

Die viii Augusti, fuerunt omnes domini presentes, preter Midoulx, in missa ordinaria. Sic [fuerunt distributi] xiii sol., viii den. [8 Août.]

Die mercurii, xiii (xiv?) Augusti, fuerunt omnes presentes, preter Midoux. Sic [distributi fuerunt] xiii sol., viii den., et pro visitatoribus bacalariorum legentium, xvi den. Sic [distributi fuerunt] xvi sol. [13 Août.]

[15 Août.] Die jovis, xv Augusti, fuit celebrata missa Assumptionis Beate Marie, in qua interfuerunt omnes, preter Midoulx. Sic [distributi fuerunt] xiii sol., viii den.

[18 Août.] Die dominica, xviii Augusti, fuerunt processiones Universitatis ad Sanctum Paulum, et omnes presentes, preter Midoulx. Sic [distributi fuerunt] xiii sol., viii den.

[22 Août.] Die jovis, xxii Augusti, fuerunt omnes presentes, preter Midoulx; et pro visitatoribus, xvi den. Sic [distributi fuerunt] xvi sol.

[28 Août.] Die martis, xxviii Augusti, in missa Facultatis fuerunt omnes presentes, preter Midoulx, et distributi [fuerunt] xiv sol., viii den., et pro visitatoribus baccalariorum legentium, xvi den. Sic [distributi fuerunt] xvi sol. par.

[5 Septembre.] Die jovis, v Septembris, fuerunt presentes in missa omnes, preter Midoulx; sic xiiii sol., viii den.; et pro visitatoribus xvi den. Sic [distributi fuerunt] xvi sol. par.

Hac die, supplicavit Facultati dominus archidiaconus Parisiensis pro litteris recommandatoriis et regratiatoriis dirigendis domino nostro regi, domino cancellario et domino Castrensi; et fuit ejus supplicatio concessa in forma.

[8 Septembre.] (F° 215 r°). Die dominica, viii Septembris, fuit festum Nativitatis Beate Marie Virginis, et celebrata missa festi, in qua interfuerunt omnes, preter Guyonval et Midoulx. Sic [distributi fuerunt] xiii sol., iii den.

[12 Septembre.] Die jovis, xii Septembris, fuerunt presentes in missa ordinaria omnes domini, preter Midoulx. Sic [distributi fuerunt] pro ipsis et visitatoribus xvi sol. par.

Eadem die, pro examine Desiderii Nicolai, Tullensis diocesis, pro dictis xi dominis, hic solvit xxxii sol. Sic [distributi fuerunt] xiii sol., viii den.

Compotus per dominos cum domino receptore, hac die xii Septembris habitus est. Et ascendit recepta ad liii libras, iii sol., viii den. par. Misie vero a compoto preterito ad xxxvi libr., xv sol., iii den. par. Sic receptor debuit xvii libras, viii sol., iii den. Et facta est distributio cuilibet xii dominorum de i scuto auri: sic xiii libr., iii sol. Sic debuit receptor iii libr., iii sol., iii den.

[19 Septembre.] Die xix Septembris, fuerunt presentes in missa ordinaria omnes domini, preter Midoulx. Sic [distributi fuerunt] pro ipsis et pro visitatoribus bachalariorum legentium xvi sol. par.

(F° 212 v°). Eadem die, fuit per dominos doctores conclusum, super legendis decretalibus, quod dominus Livinus leget in Nativitate Domini proximo futura.

(F° 215 r°). Eadem die, pro examine magistrorum Guillelmi Maulglot, ii scuta; Johannis Docardi, iv scuta; Arnoldi Bernardi, iv scuta; Balduini Fortis, iii scuta;

et Guillelmi de Boullea, II scuta. Pro dictis XI dominis facta est distributio XIIII sol., VIII den.

Die dominica, XXII Septembris, fuerunt presentes in processionibus Universitatis, ad ecclesiam Beate Marie Virginis, omnes domini, preter Midoulx. Sic fuerunt distributi XIII sol., VIII den. [22 Septembre.]

Die jovis, XXVI Septembris, fuit celebrata missa ordinaria, in qua presentes fuerunt omnes, preter Midoulx, et pro XI dominis distributi una cum visitatoribus [fuerunt] XVI sol. par. [26 Septembre.]

Hac die, facta est distributio, et habuit quilibet dominorum unum scutum. Sic pro XII [distributi fuerunt] XIII libr., III sol.

Die jovis, III mensis Octobris, fuit missa ordinaria celebrata, in qua fuerunt presentes omnes domini, preter Midoulx et officialem. Sic fuerunt distributi XIII sol., III den. [3 Octobre.]

Die jovis, X Octobris, fuit celebrata missa ordinaria, in qua interfuerunt omnes, preter Guyonval et Midoulx. Sic [distributi fuerunt], pro dictis et visitatoribus, XIII sol., VIII den. [10 Octobre.]

Die jovis, XVII dicti mensis, fuit celebrata missa ordinaria, in qua interfuerunt omnes domini, preter Guyonval, Midoux et de Becco. Sic, pro IX dominis, [distributi fuerunt] XII sol. par. [17 Octobre.]

Eadem [die], ad supplicationem legentis de mane, fuit condempnatus magister Guillelmus Malglout ad solvendum eidem legenti duos francos.

Eadem die, supplicavit dominus Johannes de Montigny, qui intendebat ire Senonis, quod absentia sua non obesset ei. Fuit conclusum quod non obesset eidem sua absentia usque ad primam diem mensis Decembris proximo futuri.

Eadem die, supplicavit [1] . . . . . , bachalarius in decretis, de collegio Sagiensi, quod posset legere hora Nostre Domine, licet propositum fecerit hora Beati Jacobi; et concessa est ejus supplicatio.

Die jovis, XXIII Octobris, fuit celebrata missa ordinaria Facultatis, in qua interfuerunt omnes domini, preter III, scilicet Montigny, Midoulx, Gaudii Vallis et de Becco. Sic [distributi fuerunt] pro octo dominis X sol., VIII den. [24 Octobre.]

Eadem die, fuit examinatus et ad gradum bacalariatus admissus dominus Johannes Champanhaci, presbyter, diocesis Claromontensis. Sic, pro ejus examine, [distributi fuerunt] X sol., VIII den.

[1] La mention est incomplète dans le manuscrit. S'agit-il de Jean de Manville? Voy. plus loin, p. 99.

[31 Octobre.] Die jovis, ultima Octobris, fuit missa celebrata, in qua interfuerunt omnes domini, preter Montigny; et fuerunt distributi XIII sol., VIII den.

[3 Novembre.] Die III mensis Novembris, fuit celebrata missa Universitatis pro magistro Guillelmo de A[l]tissiodoro, in Sancto Maturino, in [qua] fuerunt presentes octo domini, et distributi [fuerunt] X sol., VIII den.

(F° 215 v°). Hic cessant officia decani et preceptoris.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES [2].

3. BACCALAURÉATS.

(F° 212 r°). De Brena. — Sequuntur nomina illorum qui tempore predicto fuerunt admissi ad gradum bachalariatus, et quantum solverunt pro bursis.

[1443. Février-Octobre.]

vii Februarii.....	Die vii Februarii, frater Benedictus Mimi, elemosinarius monasterii Arremarensis (voy. p. 84), solvit.....	lvvi sol. par.
xiv Februarii.....	Die [x] iv Februarii, dom. Nicolaus de Archiis, qui est de S. Johanne, [solvit].....	lxvi sol. par.
xxvii Februarii...	Die xxvii ejusdem, mag. Franciscus Ferrebouc solvit pro jure Facultatis.....	lxvi sol. par.
xiv Martii.....	Die viii mensis Martii, mag. Theodoricus Duker solvit pro bursis.....	iiii libr., viii sol. par.
xx Martii.....	Die xx Martii, fuerunt duo examinati et admissi, scilicet Johannes de Calcea, qui solvit.....	xliiii sol. par.
	Et mag. Theobaldus de Cayeux, qui solvit pro bursis tribus.....	lxvi sol. par.
xxviii Martii.....	Die xxviii ejusdem Martii, fuerunt admissi duo, scilicet Franciscus Fabe, religiosus, qui solvit.....	lxvi sol. par.
	Et Petrus Ladure, clericus, Cathalaunensis dioc., qui solvit pro tribus bursis.....	xliii sol. par.
	Eadem die, fuit conclusum quod frater Johannes de Narbonesio, de collegio Forteti, solveret.....	xliii sol. par

[1] Aucune mention. — [2] Aucune mention.

III Aprilis..... Die III Aprilis, fuerunt admissi quatuor, scilicet Andreas Clerici, qui solvit..... IIII libr., VIII sol. par.

Mag. Thomas Bonne, canonicus S. Donatiani Brugensis[1], qui solvit..... VI libr., XII sol. par.

Petrus Bonon, [qui] solvit..... LXVI sol. par.

Et Johannes Falconis, qui similiter solvit.... LXVI sol. par.

XI Aprilis..... Die XI Aprilis, fuerunt admissi quinque, scilicet Alanus Bouteville, filius Militis Britanie, [qui solvit]..... IIII [scuta].

Frater Remigius de Talanzaco, religiosus ord. S. Anthonii, [qui] solvit..... LXVI sol. par.

Mag. Johannes Kaermoysen, nepos domini de Massiaco et curatus loci, [qui solvit]..... VI [scuta].

Mag. Johannes Gaville, Attrebatensis [qui solvit]..... LXVI sol. par.

Et Alanus Moing, pauper Brito, [qui solvit]. III [scuta[2]].

(F° 212 v°). Die XI Aprilis, fuerunt quinque examinati, ut prescribitur, quorum duo solverunt ante compotum, et alii tres nichil solverunt ante compotum; sed tamen mag. Alanus Moing, post compotum, solvit II scuta. Sic..... XLIIII sol. par.

Item, alius, scilicet mag. Alanus Bouteville, qui ante compotum fuit examinatus, solvit, post compotum, XI Maii..... IV scuta auri.

Item, tertius est, qui fuit examinatus ante compotum, et burse ejus taxate VI scuta, est mag. Johannes Kaermoysen, nepos domini de Massiaco; nihil adhuc solvit.

II Maii..... Die II Maii, in prima missa post Quasimodo, fuerunt examinati quatuor, et tres solum admissi, videlicet Johannes Legati, Rothomagensis dioc., qui solvit II scuta; Johanues Roberti, Cathalaunensis [dioc.], qui solvit II scuta, et Johannes Dyonisii, qui solvit III scuta; sic pro istis tribus..... VII scuta auri.

Item, Andreas Marguilii (Monili, p. 87), Bituricensis dioc., similiter fuit examinatus, sed non admissus, accusatus quod non studuisset tempore competenti. Dati sunt commissarii abbas Gaudii Vallis et prior de Becco.

XVI Maii..... Die jovis, XVI Maii, fuit admissus Andreas Marguilii, qui solvit..... III scuta auri.

[1] Saint-Donatien de Bruges.

[2] De predictis fuit computatum XI aprilis. — Die XI Aprilis, solvit pro bursis dictus mag. Alanus Moing; solvit II scuta, que recepit dominus Johannes de Courcellis post compostum. Sic, XLIII sol. par.

	Item, eadem die, fuerunt examinati sex : scilicet mag. Balduinus de la Carre (Karone, p. 100), mag. in art., qui solvit III scuta; item, Johannes Sorel, qui solvit IV (II?) scuta; item, mag. Johannes Manville, qui solvit II scuta; item, mag. Jacobus Brongnart, qui solvit III scuta; item, Arnulphus Hugonis, qui taxatus III scuta nihil (?) solvit; et mag. Guillelmus Micheleti, qui solvit II scuta. Sic pro istis.....	VIII (*sic*) scuta.
XXIII et XXIV Julii.	Die XXIII Julii, se presentaverunt mag. Johannes du Ru, mag. in art., Parisiensis, et frater Nicolaus Granoti, religiosus monasterii S. Petri de Casiaco [1], dioc. Suessionensis, et, die XXIIII Julii, admissi, et solvit quilibet III scuta. Sic pro istis.....	VIII scuta[2].
VIII Septembris...	Die VIII mensis Septembris, fuerunt admissi duo, scilicet Johannes Verjuti et Andreas Lapieti, et solvit quilibet III scuta. Sic....	VI scuta.
XIX Septembris...	Die XIX Septembris, ex deliberatione Facultatis, fuerunt expediti mag. Johannes Docardi, pro III scutis; Arnoldus Bernardi, pro III similibus scutis auri; Guillelmus Maulglot, pro II scutis; Balduinus Fortis, pro III scutis; Guillelmus de Boullea, pro II scutis; et Desiderius Nicolai, pro XXXII sol. Sic pro istis.....	XVI scuta, X sol. par.
XXIV Octobris....	Die jovis, XXIIII Octobris, fuit examinatus et ad gradum admissus dom. Johannes Champanyaci, archipresbyter Claromontensis, qui solvit pro bursis Facultatis.....	III scuta auri.

4. HARANGUES [3].

[1] Chézy-l'Abbaye (Aisne).

[2] Plus bas, on lit : « Die XXVII Julii, fuerunt admissi duo, scilicet mag. Johannes du Ru, clericus Parisiensis, mag. in art., et frater Nicolaus Granoti, sacerdos, religiosus monasterii S. Petri de Casiaco, dioc. Suessionensis, et solvit quilibet III scuta. Sic. VIII scuta. »

[3] Aucune mention.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 208 r°). [In nonis] B. Marie. — Livinus. — Hic sequntur nomina bacalariorum legentium in nonis B. Marie, anno [m cccc] xlii.

[1442. Octobre-Novembre.] Albertus, abbas Veziliacensis (voy. p. 62), ord. S. Benedicti, Eduensis dyoc., incipiet ii librum [Decretal.], ad Ymaginem B. Johannis, pro tertio anno et tertio vol. Datum xi Octobris. — Katherine.

Johannes Baquelarii incipiet vi librum Decretal., pro secundo anno et secundo vol. Datum Parisius, anno m cccc xlii, [die] xi Octobris. — Becco.

Guillelmus de Layens, presbyter Ambianensis dyoc., incepit ii librum Decretal., in magnis scolis. Datum Parisius, anno [m] cccc xlii, [die] xi Octobris, pro secundo anno et secundo vol. — Magne scole.

Ven. et relig. frater Ludovicus de Villabovis incipiet v librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Jerosolimitani, in nonis B. Marie, pro secundo vol. et secundo anno lecture sue. Datum Parisius, anno Domini m cccc [xlii, die] xi Octobris. — Frennes.

Stephanus Yver, in dec. bac., cantor et canonicus ecclesie Attrebatensis, incipiet ii librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, anno Domini m cccc xlii, die xi mensis Octobris. — Chuffaert.

Guillelmus de Hericourt, mag. in art., Morinensis dioc., incipiet ii librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intercinium Lune, et hoc pro quinto anno et quinto vol. lecture sue. Datum xi die mensis Octobris, anno [m cccc] xlii. — Bailgy.

Sigerus Clerici, in jure civili lic., Attrebatensis dyoc., incipiet vi librum Decretal., in secundis scolis Facultatis, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum Parisius, xi Octobris, anno Domini m cccc xlii. — Livinus.

Johannes Nepotis, canonicus Furnensis (voy. p. 82), incipiet vi librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol. Datum xi (?) Octobris, anno [m cccc] xlii.

Guillelmus de Vernone, dyaconus Rothomagensis dyoc., mag. in art. et bac. in dec. Parisius, pro hoc anno [m cccc] xlii, incipiet librum vi Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Hylarii, in quibus legere solet dom. Petrus Mauger, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno supradicto, mensis Octobris die xi. — Maugier.

Johannes Magistri, in utroque jure bac., hodie incipiet vi librum Decretal., in scolis ad intersignium Castri, in quibus legere consuevit rev. doctor dom. Petrus de Brenna, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, xi Octobris. — Brenna.

Johannes Rondelli, clericus Redonensis dyoc., mag. in art. et bac in dec., hodie incipiet ii librum Decretal., in scolis superioribus, supra secundas scolas Facultatis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xl[ii, die] xi Octobris. — Secunde scole.

(1) Au bas du feuillet, on lit : « Albertus, abbas, etc., legit ad Ymaginem B. Johannis Baptiste. »

Johannes Mige, clericus de Nivernis, bac. in dec. Parisius, hodie incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, XI die mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLII. — Montigny.

Anthonius de Laye, mag. in art. et in jure canonico bac., hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLII, die XI Octobris. — Montigny.

(F° 208 v°). Discr. vir mag. Mauritius Folpe, canonicus S. Petri Ariensis[1], Morinensis dyoc., mag. in art. et in jure canonico bac., hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Thome, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XLII, die XI Octobris. — Midoulx.

Relig. vir frater Theobaldus Viardi, Lingonensis dyoc., bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in scolis ad intersignium Corone, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum anno Domini M CCCC XLII, [die] XI mensis Octobris. — Gaudii Vallis et Becco.

Nobilis ac relig. vir frater Guillelmus de Blarseyo, prior prioratus S. Merii (voy. p. 67), ord. S. Benedicti, Lingonensis dyoc., bac. in dec., legit in scolis de Courcellis, in nonis B. Marie, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum XI Octobris.

Frater Johannes de Beuva (Beuna? Bova, p. 75, 81), relig. ord. Premonstratensis, hodie, XI Octobris, incepit III librum Decretal., ad Scutum Campanie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLII.

Arnaldus de Jeurre, Senonensis dyoc., incipiet III librum Decretal., ad Ymaginem B. Barbare, pro tertio anno et tertio vol. Datum XII Octobris.

Phylippus Le Begue, de Parisius, utriusque juris bac., in scolis superioribus et anterioribus, ad Ymaginem S. Petri Celestini, [incipiet] III librum Decretal., pro tertio anno et tertio vol. Datum XII Octobris. — Celestini.

Johannes Chappet, presbyter Carnotensis dyoc., incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus et anterioribus, supra secundas scolas, pro quarto anno et quarto vol. Datum XIII Octobris. — Secunde scole.

Johannes de Willenies (Willeries, p. 75), canonicus Tornacensis, incipiet VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLII, die XIV mensis Octobris.

Gervasius Melloti incipiet V librum Decretal., in scolis parvis Equi Rubei, XV Octobris, anno Domini M CCCC XLII.

Henricus Delivre, clericus Parisiensis dyoc., in utroque jure bac., hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLII, die XXIII Octobris, in scolis anterioribus et superioribus, supra secundas scolas Facultatis. — Secunde scole.

Nicholaus Caronis, clericus Belvacensis dyoc., mag. in art. et bac. in dec. Parisius, canonicus ecclesiarum Remensis et Autissiodorensis, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem B. Eustacii, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLII, die VII Novembris.

[1] Aire-sur-la-Lys (Pas-de-Calais).

(F° 209 r°). In nomis B. Jacobi, anno [m cccc]xlii. — Livinus.

[1442. Octobre-Novembre.]

Jacobus de Cruce, presbyter Morinensis dyoc., incipiet v librum Decretal., in secundis scolis, pro quarto anno et quarto vol. Datum xi Octobris. — Livinus.

Balduinus Multoris, Morinensis dyoc., incipiet iii librum Decretal., in scolis superioribus et posterioribus, supra secundas scolas Facultatis, pro secundo anno et secundo vol. Datum Parisius, anno [m] cccc xlii, mensis Octobris die xi. — Secunde scole.

Petrus Alexandri, clericus Remensis dyoc., incipiet ii librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno [m cccc] xlii, [die] xi Octobris. — Chuffard.

Richardus Galli, Lexoviensis dyoc., bac. in jure canonico, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet iii librum Decretal., in scolis in quibus legit egr. ac ven. doctor dom. Johannes de Courcellis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xlii, die xi Octobris. — Courcelles.

Petrus Depertis, Remensis dioc., bac. in jure canonico, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet vi librum Decretal., in scolis magnis alme Facultatis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini m cccc xlii, die xi Octobris.

Franciscus Courtois, mag. in art., incipiet v librum Decretal., in scolis ad intersignium Corone, pro tertio anno et tertio vol. Datum xii Octobris.

Petrus Mantelli, bac. in dec., incipiet vi librum Decretal., in scolis anterioribus, ad Imaginem B. Eustacii, et hoc pro tertio anno et tertio vol. lecture sue, et continuabit, etc. Datum Parisius, anno m cccc xlii, die viii mensis Novembris.

(F° 213 r°). De Brena. — Sequuntur nomina bachalariorum qui inceperunt tempore mei decanatus, et primo in nomis Nostre Domine.

[Novembre 1442-Septembre 1443.]

[1443.]

Die xxiiii Novembris anni hujus m cccc xlii, ven. vir mag. Johannes Mortis, cantor et canonicus Sacre Capelle regalis palatii, incepit i librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, et cedet, altero, qui absens est, veniente.

Mag. Franciscus Ferrebouc, clericus Parisiensis, die xix Martii, incepit ii librum Decretal., in scolis B. Jacobi, in quibus legere consuevit abbas Gaudii Vallis, et hoc in nonis B. Marie; in qua legere tenebatur mag. Johannes Bacquelier, qui absens est; sed iste Ferrebouc promisit cedere, alio regresso et veniente.

Mag. Johannes Mortis, cantor Sacre Capelle regalis palatii, die xxii Martii, fuit proclamatus ad lecturam ii libri Decretal.

Frater Franciscus Fabe, prior prioratus S. Johannis de Arderia [1], ord. S. Benedicti, Lugdunensis dioc., die xi Aprilis, anno predicto, incepit i librum Decretal., in scolis ad intersignium Equi Rubei.

Mag. Thomas Bone, canonicus S. Donatiani Brugensis (voy. p. 94), incepit i librum Decretal., in quibus legere consuevit prior de Becco, xii Aprilis.

Ven. et relig. frater Andreas Clerici, prior de Spisso Campo [2], ord. S. Augustini, Ambianensis dioc., incepit i librum [Decretal.], in scolis superioribus Scuti Francie, et hoc pro primo anno et primo vol.

[1] La Lardière, commune de Saint-Jean-de-Corcoué (Loire-Inférieure)? — [2] Épécamp (Somme).

Mag. Egidius Odeau, Aurelianensis dioc., incepit III librum Decretal., pro tertio anno et tertio vol., prout scripsit, lecture sue, in scolis primis anterioribus Equi Rubei, et hoc die [1] . . .

Mag. Nicolaus Fabri, alias Moujon, clericus Lingonensis dioc., incepit V librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, Equi Rubei, pro quarto anno et quarto vol., ut dicebat.

Relig. vir frater Johannes de Narbonesio, prior de Panosia Cermonis [2], ord. S. Benedicti, Vabrensis dioc., die XV Aprilis, incepit II librum [Decretal.], et quia per biennium legit Tholose, ut probavit, sic pro tertio anno Tholose, et primo Parisius lecture sue.

Ven. vir mag. Andreas Marguilii (Monili, p. 87), dioc. Bituricensis, in collegio Baiocensi commorans, die XXV Maii, incepit V librum [Decretal.], in scolis ad intersignium B. Michaelis.

Discr. vir mag. Johannes de Manville, dioc. Carnotensis, in collegio Sagiensi commorans, die XXVII (?) Maii, incepit I librum Decretal., in scolis tertiis, supra Castrum.

Ven. vir Jacobus Brognardi, clericus Cameracensis dioc., die XXV Junii, incepit III librum [Decretal.], in scolis secundis, ad intersignium Scuti Francie, supra Castrum.

Ven. vir Johannes Sorrelli, dioc. Carnotensis, die X Julii, incepit V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Marie.

Mag. Germanus Burserii, mag. in art. et bac. in dec. Parisius, die XXIII Julii, incepit II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei.

Die ultima Julii, frater Nicolaus Garnoti, primicerius ecclesie S. Petri de Casiaco (voy. p. 95), ord. S. Benedicti, Suessionensis dioc., incepit I librum Decretal., in scolis ad intersignium Corone.

Die IX Augusti MCCCCXLIII, ven. et circumspectus vir mag. Johannes Mortis, cantor et canonicus Sacre regalis palatii Capelle, et domini nostri regis secretarius, incepit III librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro secundo anno et tertio vol. lecture sue.

(F° 213 v°). Die XIX Septembris, mag. Johannes Verjuti incepit V librum Decretal., in scolis ad intersignium Crescentis, in quibus legere consuevit dom. Ludovicus Bailli.

(F° 213 r°). Ven. vir mag. Johannes Decardi (Docardi, p. 95), mag. in art., Noviomensis dioc., die XXI Septembris, incepit I librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem S. Thome, pro primo anno et primo vol.

(F° 213 v°). Die XXIII Septembris, mag. Johannes Roberti, Cathalaunensis [dioc.], incepit V librum Decretal., in scolis ad intersignium Corone, et hora nonarum B. Virginis.

(F° 213 r°). Mag. Johannes de Montefalconis, dioc. Remensis, incepit I librum [Decretal.], die XXIV Septembris, in scolis inferioribus Equi Rubei, pro primo anno et primo vol.

(F° 213 v°). Mag. Guillelmus Manglout, presbyter, incepit I librum Decretal., die XXIV Septembris, in scolis ad intersignium Scuti Campanie, pro primo anno et primo vol.

(F° 214 r°). De Brena. — Nomina bachalariorum qui inceperunt in nonis B. Jacobe.

Die ultima mensis Decembris, frater Bartholomeus Ogerii, sacrista S. Gildasii [3], ord. S. Benedicti, dioc. Bituricensis, incepit I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Johannis Baptiste, in quibus legere consuevit abbas S. Katherine. [Decembr. 1442-Septembr. 1443]

Frater Benedictus Mimi, elemosinarius monasterii Arremarensis (voy. p. 84), ord. S. Benedicti, Trecensis dioc., die XX Februarii, in scolis in quibus legere consuevi ego, decanus, incepit V librum Decretal., pro primo anno et primo vol. [1443]

[1] La mention est incomplète dans le manuscrit. — [2] La Panouse-de-Cernon (Aveyron). — [3] Abbaye de Saint-Gildas-sur-Indre (Indre).

Dom. Nicolaus de Archiis, qui moratur in S. Johanne, in scolis in quibus legere consuevit mag. Johannes Midoulx, die xx Februarii, incepit[1]...

Mag. Theodoricus du Ker, die[2]... Martii, incepit[3]...

Die xxiii mensis Martii, Johannes de Calcea, clericus Bituricensis dioc., incepit legere iv librum Decretal.. ad Ymaginem B. Yllarii, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue.

Mag. Johannes Gaverelles, clericus Attrebatensis dioc., bac. in dec., incepit iii librum Decretal., in scolis posterioribus, supra secundas scolas Facultatis, die xiv mensis Aprilis.

Ven. vir mag. Johannes Dyonisii, clericus Tornacensis dioc., quia de Insula[4], die xxiii Maii, incepit iii librum [Decretal.], in scolis dom. Martini de Fraxinis.

Die vi Junii, mag. Balduinus Le Karone (Carre, p. 95), mag. in art., dioc. Morinensis, incepit iv librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Eustacii.

Die xxi Junii, mag. Alanus Lesle (voy. p. 67), dioc. Corisopitensis, incepit v librum Decretal., in scolis superioribus, a parte posteriori S. Michaelis.

Poncius Bouron incepit iv librum [Decretal.], die xxiv Septembris, in scolis magnis inferioribus Equi Rubei, pro primo anno et primo vol.

Die xix Septembris. Petrus Davesnes, presbyter Ambianensis dioc., incepit ii librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Barbare, in nonis B. Jacobi, pro secundo anno et secundo vol.

Die dicta xix Septembris, mag. Andreas Lapiet, Cabilonensis dioc., incepit iii librum Decretal., in scolis ad intersignium Crescentis, in quibus legere consuevit dom. Ludovicus Bailli.

Ven. vir Johannes de Bolea, Bituricensis [dioc.], incepit ii librum [Decretal.], in scolis inferioribus Equi Rubei, die xxv Septembris.

Desiderius Nicolai, Tullensis dioc., die xxvi Septembris, incepit i librum [Decretal.], in scolis Scuti Campanie, pro primo anno et primo vol.

Balduinus Fortis, Attrebatensis dioc., incepit iii librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem S. Thome, eodem mense et die, pro primo anno et primo vol.

[1] La mention est incomplète dans le manuscrit. — [2] La mention est incomplète dans le manuscrit. — [3] La mention est incomplète dans le manuscrit. — [4] Lille (Nord).

DÉCANAT DE PIERRE MAUGIER.

NOVEMBRE 1443 À NOVEMBRE 1444.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

[En novembre 1443, des difficultés s'élevèrent au sujet de l'élection du doyen. Les voix se partagèrent entre Pierre de Brène et Pierre Maugier. Après contestations, les régents décidèrent, à en croire de Brène, que Maugier exercerait le décanat jusqu'en mai, et que de Brène lui succéderait alors. Maugier protesta, et il nous est impossible de dire si l'on obéit à la décision de la Faculté, car les délibérations s'arrêtent à la fin de mai. Notons cependant que les mentions relatives à ce mois sont de la main de Maugier ou de son greffier. Les deux compétiteurs donnèrent chacun un procès-verbal de l'élection; nous publions les deux textes l'un après l'autre, en suivant l'ordre du manuscrit.]

De Brena.

(F^o 215 v°). Die septima mensis Novembris [M CCCC XLIII], fuit celebrata missa Facultatis, in qua omnes domini interfuerunt; sic [distributi fuerunt] XVI sol. [1443. 7 Novembre]

Eadem die, convocatis omnibus dominis per cedulam ad eligendum vel continuandum officiarios Facultatis, scilicet decanum et receptorem, comparuerunt omnes domini, qui, materia per decanum posita in deliberatione, deliberaverunt in communi omnes, et, facta deliberatione, fuit concordia quod dominus Johannes de Courcellis continuaretur receptor.

Sed super decanatu fuit controversia, quia dominus Petrus Maugier, officialis Parisiensis, habuit sex voces, aliis vocibus in diversa mutatis; verum, quia, secundum statuta Facultatis, ille pro decano debet haberi, in quem totum collegium vel major pars totius collegii, dicta die, consenserit, prout in XXVIII folio libri Statutorum signanter de tangentibus decanum et ejus electionem plenius habetur, quia dicte voces non sufficiebant, conclusum est concorditer quod fieret scrutinium. Itaque, datis scrutatoribus dominis Johanne Chuffart, Johanne Montigny et de Becco, publicato scrutinio, fuerunt quinque voces pro dicto Maugier, et totidem pro continuatione decani. Sic iterato nichil factum est; et propterea, communi consensu omnium dominorum, fuit conclusum quod die sabbati sequenti, que fuit nona die dicti mensis, iterato congregarentur omnes domini in dicto loco, pro et super dicta electione.

[9 Novembre.] Adveniente die sabbati, nona die ipsius mensis, omnibus dominis iterato in capella Sancti Johannis Jerosolimitani, ut moris est, hora videlicet VIII, collegialiter congregatis, facta per decanum narratione de his que facta fuerant die jovis precedente, ac posita in deliberatione materia electionis, tribusque viis per ipsum decanum apertis, et specialiter quod, datis tribus dominis qui secreto et sigillatim scrutarentur vota singulorum, ille pro decano haberetur, in quem totum collegium vel major pars consensisset, nec diceretur quarum personarum essent vota, et praticaretur capitulum *Cum expediat, de electione*[1], libro VI. Surrexit dictus dominus Petrus Maugier, dicens se habere jus in dicta electione decani, quia sex voces habuerat prima die electionis, et unam conditionalem; in contrarium vero me. Petro de Brena, asserente et dicente quod eidem Maugier nullum jus competierat, tum, primo, propter repugnantiam officialatus Parisiensis cum dicto decanatu; tum etiam quia, secundum consuetudinem Facultatis, non debet aliquis supplicare pro officio, nec in communi, nec ad partem, cujus contrarium fecerat idem officialis; tum, tertio, propter nimiam ejus occupationem, cum sit bis officialis, et juris est quod singula officia singulis sunt committenda personis, et propter alias causas rationabiles, propter brevitatem pretermissas; nec prodest eidem vox conditionalis domini Martini de Fraxinis, quia fuit in tertio loco : nam primo fuit pro domino Johanne de Montigny, si onus vellet decanatus acceptare; et si non, tunc fuit pro decani continuatione, si vellet continuari; et si non vellent dicti duo acceptare et continuari, tunc fuit pro dicto Maugier. Sed sic est quod dictus Montigny onus non recusat, et placet decano continuari. Sic eidem Maugier non potest dicta conditionalis suffragari.

Super hec facta deliberatione in communi, fuit conclusum concorditer per omnes dominos quod tres domini scrutarentur sigillatim vota dominorum, et ad hoc dati sunt domini Johannes Chuffart, Gaudii Vallis et de Becco. Quibus datis scrutatoribus, votis per eos auditis, visum est prefato domino Johanni Chuffart quod plures voces habuit dictus Maugier; propter quod pronuntiavit eundem decanum, protestando quod, si idem Maugier aliquid faciat indebite in officio decanatus, ipse puniretur ad libitum Facultatis. Aliis vero visum est contrarium, facientibus magnam partem dominorum, et dicentibus quod idem Maugier non habuit nisi quinque voces; quod debuit praticari dictum capitulum *Cum expediat;* et quod, secundum Statuta jurata, idem Maugier non debuit ex ipsis quinque vocibus, nec potuit dici decanus, quia nullus majorem partem habuit vocum dominorum. Dictus vero Maugier protestatus fuit de appellando [*contra illos qui ipsum non haberent pro decano*[2]].

[14 Novembre.] Die XIII ejusdem mensis, fuit celebrata missa Facultatis. Interfuerunt

[1] *Sextus Liber*, I, 6, cap. 29. — [2] Les parties en italique entre crochets semblent avoir été ajoutées, en façon de protestation, par Maugier.

omnes domini, et distributi [fuerunt] xvi sol. par.; ac tres presentati. Sic xvi sol.

Die xxi Novembris, fuit celebrata alia missa Facultatis. Interfuerunt omnes. [21 Novembre]
Tres examinati [fuerunt]. Sic pro missa et examine [distributi fuerunt] xxxii sol.

Eadem die, super controversia decanatus, fuerunt omnes domini congregati, preter dominum Johannem de Courcellis, legitime impeditum. Et primo voluerunt domini duos contendentes excludi. Quibus exclusis, matura deliberatione prehabita, fuit conclusum quod, hac vice duntaxat, pro bono concordie et pacificationis Facultatis, et cum protestatione per dictum dominum Johannem Chuflart facta, decanatus anno presenti a dictis duobus contendentibus excercebitur, videlicet ab uno ipsorum usque ad Quasimodo proximo futurum, et ab alio usque ad finem hujus anni. [*In qua non consensiit, nisi pro quanto faciebat pro se et cum protestatione premissa, dictus Maugier.*]

Hac conclusione intimata dictis partibus contendentibus, prefatus dominus Petrus Maugier adhesit dicte conclusioni, eidem consensit, [*ut prefertur,*] et eam approbavit, petens quod haberet primam partem. Ego vero consensi et approbavi, et ulterius quod, de parte michi assignanda, me ad Facultatem referebam, requirens quod, si michi secunda pars assignetur, securitatem habeam a dicto Maugier quod, lapso dicto termino de Quasimodo, michi, sub certa pena, reddet indilate librum, claves et cetera ad decanatum pertinentia; quod michi concessum est. Verumptamen, quia dictus dominus Petrus Maugier conquerebatur, dicens se non habere mediam partem anni, propter quod ego consensi quod haberet usque ad primam diem Maii.

Idcirco domini seu Facultas, die octava mensis Decembris, post missam Con- [8 Decembre]
ceptionis Beate Marie Virginis, fuerunt congregati in capella, qui, nobis duobus exclusis, super hoc deliberaverunt, et concluserunt quod dictus Maugier excercebit dictum officium decanatus usque ad diem nonam Maii proximo futuram, scilicet diem Translationis Beati Nicolai, et tunc tenebitur idem Maugier michi reddere librum, claves, sigillum et cetera ad decanatum pertinentia. Quam quidem conclusionem voluit dicta Facultas inviolabiliter observari, et sub pena [*nulla, quia contra appellata nolebat atentare*][1].

Petrus Maugier[2].

(F° 216 v°). Anno Domini millesimo cccc xliii, die jovis, septima mensis No- [7 Novembre]
vembris, statim post missam ordinariam Facultatis, solito statutorum et obser-

[1] Au bas du fol. 216 r° et raturé : « Nota quod non videtur per discursum hujus libri quid actum fuerit super deliberatione. »

[2] En marge : « Iste bonus vir deduxit solus causam suam, absque judice et parte non presente nec vocata. Et constat luce clarius quod dolose et contra

vantiarum more, convenientibus dominis ad eligendum, scilicet duodecim magistris ac dominis Livino Nieveline, abbate Sancte Katherine, Johanne de Courcellis, Johanne Chuffart, Martino de Fraxenis, Petro de Brena, abbate Gaudii Vallis, Ludovico Bailly, Johanne Midoulz, Johanne de Montigny, me, Petro Mangerii, et fratre Johanne de Mota, elegerunt domini in receptorem dictum Johannem de Courcellis, et me elegerunt in decanum Facultatis.

Et quod electus ego fuerim in decanum sic constat clarissime, quoniam in me direxerunt vota sua simpliciter et cathegorice sex ex ipsis dominis meis, videlicet domini Livinus, Chuffart, Brena, Bailly, Mydoulz et de Mota; et Martinus de Fraxenis primo elegit Montigny, si posset ei proficere; secundo, continuavit Brena, si prodesset; et tertio, ubi non prodesset dictis Montigny vel Brena, elegit me; et ita clarissime habui septem voces, facientes majorem partem totius Facultatis; nam Montigny elegit dominum Johannem de Courcellis et ipse de Courcellis elegit dictum Montigny, et duo domini abbates elegerunt dictum Montigny; et ita ipse Montigny solum habuit tres voces cathegoricas, et unam conditionalem a dicto domino Martino, que nulla fuit, quia prodesse non valuit. Ego vero elegi dominum meum Chuffart, vices reddendo, quoniam ipse primus me elegerat.

Ex istis autem paucis vocibus in multos divisis, nulla potuit electio redundare, nasci aut valere, sed solum mea electio de jure valuit, quoniam septem voces habui, que fecerunt majorem partem Facultatis, quamquam, secundum observantias Nationum et Facultatum in Universitate, non sit neccesse in officiariorum electione majorem semper partem totius obtinere; ymo, ubi vota in plures duobus extenduntur, sufficit, et notorium est illum esse veraciter electum in quem conveniunt plura vota respectu aliorum habentium pauciora. Hac igitur electione facta solito more, petivi me decanum ab omnibus reputari per ipsam canonicam electionem. Sed ipsi domini de Courcellis et Montigny multa dicere voluerunt, non in personas electi et eligentium, nec in formam electionis, sed potius pro libito voluntatis dicentium (?) quod officialis Parisiensis non debet esse decanus, propter occupationes multas, etc. Quibus ego respondi plane quod nihil repugnans reperitur in officialatu et decanatu prefatis; quin ymo, cum sint officia non perpetua aut beneficia ecclesiastica, vel res spirituales, sese compatiuntur; ymo et cedit ad decorem Facultatis et utilitatem aliunde quod officialis Parisiensis sit decanus, si fuerit doctor electus, etc.; nam potest et Facultati in se et singulis de eadem in multis utiliter valere, et satis aliunde visum est et nuper officialem Parisiensem fuisse Facultatis decanum per longa tempora, neque aliquod statutum repugnat. Verumptamen ego, pacem desiderans, satis consensii, propter clamores adversos prefatorum, quod, die sabbati sequenti, ipsa electio mea no-

ordinationem Facultatis, cui assensum prebuerat, sibi usurpat officium decanatus ambitiose, ut videtur in proximo precedenti folio per totum et maxime in ultimo articulo, ad tale signum. » Le signet renvoie au paragraphe ci-dessus publié : « Hac conclusione intimata ».

tificaretur per ipsos dominos meos, et protestatus fui de appellando, ubi adversum me ac electionem prefatam et jura novissima mee assumptionis in decanum, aliquid fieret vel innovaretur quoquo modo.

Die nona dicti mensis Novembris, congregati fuerunt domini mei omnes in cappella, et ibi, quoniam dictus Brena voluit, ut prima facie apparebat, continuari, aliqua est orta altercatio inter ipsum et me, et quamquam ipse nisus sit taliter qualiter ortari quod mea electio non erat sufficiens, ego tamen respondi perhemptorie et ostendi electionem meam canonicam fore, et proposui observantias notorias Universitatis Facultatumque et Nationum omnium et singularum, que omnia prolixum esset hic narrare, et paratus sum semper easdem aperire et jus meum omnibus manifestare, et feci protestationem de appellando, ut prius, si quid in adversum fieret. Verumptamen, bene sperans quod ipsi domini non variarent a sua prima electione, ego adhuc tolleravi, spe pacis, et ne essem occasio alicujus turbationis in Facultate, quod domini mei tres, tunc per Facultatem nominati, scilicet domini Chuffart, abbas Gaudii Vallis et Motac, ad modum scrutatorum per Facultatem ordinatorum, ad partem se retraherent et rursum vota elegentium sigillatim et secrete perquirerent, et illum electum pronunciarent quem, secundum Deum et suam conscientiam, viderent electum canonice, aut alias, ut deceret, ipsi disponerent et convenirent. Quod et factum est. [9 Novembre.]

Nam ad partem votis singulorum tractim et morose perquisitis, tribus ipsis dominis in unam convenientibus sententiam, per organum dicti domini Chuffart, tandem pronunciatus sum et alta voce publicatus decanus Facultatis decretorum, Matris mee, et feci juramentum solitum in manus dicti Chuffart, acceptando dictum officium et continuando jus mihi quesitum, tam in prima ipsa et vera electione, quam in scrutinio hodierno, et protestando ut prius, si qui adversarentur.

(F° 217 r°). Die jovis, XIIII mensis ejusdem et anni, dominis meis iterum in unum post missam convenientibus in cappella prefata, quoniam ego intellexi prefatos dominos Petrum de Brena et Johannem de Montigny, decanatum affectantes, michi parare velle impedimenta aliqua, ideirco ego in scriptis provocavi et appellavi, et appellationem meam in Facultate intimavi, et apostolos petivi, presentibus notario et testibus, et similiter intimavi dictos dominis meis Brena et Montigny, cum omni reverentia loquendo, et cum protestatione de non injuriando, et ceteris protestationibus consuetis, et feci diligentias consuetas, et habeo publicum instrumentum. [14 Novembre.]

Verumptamen, die XXI mensis ejusdem, congregata post missam Facultate, conquestus sum reverenter super turbatione inepta dicti Brena, qui, forsan alimode stimulatus, adhuc violente michi resistens, de facto tenebat librum et claves Fa- [21 Novembre.]

cultatis. Qui domini mei, volentes ingressum michi donare pacificum, dixerunt, pro pace fovenda, quod ego exercerem officium decanatus, tanquam verus decanus, usque ad Mayum sequentem, et postea exerceret ipse Brena, gratia pacis habende, si vellem. Ego autem respondi quod placebat acquiescere dictis suis pro quanto ad intentionem meam faciebant. Et ita acceptavi exercitium, et habui librum et claves, nullo modo acquiescens quod ipse Brena, Mayo adveniente, exerceret, quin ymo protestans de prosecutione mee appellationis, et satis volui quod, adveniente Maio, pro pace habenda, volebam in Facultate jus meum manifestare et obedire Facultati quantum ratio donaret, salvo honore et juramento propriis necnon statutis Facultatis, quibus expresse cavetur quod officium decanatus per annum integrum durat, etc.[1].

MAUGIER. — ANNO DOMINI M CCCC XLIII.

[21 Novembre.] (F° 219 r°). Die jovis, XXI mensis Novembris, fuerunt presentes in missa domini Livinus, Sancte Katherine, Chuffart, Courcellis, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailly, Midoulx, Montigny, Mota, et ego, et fuerunt per dominum receptorem distributi XVI sol. par.

Eadem die, pro examine magistrorum Guillelmi Riveti, fratris Johannis Franquier et Johannis Gaillardi, fuerunt distributi per dominum receptorem XVI sol. par.

Isti tres solverunt eidem domino receptori, hodie, pro bursis, decem scuta auri.

Item, dominus Anthonius de Focio solvit hodie, eidem domino receptori, III scuta auri.

Dominica XXI (XXIV?) dicti mensis, fuerunt in processione Universitatis omnes prefati domini mei presentes, et distributi [fuerunt] XVI sol. par.

[22 Novembre.] Die XXII Novembra (*sic*), cuilibet ex dominis meis omnibus prefatis receptor distribuit unum scutum, et ita in summa XII libras, III sol. par.

[25 Novembre.] Lune, XXV dicti mensis, fuerunt presentes in missa Beate Katherine prefati omnes XII domini mei; distributi sunt XV sol. par.

[26 Novembre.] Martis, XXVI dicti mensis, in missa Jacobitarum, pro octo presentibus, distributi sunt X sol. VIII den.

[28 Novembre.] (F° 217 r°). Anno eodem, die jovis, XXVIII mensis ejusdem, et diebus sequen-

[1] En marge, de la même écriture que la note précédente : « Quam dolose cavilationes et que magis scandalum ipsi Facultati parturiunt quam fructum, » etc.

tibus, fuerunt presentes in missa domini mei, et admissi bachalarii, prout in folio [cc] XIX hic infra scripti (*sic*) suo ordine reperies.

(F° 219 r°). Jovis, XXVIII dicti mensis, fuerunt in missa ordinaria presentes dominus Livinus, gravis et infirmus, personaliter presens, et ceteri domini mei, quibus sunt distributi XVI sol. par.

Jovis, V Decembris, pro domino Livino infirmo, et ceteris presentibus in missa, distributi sunt XVI sol. par. [5 Décembre.]

Eadem die, examinato domino Johanne Hure et admisso ad bachalariatum, distributi sunt XVI sol.

Eadem die, taxata bursa est ad duo scuta auri propter paupertatem.

Die VI dicti mensis, pro dicto infirmo et ceteris omnibus, in missa Sancti Nicolai, distributi sunt XVI sol. par. [6 Décembre.]

Die dicti mensis VII, fuerunt in Jacobitis presentes omnes, et pro eis XVI sol. par. [7 Décembre.]

Dominus receptor, hac die, recepit a magistro Jacobo Bote tria scuta, qui debet adhuc unum scutum.

Die dominica, VIII dicti mensis, in missa Conceptionis Beate Marie, distributi sunt pro omnibus dominis XVI sol. par. [8 Décembre.]

Die jovis, XVI (XII?) dicti mensis, in missa ordinaria, pro omnibus distributi sunt XVI sol. par. [12 Décembre.]

Eadem die, examinatus et admissus [fuit] Manginus Beschaloingne, pro cujus examine distributi sunt XVI sol.

Iste taxatus est ad tria scuta pro bursis.

Die sabbati, [XIV Decembris] in missa ordinaria, distributi sunt XIII sol., III den., per dominum receptorem. [14 Décembre.]

Die jovis, XIX [Decembris], pro missa ordinaria, [distributi fuerunt] XVI sol. [19 Décembre.]

(F° 217 r°). Anno eodem, die lune, XXIII mensis Decembris, fuit ordinatum per Facultatem, post missam, quod scedula in scolis alligeretur, per quam appertio examinis notificaretur publice, que contineret quod omnes intrare volentes examen isto anno, suas afferrent parvas cedulas, in missa proxima, et se presentarent solito more. Et fuit dicta cedula per me confecta, publicata in scolis per bedellum, et affixa scolis, etc. [23 Décembre.]

(F° 219 r°). Die lune, XXIII Decembris, (distributi) in missa ordinaria, ultima legibili ante Natale, distributi sunt XVI sol. par.

[1444. 2 Janvier.] (F° 217 r°). Anno eodem, die jovis, II Januarii, dominis meis convenientibus post missam, vocati fuerunt bachalarii se presentare volentes ad proximam licentiam. Et quia dumtaxat tres bachalarii comparuerunt, quorum recepi scedulas parvas, ideirco continuata est presentatio ad proximam missam, et dictum est dictis presentatis quod hanc continuationem significarent aliis bachalariis volentibus ad examen presentari.

(F° 219 r°). Die jovis, II Januarii, in missa ordinaria, distributi sunt XVI sol. par.

[9 Janvier.] (F° 217 r°). Anno eodem, die jovis, IX dicti mensis, comparuerunt in missa Facultatis domini mei plures, dempto magistro Livino, et ibi bachalarii XIII se presentaverunt ad licentie examen, quorum scedulas parvas, solito more, et prestito per presentatos juramento, ego recepi. Verumptamen iterum continuata est presentatio ad missam proximam, propter presentatorum paucitatem, ex ordinatione prefate Facultatis.

(F° 219 r°). Die jovis, IX Januarii, in missa ordinaria, distributi sunt, pro XI dominis meis, XIII sol., VIII den.

[16 Janvier.] (F° 217 r°). Anno eodem, jovis, XVI dicti mensis, post missam Facultatis, comparentibus dominis, in articulo supplicationum comparuerunt bachalarii qui comparuerant, et supplicaverunt examinis apertionem et ingressum; quia tamen per tres missas solennes debet procedere dicta presentatio, ideo rursum continuata est hujusmodi presentatio, ad missam sequentem, una vice pro omnibus, et cum solita intimatione; et fuerunt ibi presentati viginti duo bachalarii.

(F° 219 r°). Jovis, XVI, pro XI dominis meis fuerunt, in missa ordinaria, distributi XIII sol., VIII den.

[23 Janvier.] (F° 217 v°). Anno eodem, die jovis, XXIII dicti mensis, post missam Facultatis, se presentaverunt, ut prius, dicti bachalarii; post quorum supplicationem, quia tempore medio domini in domo mea convenerant et visitaverant parvas eorum scedulas, ideo dictum est eis per conclusionem Facultatis quod suas (*sic*) quilibet eorum conficeret scedulam magnam, et eam sigillatim ad unumquemque ex dominis portaret in domo sua, hora competenti, et quod, in proxima missa, haberent super apertione examinis bonum responsum.

[24 Janvier.] (F° 219 r°). Jovis, XXIII (XXIII?) dicti mensis, in eadem missa, pro totidem, distributi sunt XIII sol., VIII den.

Eadem die, examinati et admissi [fuerunt] ad bachalariatum Johannes Olea-

rii, abbas Ryomi[1], et Henricus Leonardi; pro quibus sunt distributi VIII sol., VIII den.

Isti duo bachalarii solverunt pro bursis, hac die, et tradiderunt domino receptori, unus, scilicet abbas, sex scuta; alius, quatuor.

(F° 217 v°). Anno eodem, jovis, penultima dicti mensis, omnes domini mei, post missam, convenerunt, et, solita deliberatione habita, omnes presentatos bachalarios admiserunt ad futurum et proximum examen pro licentia; et quia nundum omnes suas tradiderant magnas scedulas, concluserunt quod infra missam proximam, una [vice] pro omnibus, quod traderentur, alias non reciperentur, et quod illa die concluderent diem et horam apertionis examinis. [30 Janvier.]

(F° 219 r°). Jovis, penultima Januarii, omnes domini, VI numero, fuerunt in missa presentes. Fuit distributa per dominum receptorem summa VIII sol., VIII den.

Magister Michael Heberti habere debuit III solidos par. pro scriptura articulorum, etc., die III Februarii. [3 Février.]

Eadem die, in missa Universitatis apud Predicatores, pro dominis meis octo solum, fuit distributa summa XII sol. par.

(F° 217 v°). Anno eodem, die jovis, sexta Februarii, post missam, convenerunt bachalarii, numero XX quinque, et supplicaverunt pro apertione examinis, etiam quod placeret dominis ordinare, si vellent habere vinum et species consuetas in camera, una cum solitis prandiis in ingressu et egressu examinis, aut, si vellent, pro bachalariorum utilitate et minori sumptu, ista commutare ad aliquam quotam moderatam, supplicantes cum humilitate istam ultimam partem acceptari. Qua supplicatione audita, conclusit Facultas quod, hac vice dumtaxat, sine prejudicio jurium Facultatis, et considerata paupertate aliquorum ex dictis bachalariis, in favorem eorum placebat dicta commutatio. Insuper conclusit Facultas quod omnes admittebat ad examen, et quod in proxima missa jovis, scilicet XIII dicti mensis, volebat suum aperire examen in aula Sancti Johannis, solito more, et quod ibi dicti bachalarii convenirent. [6 Février.]

(F° 219 r°). Jovis, VI Februarii, pro omnibus dominis in missa ordinaria presentibus, [distributi fuerunt] XIII sol., VIII den. par.

(F° 217 v°). Anno eodem, die jovis, XIII dicti mensis, post missam, convenerunt domini, solito more, et apperuerunt suum examen, ubi fuerunt bachalarii multi; et si fuissem paratus de collatione mea, incepta fuisset examinatio. Etiam domini duo, abbates scilicet Sancte Katherine et Gaudii Vallis, magnam fecerunt [13 Février.]

[1] Riom (Puy-de-Dôme).

querimoniam de duobus vel tribus bachalariis ibi existentibus, quos dicebant tempus suum non habere, neque posse recipi secundum statuta, aliis in contrarium dicentibus. Et tandem, ex deliberatione dominorum, ego ivy ad bachalarios in camera, et congratulando eis dixi quod nihil fieret in examine usque ad diem lune proximam, et quod illa die, hora octava de mane, omnes convenirent, et per Dei gratiam examen debite inciperet et finiretur.

(F° 219 r°). Die jovis, XII dicti mensis, pro eisdem totidem, in missa ordinaria, [distributi fuerunt] XIIII sol., VIII den.

Eadem die, sunt examinati et admissi ad bachalariatum magistri Jacobus Tyessart, Petrus Symonis et Johannes de Castelleto. Sunt distributi XIII sol., VIII den.

[16 Février.] Jacobus Tyessart solvit pro bursis quatuor auri scuta.

(F° 217 v°). Anno eodem, die dominica in Sexagesima, que fuit XVI dicti mensis Februarii, dicto anno Domini millesimo CCCC XLIII, congregavi Facultatem in domo domini cancellarii, domini Johannis Chuffart, in claustro ecclesie Parisiensis, super aliquibus concernentibus honorem Facultatis, et, ibi convenientibus ipsis dominis, dempto abbate Gaudii Vallis, narravi quod domini abbates Sancte Katherine et Gaudii Vallis ceperant casum novitatis et fecerant adjornari Facultatem ad comparendum die eadem, hora secunda post prandium, apud Sanctum Johannem, etc., et hoc quia conquesti fuerant de tribus bachalariis admissis ad examen, etc. Et tandem, presente ibi domino abbate Sancte Katherine, fuerunt ad suam personam significate multe injunctiones et oblationes ex parte Facultatis, ymo et pene magne contra eum et dictum dominum Gaudii Vallis exsecutate, quas hic, pro honore et pace Facultatis, non recito, quia tandem, Domino disponente, omnia per bonam pacem et concordiam terminata sunt, et inter ipsos bachalarios duo solemnes viri attendentes controversiam propter eos motam, sponte et honeste valde, ab examine (et) recesserunt et suam continuaverunt lecturam, et proposuerunt futuram licentiam ad biennium expectare. Etiam factum fuit quoddam statutum, in archa Facultatis reconditum, de consensu omnium dominorum.

[17 Février.] (F° 218 r°). Anno eodem, die lune immediate sequenti, aperto examine, ipsum examinis negotium inceptum est in nomine Domini, facta enim primo per me collatione solito more; deinde divisi textum de mane, et glosas post prandium, et assignavi unicuique suam solito more portionem; et quia opportet eos tempus habere pro studendo, diem jovis sequentem eisdem assignavi ad procedendum, ut moris est.

[20 Février.] Anno eodem, jovis, XX dicti mensis, dominis in unum post missam congregatis, mangna fuit altercatio inter Facultatem et dominos abbates prefatos, ratione

casus novitatis exsecutati pro parte dictorum dominorum abbatum in dominica precedenti, nec potuit illa die concordia fieri; et ordinavit Facultas procuratores ad prosequendum causam. Verumptamen dati sunt certi deputati ex dominis meis, qui viderent articulos per dominos abbates petitos et pretensos, et qui haberent advisare media pacis, et in proxima missa referre. Qui etiam domini deputati singulis diebus examinis circa id vacaverunt.

(F° 219 r°). Jovis, xx dicti mensis, in missa ordinaria, pro omnibus dominis, [distributi fuerunt] xiii sol., viii den.

Eadem die, examinatus et admissus [fuit] ad bachalariatum Petrus Davesnez; et distributi [fuerunt] xiii sol., viii den.

Habebunt notarii, pro sua procuratione passanda, iii sol.

Dictus Petrus Davesnes solvit pro bursis tria scuta.

Die xxi dicti mensis, pro distributione in processionibus Universitatis, pro [ix] presentibus, [distributi fuerunt] xii sol. par. [21 Février.]

(F° 218 r°). Anno eodem, jovis, xxvii dicti mensis, que fuit jovis in crastino Cinerum, domini deputati suam fecerunt relationem, et ibi articulis cum suis modificationibus in Facultate ostensis, concordati sunt certi articuli satis conformes ad antiqua statuta, ex quibus confecta est littera patens, in archa reposita et sigillata sigillo Facultatis; et fuit ordinatum quod quicumque ex dominis voluerit similem habere, habeat in nomine Domini. Omnes tamen domini mei concorditer voluerunt et concluserunt ipsos articulos servare a modo. [27 Février.]

(F° 219 r°). Die xxvii dicti mensis, pro eisdem solum hic immediate, eadem summa in missa ordinaria distributa est, scilicet xii sol. par.

Eadem die, examinatis et admissis ad bachalariatum Johanne Raymondi et Johanne de Atryo, distributa est similis summa xii sol. par.

Eadem die, dixit dominus receptor quod, pro cambio duorum scutorum auri, solverat xvi den.

(F° 219 v°). Item, eadem die, Johannes Raymundi solvit pro bursis tria scuta; item, eadem die, Johannes de Itero pro bursis solvit duo scuta. Et ita isti duo admissi ad bacalariatum solverunt quinque scuta auri.

Item, Johannes Laisie habuit pro[1]..... cere, pro torceis et candellis, in die Purificationis, xi libr. par.

(F° 218 r°). Anno eodem, jovis, quinta Martii, ordinavit Facultas, ut mihi fuit relatum, quia tunc non fui presens, quod dominis abbatibus sue distributiones solverentur, que (*sic*) durante discordia, suspenderat Facultas; quod [5 Mars]

[1] La mention est incomplète dans le manuscrit.

fecit dominus receptor, cui etiam ordinatum est quod reddat compotum quam citius.

(F° 219 v°). Die jovis, quinta Martii, in missa ordinaria, sunt distributi omnibus simul presentibus XIIII sol., VIII den.

Item, retulit dominus receptor quod solvit dominis abbatibus Sancte Katherine et Gaudii Vallis, pro una processione, una missa ac uno examine, VIII sol. par. Ego tamen non fui presens, nec hoc audivi a Facultate conclusum [1].

[11 Mars.] (F° 218 r°). Anno eodem, die mercurii, XI, fuerunt omnes domini presentes in missa, qui assignaverunt diem octavam exinde sequentem ad audiendum compotum receptoris.

(F° 219 v°). Die XI dicti mensis, fuerunt in missa ordinaria presentes omnes domini mei; ibi per receptorem [sunt distributi] XIIII sol., VIII den.

Eadem die, fuerunt examinati Anthonius de Tramecourt, Philippus Wissot et Guillelmus Guyart; pro quibus XIII sol., VIII den.

Dicta die, dictum est quod dominus receptor, in cambio duorum scutorum, exposuit XII den.

[14 Mars.] Die decima quarta Martii, solverunt bursas suas, scilicet magister Philippus Wissot quatuor, et magister Anthonius Framecourt (Tramecourt, voy. plus haut) sex scuta.

[18 Mars.] (F° 218 r°). Dicta die XVIII, computavit dominus receptor, prout infra reperietur.

(F° 219 v°). Die dicti mensis XVIII, sommarie computavit dominus receptor de receptis et misiis factis per eum, ut asseruit, a die XI Novembris anni presentis usque ad hanc diem. Per cujus compotum, ut visum est, misia ascendit LI libr., XV sol., VIII den.; recepta vero ascendit LIX libr., VIII sol., et ita restarunt plus recepte VII libre, XII sol., III den., in qua resta non includitur unum scutum debitum per Bote. Et quia ipse dominus receptor, de resta peccuniarum per eum receptarum pro expensis camere licentiandorum, adhuc, ut asseruit, debebat XII scuta, ita, omnibus simul junctis, ipse dominus receptor debuit tunc, per istum compotum, Facultati XX libr., XVI sol., III den. par. Et de ista somma habuit in promptu quilibet dominus meus duo scuta, que valuerunt XXII scuta auri valentia XXIII libr., III sol. par.; et ita Facultas, secundum hoc, debuit receptori LXVII sol., VIII den.

[19 Mars.] (F° 218 r°). Anno eodem, die jovis, XIX dicti mensis Martii, post « Oculi » [2], ordinavit Facultas quod impetretur regium mandatum, expensis Facultatis, pro adnullando appellationem factam a Facultate, et quod fiat satisfa[c]tio procuratori Parlamenti et Castelleti, si non fuerit facta.

[1] En marge et de l'écriture du temps : « Hominis ingenium malum et pronum ad accusandum. » — [2] Introït et désignation du troisième dimanche de Carême.

(F° 219 v°). Die Martii XIX, in missa ordinaria, distributi sunt dominis XIII sol., VIII den.

Eadem die, sunt examinati et admissi ad bachalariatum Johannes Damiens, Nicolaus Le Long et Jacobus de Lanstris (Lanseeis?), pro quorum examine sunt similiter distributi XIII sol., VIII den.

Eadem die, solvit frater Guillelmus Guiart, pro bursis, quatuor scuta.

Item, Johannes Damiens quatuor scuta.

Item, Nicolaus Le Long quatuor scuta.

Item, Jacobus de Lanstris quatuor scuta.

Die Martii XXI, in processionibus Universitatis, distributi sunt XIII sol., VIII den., pro omnibus dominis. [21 Mars.]

(F° 218 r°). Anno eodem, die mercurii [1] post « Letare » [2], XXV dicti mensis. conclusit Facultas quod clauderet suum examen die sabbati sequenti. [25-28 Mars.]

Qua die sabbati clausum est examen, et feci collationem solito more, et injunctum fuit bachalariis quod ipsi solverent bursas suas infra octo dies sequentes, pro omni termino. Et fuerunt ordinati deputati ad taxandum solito more.

(F° 219 v°). Die Annunciationis Beate Marie, fuerunt omnes in missa presentes, et eisdem sunt distributi XIII sol., VIII den.

Die dicti mensis XXV, in missa ordinaria, similis somma est distributa XIII sol., VIII den.

Item, habuit magister Theobaldus Garnot, pro mandamento Facultatis, XI sol.

Item, Gossemart XI sol.

Item, tradidit dominus receptor, ut asseruit, capellanis Sancti Johannis, pro missis per eos celebratis a VIII Novembri[s] usque ad secundum Aprilis, XXXIII sol. par.

Item, pro expensis factis per dominos abbates, asseruit receptor tradidisse, nescio qua auctoritate nec quomodo, occasione sui processus, summam LXVI sol. par., quia ego non fui presens in conclusione.

(F° 218 r°). Anno eodem, die jovis, secunda Aprilis post « Judica » [3], ordinatum est quod ego presentarem, nomine Facultatis, ad gradum licentie bachalarios examinatos numero viginti sex; quod et ego feci; nam, eadem die, ego una cum ipsis bachalariis, accessi ad domum domini mei, domini cancellarii Parisiensis, et ibi, sumpto verbo Dei, solito more, presentavi dictos bachalarios, eos recommendavi, et petivi suam expeditionem et acceleracionem licentie; qui gratissime respondit et votive.

[1] Le manuscrit portait primitivement *joris*. — [2] Introit et désignation du quatrième dimanche de Carême. — [3] Introit et désignation du dimanche de la Passion.

(F° 219 v°). Die jovis, II Aprilis, in missa ordinaria, distributa est somma XIIII sol., VIII den.

Eadem die, prepositus Ambianensis, receptus ad bacalariatum, solvit pro bursis tria scuta; item, Theodoricus de Savigny solvit tria [scuta] pro eodem gradu suo; item, Guido Basin, similiter receptus, solvit tria scuta, admissus. Et sic XII [scuta].

Eadem die, pro suo examine distributa est somma XIII sol., VIII den.

[7 Avril.] (F° 218 v°). Anno eodem, die martis, septima Aprilis, post Ramos Palmarum, fuerunt in sero signeta bachalariis transmissa ex parte domini cancellarii Parisiensis, pro licentia in crastinum celebranda.

[8 Avril.] Die mercurii, octava dicti mensis, que fuit mercurii Septimane Sancte, convenerunt domini de mane in domo prefati domini cancellarii Parisiensis, qui et ipse doctor est regens, et ibi, post aliquas altercationes ratione ordinis, tandem suum rotulum confecerunt, ubi ordo bachalariorum licentiandorum fuit descriptus, et ipsum rotulum sigillaverunt tribus sigillis, solito more, presentandum in aula domini episcopi Parisiensis, prout et eadem die presentaverunt clausum et sigillatum, ad vocationem bachalariorum, secundum illum ordinem et non alias faciendum, sicut ex jure, observantia et antiquo more dicte Facultatis, ab omni tempore servatum est.

Et nihilominus optaverunt seu adoptaverunt domini doctores, et ego cum eis, ipsos bachalarios in filios doctorandos solito more, secundum ordinem et adoptionem sequentes. Et vocati sunt dicti bachalarii in aula domini Parisiensis solemniter et licentiati, collatione precedente, in magna hominum comitia, palam et publice, eadem die, hora fere XI, prout sequitur[1].

Et statim post licentiam duo, scilicet magistri Blasius Gresle et Petrus de Partis (Pertis, p. 98), qui de locis suis non fuerunt contenti, verba contumeliosa dixerunt aliquibus ex dominis, et continuaverunt per aliquos dies sequentes. Contra quos conclusit Facultas procedere, et fecit fieri informationem per magistros Johannem Lestournel et Guillelmum de Bosco.

(F° 220 r°). Computavit dominus receptor, die VIII Aprilis MCCCCXLIII, ante Pascha, de omnibus misiis et receptis, tam ratione bursarum bachalariorum, quam bursarum et jurium solutorum tunc per licentiandos usque ad hanc diem, ita quod, comparatione facta misiarum et receptarum, ipse dominus receptor quittus mansit usque hodie, non comprehensis bursis Guillelmi Ponchot, Raymundi de Crusya, nec abbatis de Sancto Secano[2], nec duorum scolarium decani Senonensis nuper examinatorum.

[1] Voy. la liste des licenciés, p. 117. — [2] Abbaye de Saint-Seine (Côte-d'Or).

(F° 219 v°). Sic scribitur in papiro receptoris, quia illa die ego non fui ad longum presens, mandatus per curiam Parlamenti[1] :

« Somma misiarum et receptarum, a XIX Martii usque ad hanc presentem diem secundam Aprilis :

« Et primo, misia misiarum ascendit CVI sol., VIII den.; cetere misie ascendunt VI libr., II sol.; et sic in toto XI libr., VIII sol., VIII den.

« Debentur michi LXVII sol., VIII den. Sic in toto XIII libr., XVI sol., III den. par.

« Recepta ascendit XXX libr., XVI sol. Sic recepta excedit misiam XV libr., XIX sol., VIII den.; et non comprenduntur burse Guillelmi Ponchot, Raymundi de Crusia et cujusdam religiosi ordinis Sancti Benedicti, hodie examinati, nec burse duorum pridie examinatorum, qui erant scolares de Montigny, quia nundum solverunt, nec scutum debitum Bote.

« De qua somma XV librarum, XIX sol., VIII den. par., facio compotum in folio finali.

« Compotus iste auditus est in presentia dominorum, die quo supra. Johannes Chuffart. De mandato dominorum. »

Et postea sequitur in dicto libro receptoris :

« Post dictum compotum recepi a fratre Guillelmo Barzonis tria scuta. »

(F° 220 r°). Die mercurii, XXII Aprilis, anno [M CCCC] XLIII, post Pascha, in missa ordinaria, pro omnibus dominis, sunt distributi XIII sol., VIII den. [22 Avril.]

Eadem die, pro examine magistrorum Johannis de Villa et Pauli de Villa, distributi [fuerunt] XIII sol., VIII den.

Die XXVI Aprilis, solverunt bursas bachalarii admissi qui secuntur : [26 Avril.]

Primo, Johannes de Villa, III regalia.

Item, Paulus de Villa, suus frater, III regalia.

Item, Raymundus de Crusya, duo scuta.

Item, dominus abbas Sancti Secani (voy. p. 114), octo scuta.

Item, Ponchot solvit tria scuta.

Item, Mauritius Folpe, pro sigillo littere gradus sui licentie, solvit scutum domino receptori.

Super hiis dominus receptor distribuit cuilibet dominorum unum scutum, et ita XI scuta, in congregatione facta, in domo dicti domini receptoris, super reparatione illorum qui Facultati injurias intulerunt.

Die Aprilis XXVI, fuerunt processiones, et ibi distributi sunt XIII sol., VIII den.

Die ultima dicti mensis, in missa ordinaria, distributi sunt XIII sol., VIII den. [30 Avril.]

[1] En marge : « Quid malignitatis et livoris in receptorem susurrat iste bonus vir! »

[1er Mai.] Die prima Maii, Johannes Leporis, qui, die precedenti, fuerat ad bachalariatum admissus, solvit pro bursis, domino receptori, duo scuta.

[7 Mai.] Die jovis, vii Maii, in missa ordinaria, fuerunt presentibus distributi xiii sol., iii den. par.

Item, pro examine magistri Ludovici de Marle, ad bachalariatum admissi, distributi sunt xiii sol., iii den.

[9 Mai.] Die sabbati, ix Maii, fuerunt presentes in missa Beati Nicholai decem ex dominis, et ita distributi [sunt] xiii sol., iii den.

Et hodie, deliberavit Facultas tradi magistro Johanni Lestournel, pro pena sua, etc., xxii sol. par.

[12 Mai.] Die martis, xii dicti mensis, facte sunt processiones Universitatis, ubi fuerunt decem domini, et ita [distributi sunt] xiii sol., iii den.

[14 Mai.] Die jovis, xiiii, examinati sunt et admissi ad bachalariatum Milianus de Roseriis, Tullensis diocesis, et Egidius Gilberti, diocesis Senonensis, et solverunt pro bursis quilibet tria scuta, et ita sex scuta.

Eadem die, solvit domino receptori, pro bursis per Facultatem sic taxa[ta]tis, Ludovicus du Marle sex scuta auri.

Eadem die, Richardus Oudry receptus est per Facultatem in meum bidellum, per me presentatum, et fuit gratus Facultati, et juravit officium fideliter exercere, et cetera juramenta per bidellos dominorum doctorum fieri consueta prestitit in manu mei, Petri Maugier, dicte Facultatis decani[1].

Nobilis vir Petrus de Pellissiis admissus [est] ad gradum bachalariatus et solvit pro bursis quatuor scuta.

[1] Le fol. 220 v° est blanc dans le manuscrit.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES.

(F° 218 v°). Licentiati anno m cccc xliii, [die] viii Aprilis, ante Sanctum Pascha [2].

[Avril 1444.

Dom. Albertus de Capsa (voy. p. 96), abbas Virsiliacensis	adoptatus per dom. abbatem S. Katherine.
Dom. Theobaldus Viardi, abbas de Ungiaco [3]	adoptatus per dom. Johannem Chuffart, cancellarium Parisiensem.
Mag. Johannes Mortis, cantor Sacre Cappelle palatii Parisiensis	adoptatus per dom. Petrum de Brena.
Frater Johannes de Narbonesio	per dom. Johannem de Courcellis.
Mag. Anthonius de Laye	per dom. abbatem Gaudii Vallis.
Sigerus Clerici	per dom. abbatem S. Katherine.
Gervasius Meloti	per dom. Johannem Midoulx.
Mauritius Folpe	per dom. Martinum de Fraxenis.
Guillelmus Hericourt	per Ludovicum Bailly.
Stephanus Yver	per dom. Johannem de Montigny.
Johannes Magistri	per me Petrum Maugier, decanum Facultatis.
Blasius Gresle	per dom. Martinum de Fraxenis.
Anthonius de Fners	per dom. Johannem Chuffart.
Philippus Le Begue	per dom. Petrum de Brena.
Thomas Bonne	per dom. Johannem de Mota, priorem de Beco.
Ricardus Galli	per dom. Johannem Midoulx.
Franciscus Courtois	per dom. abbatem Gaudii Vallis.
Guillelmus Acuti	per me, Petrum Maugier, decanum.
Johannes de Wuilleris (Willenies, p. 97; Willeries, p. 75)	per dom. Johannem Chuffart.
Guillelmus de Layens	per dom. Johannem de Montigny.
Johannes Chappeti	per dom. Johannem de Mota, priorem de Beco.
Petrus de Pertis	per dom. Johannem de Courcellis.

[1] Aucune mention. — [2] Voy. plus haut, p. 114, le procès-verbal complet de cette collation des licences. — [3] Abbaye d'Oigny (Côte-d'Or). Voy. *Gallia Christiana*, t. IV, p. 489.

Nicolaus Caronis	per dom. abbatem Sancte Katherine.
Balduinus Multoris	per dom. Johannem de Courcellis.
Frater Johannes de Bova (voy. p. 97)	per dom. Ludovicum Bailly.
Petrus Mantelli	per dom. Martinum de Fraxenis.

3. BACCALAURÉATS.

[Novembre 1443-Mai 1444.]	XXI Novembris	[Mag. Guillelmus Riveti, frater Johannes Franquier et Johannes Gaillardi. Voy. p. 106.]
		[Dom. Anthonius de Focio. Voy. p. 106.]
	V Decembris	[Dom. Johannes Hure. Voy. p. 107.]
	XVI Decembris	[Manginus Beschaloingne. Voy. p. 107.]
[1444.]	XXIV Januarii	[Johannes Olearii, abbas Ryomi, et Henricus Leonardi. Voy. p. 108.]
	XIII Februarii	[Mag. Jacobus Tyessart, Petrus Symonis et Johannes de Castelleto. Voy. p. 110.]
	XX Februarii	[Petrus Davesnes. Voy. p. 111.]
	XXVII Februarii	[Johannes Raymundi et Johannes de Atryo. Voy. p. 111.]
	VI Martii	[Anthonius de Framecourt, Philippus Wissot et Guillelmus Guyart. Voy. p. 112.]
	XIX Martii	[Johannes Damiens, Nicolaus Lelong et Jacobus de Lanstris. Voy. p. 113.]
	II Aprilis	[Prepositus Ambianensis, Theodoricus de Savigny, Guido Basin. Voy. p. 114.]
		(F° 219 v°). Et ibi similiter sunt examinati et admissi ad bachalariatum [Raymundus de Crusia, et frater Guillelmus Bazionis].
	VIII Aprilis	[Guillelmus Ponchot. Voy. p. 114.]
	XXII Aprilis	[Mag. Johannes de Villa et Paulus de Villa. Voy. p. 115.]
	XXX Aprilis	[Johannes Leporis. Voy. p. 116.]
	VII Maii	[Mag. Ludovicus de Marle. Voy. p. 116.]
	XIV Maii	[Milianus de Roseriis, Egidius Gilberti. Voy. p. 116.]
		[Nobilis vir Petrus de Pellisiis. Voy. p. 116.]

4. HARANGUES [1].

[1] Aucune mention.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

[De Brena. — In Nonis Nostre Domine.]

(F° 213 v°). Die vi mensis Octobris, mag. Guillelmus de Vernone, canonicus ecclesie B. Walburgis Furnensis, dioc. Morinensis canonicus, incepit v Decretal., in scolis ad intersignium B. Hilarii, in quibus legit Maugier. [1443 Octobre-Novembre.]

Eadem die, mag. Johannes Nepotis, canonicus Furnensis, incepit III librum [Decretal.], in scolis ad intersignium S. Eustachii, in quibus legere consuevit mag. Johannes Chuffart.

Eadem die, mag. Johannes Magistri, presbyter Ambianensis, in utroque jure bac., incepit v librum Decretal., in scolis ad intersignium Castri, ubi legere consuevit Petrus de Brena.

Eadem die, mag. Andreas Clerici, prior prioratus de Spisso Campo (voy. p. 98), ord. S. Augustini, Ambianensis dioc., incepit II librum Decretal., in scolis secundis, ad intersignium Scuti Francie, pro secundo anno et secundo vol.

Eadem die, mag. Thomas Bone, canonicus S. Donatiani Brugensis (voy. p. 98), incepit VI librum [Decretal.], in scolis anterioribus, ad intersignium Scuti Francie, in quibus legere consuevit dom. prior de Becco, pro secundo anno et secundo vol.

Eadem die, mag. Johannes Verjuti, Cabilonensis dioc., continuavit lecturam IV libri [Decretal.], et post leget VI [librum Decretal.], in scolis ad intersignium Crescentis, in quibus legere consuevit dom. Ludovicus Bailly, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue.

Eadem die, mag. Guillelmus de Leans (Layens, p. 71, 81, 96), canonicus Laudunensis, incepit VI librum Decretal., in magnis scolis Facultatis, pro tertio anno et tertio vol.

Eadem die, Sigerus Clerici, Attrebatensis dioc., incepit v librum Decretal., in secundis scolis Facultatis, in quibus legere consuevit dom. Livinus, pro quarto anno et quarto vol.

Eadem die, frater Johannes de Narbonesio, prior Panosie Cernonis (voy. p. 98), Vabrensis dioc., incepit v librum [Decretal.], in scolis ad Ymaginem B. Marie, pro quarto anno et quarto vol.

Eadem die, mag. Guillelmus de Hericourt, presbyter Morinensis dioc., incepit I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Jacobi, in quibus legere consuevit dom. abbas Gaudii Vallis, pro sexto anno et sexto vol.

Die eadem, dom. Theobaldus Viart, abbas B. Marie Ungiaci (voy. p. 117), Eduensis dioc., incepit VI librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus legere consuevit dom. Johannes de Courcellis, pro quarto anno et quarto vol.

Eadem die, mag. Guillelmus Maulglout incepit II librum Decretal., in scolis ad intersignium [Scuti] Campanie, pro secundo anno et secundo vol.

Eadem die, frater Ludovicus de Villabovis, prior de Albiaco (voy. p. 80), ord. S. Augustini, Cloromontensis (*sic*) dioc., incepit II librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti S. Johannis Jerosolimitani, in quibus legere consuevit dom. Martinus de Fravinis, pro tertio anno et tertio vol.

Eadem die, mag. Johannes de Manville, mag. in art., Cameracensis dioc., incepit II librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro secundo anno et secundo vol.

Eadem die, frater Franciscus Fabe, prior S. Johannis de Arderia (voy. p. 98), ord. S. Benedicti, Lugdunensis dioc., incepit III librum Decretal., in scolis anterioribus, supra secundas scolas Facultatis, pro secundo anno et secundo vol.

Eadem die, mag. Johannes de Willeries (Wuilleris, p. 117; Willenies, p. 75), canonicus Tornacensis, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus et posterioribus, supra secundas scolas Facultatis, pro tertio anno et tertio vol.

Eadem die, mag. Johannes du Ru, mag. in art., incepit II librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Barbare, pro primo anno et primo vol.

Eadem die, mag. Guillelmus de Bolea, dioc. Bituricensis, incepit III librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol.

Eadem die, frater Nicolaus Granoti, primicerius ecclesie S. Petri de Casiaco (voy. p. 95), ord. S. Benedicti, Suessionensis dioc., incepit V librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Corone, pro secundo anno et secundo vol.

Eadem die, mag. Philippus Le Begue, Parisiensis, incepit II librum Decretal., in scolis ad intersignium Cuniculorum, in quibus legere consuevit dom. Johannes de Montigny, pro quarto anno et quarto vol.

(F° 216 r°). Item, nomina baccalariorum qui inceperunt in nonis B. Virginis, ultra ea que supra scribuntur, folio [II^{c}] XIII.

[1443. Octobre-Novembre.]

Ven. vir mag. Egidius Odeau, lic. in leg., dioc. Aurelianensis, incepit VI librum [Decretal.], in scolis anterioribus primis, supra, ad intersignium Equi Rubei, pro quarto anno et quarto vol.

Ven. vir mag. Stephanus Yver, subdiaconus, cantor Attrebatensis, die XI Octobris, incepit VI librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem S. Petri Celestini, pro tertio anno et tertio vol.

Die XXI Octobris, Johannes de Montefalconis, Remensis [dioc.], incepit II librum Decretal., in secundis scolis, supra, ad intersignium Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol.

Frater Johannes de Porta, relig. S. Salvatoris Acquiscintensis[1], ord. S. Benedicti, Attrebatensis dioc., bac. in dec., incepit VI librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus, ad Ymaginem B. Eustacii, pro primo anno et primo vol., IX Novembris.

Mag. Alanus Besle, dioc. Corisopitensis, mag. in art. et bac. in dec., incepit IV librum Decretal., in scolis superioribus, a parte posteriori, ad intersignium S. Michaelis, pro quarto anno et quarto vol., XVIII Novembris.

[De Brena. — In nonis B. Jacobi].

[1443. Octobre-Novembre.]

(F° 214 r°). Die XI Octobris, mag. Petrus Daulley (Daulle, p. 76), presbyter Morinensis dioc., mag. in art. et bac. in dec., incepit VI librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad intersignium Castri[2].

Dicta die XI Octobris, mag. Petrus de Partis (Pertis, p. 98), mag. in art., bac. in dec., incepit VI librum Decretal., in magnis scolis Facultatis.

Eadem die, frater Bartholomeus Augerii, sacrista S. Gildasii (voy. p. 99), ord. S. Benedicti, Bituricensis dioc., incepit III librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, in quibus legere consuevit rev. pater dom. abbas S. Katherine, pro secundo anno et secundo vol.

[1] Abbaye de Saint-Sauveur d'Anchin (Nord).

[2] Avant cette mention, nous trouvons cette autre concernant le même personnage : «Die V Octobris, mag. Petrus Daulley, dioc. Morinensis, mag. in art. et bac. in dec., incepit IV librum Decretal., pro primo anno et secundo vol.»

Eadem die, mag. Andreas Lapieti, presbyter Cabilonensis dioc., continuabit lecturam super III libro Decretal., in scolis in quibus legere consuevit mag. Ludovicus Bailli, et post leget V [librum Decretal.], et hoc pro secundo anno et secundo vol.

Eadem die, mag. Petrus Mantelli, curatus de Croy (voy. p. 65), incepit II librum Decretal., in scolis superioribus et posterioribus, supra secundas scolas in quibus legit dom. Lavinus pro quarto anno et quarto vol.

Eadem die, frater Remigius de Talensaco, preceptor S. Antonii Matisconensis [1], incepit V librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Eustachii, in quibus consuevit legere dom. Johannes Chuffart, pro secundo anno et secundo vol.

Eadem die, mag. Richardus Galli, Lexoviensis dioc., mag. in art., incepit VI librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, in quibus legere consuevit dom. Johannes de Courcellis, pro tertio anno et tertio vol.

Eadem die, mag. Desiderius Nicolai, Tullensis dioc., incepit III librum [Decretal.], in scolis ad intersignium Scuti Francie, pro secundo anno et secundo vol.

Eadem die, mag. Balduinus Fortis, Attrebatensis dioc., incepit II librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Thome, in quibus legere consuevit dom. Johannes Midoulx, et hoc pro secundo anno et secundo vol.

(F° 214 v°). Die XI Octobris M.CCCC.XLIII, mag. Poncius Bouron, clericus Remensis dioc., incepit I librum Decretal., in parvis scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir frater Guillelmus Guiart, religiosus et sacrista B. Marie de Joigniaco, ord. Cluniacensis, Senonensis dyoc., hodie, in nonis B. Jacobi, incepit I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jerosolimitani, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLV, die [8]....

Jacobus de Lusserio, presbyter, de Viziliaco [9], Eduensis dyoc., incepit, in nonis B. Jacobi, III librum Decretal., in scolis ad Imaginem B. Jacobi, ubi legit dom. abbas Gaudii Vallis, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLV, die [10]....

[1] La mention est incomplète dans le ms.
[2] La mention est incomplète dans le ms.
[3] La mention est incomplète dans le ms.
[4] La mention est incomplète dans le ms.
[5] La mention est incomplète dans le ms.
[6] La mention est incomplète dans le ms.
[7] La mention est incomplète dans le ms.
[8] La mention est incomplète dans le ms.
[9] Vézelay (Yonne).
[10] La mention est incomplète dans le ms.

(F° 225 v°). Stephanus Textoris, clericus Eduensis dyoc., incepit IV librum Decretal., in scolis inferioribus Corone, pro secundo anno et secundo vol., die X Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

(F° 225 r°). Johannes Briois, presbyter Attrebatensis dyoc., incepit, in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol., die XI mentis Octobris, anno Domini M CCCC XLV, IV librum Decretal.

Henricus de Embrica, presbyter Trajectensis dyoc., incepit, in nonis B. Jacobi, VI librum Decretal., in scolis superioribus B. Johannis Baptiste, pro secundo anno et secundo vol., XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

Johannes de Parisius, de Cathalano (voy. p. 129), lic. in jure civili, incipiet VI librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro secundo anno et secundo vol. die XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

Johannes Remondi, utriusque juris bac., incepit, in nonis B. Jacobi, II librum Decretal., ad intersignium Equi Rubei, pro tertio anno et tertio vol., die [1]..... mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

(F° 225 v°). Petrus Alani, presbyter, incepit, in nonis B. Jacobi, V librum Decretal., in scolis secundis posterioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol., die XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

Johannes Huart, mag. in art., incepit, in nonis B. Jacobi, II librum Decretal., in scolis superioribus S. Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol., mensis Octobris die [2]..... anno Domini M CCCC XLV.

Frater Karollus Cauwet (Cauloet, p. 130), presbyter, prior S. Laurentii (voy. p. 130), incepit, in nonis B. Jacobi, II librum Decretal., in scolis inferioribus Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol., die XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

Andreas Clerici, religiosus, incepit, in nonis B. Jacobi, V librum Decretal., in scolis inferioribus Scuti Jerosolimitani, pro quarto anno et quarto vol., die XII Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

Johannes Dyonisii, clericus Tornacensis dyoc., incepit, in nonis B. Jacobi, II librum Decretal., in scolis superioribus Scuti Sabaudie, pro quarto anno et quarto vol., die XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

Jacobus de Lanstais (Lanstas, p. 135), presbyter Tornacensis dyoc., incepit, in nonis B. Jacobi, VI librum Decretal., in scolis ad Imaginem B. Marie, pro tertio anno et tertio vol., die XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

Johannes Reginaldi, clericus Tullensis dyoc., incepit, in nonis B. Jacobi, III librum Decretal., in scolis primis inferioribus Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol., die XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

Frater Bartholomeus Augerii incepit, in nonis B. Jacobi, Clementinas, in scolis inferioribus B. Johannis Baptiste, pro quarto [anno] et quarto vol., die XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

Johannes de Fusteleya, presbyter, incepit, in nonis B. Jacobi, II librum Decretal., in secundis scolis posterioribus, supra, ad Imaginem B. Martini, pro secundo anno et secundo vol., die XII mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLV.

Frater Johannes Miniclardi, ord. S. Trinitatis, incipit, in nonis S. Jacobi, II librum [Decretal.], in scolis inferioribus Equi Rubei, pro tertio anno et tertio vol.

Johannes de Brolio, Claromontensis dioc., incipit I librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad Scutum Sabaudie, pro primo anno et primo vol., die XVIII Octobris.

[1] La mention est incomplète dans le ms. — [2] La mention est incomplète dans le ms.

Symon Lesculier incipit II librum Decretal., in scolis superioribus anterioribus Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol., die XXV Octobris.

Rev. pater dom. Petrus de Fontetis, abbas S. Secani (voy. p. 128), incipit I librum [Decretal.], in nonis S. Jacobi, in scolis ad Scutum Sabaudie [et] intersignium Cuniculorum, in quibus legit dom. Johannes de Coursellis, pro tertio anno et tertio vol., die IV Novembris, anno Domini M CCCC XLV.

Dom. Johannes Tulen, religiosus de Domo Dei Parisius, hodie, in nonis S. Jacobi, incipit IV librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol., in scolis superioribus, ad intersignum S. Martini, scilicet die X Novembris, anno predicto.

Frater Remigius de Talensaco, preceptor domus S. Anthonii Matisconensis [1], incipit, in nonis S. Jacobi, I librum [Decretal.], in scolis Crescentis, in quibus legit Bailly, pro tertio anno et tertio vol., scilicet die XXVII Novembris, anno predicto [2].

(F° 227 r°). In nonis B. Jacobi. — Johannes Montigny.

[1445. Octobre-Décembre.]

Raymundus de Crugiis (Cruegia, p. 127) incipit II librum [Decretal.], in scolis superioribus S. Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol., die Octobris XV, anno Domini M CCCC XLV.

Theodoricus de Saviguy incipit III [librum Decretal.], in scolis parvis inferioribus Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol., die XX Octobris.

Petrus du Nesmes, Carnotensis dioc., incipit III [librum Decretal.], in scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem B. Martini, pro tertio anno et tertio vol., die XXVIII mensis Octobris.

Johannes Leporis incipit, hodie, in titulo *De testibus* [3], in scolis superioribus Petri Celestini, pro tertio anno et tertio vol., die VII Decembris [4].

(F° 228 v°). Sequuntur nomina incipientium legere in nonis B. Jacobi.

[1446. Janvier-Avril.]

Nobilis vir Johannes du Drac, de Parisius, in nonis B. Jacobi, leget III librum Decretal., in scolis ad intersignium Petri Celestini, in superioribus, et hoc pro primo anno. Datum die XXIII Januarii, anno Domini M CCCC XLV.

Petrus de Marisiaco, bac. in dec. Parisius, legit, in nonis B. Jacobi, V librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Campanie, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLV, die XXVII mensis Januarii.

Johannes Scabini, bac. in dec. Parisius, legit, in nonis B. Jacobi, II librum et III Decretal., in secundis scolis posterioribus, supra, ad intersignium Corone, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLV, die XXIX mensis Januarii. — Nichil solvit.

Egidius Fratris, bac. in dec. Parisius, legit, in nonis B. Jacobi, pro primo anno et primo vol., III librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini. Datum anno Domini M CCCC XLV, die IV mensis Februarii.

Johannes Theobaldi, presbyter, bac. in dec. Parisius, legit, in nonis B. Jacobi, pro tertio anno et tertio vol., II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Johannis. Datum anno Domini M CCCC XLV, die XXIX mensis Martii.

Jacobus Chevrier, in art. mag. et bac. in dec. Parisius, Senonensis dioc., legit, in nonis B. Jacobi, II librum Decretal., in scolis supremis posterioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLV, die I mensis Aprilis.

[1] Mâcon (Saône-et-Loire). — [2] Le fol. 226 est blanc dans le manuscrit. — [3] *Decretales Gregorii IX*, II, 20. — [4] Le fol. 227 v° est blanc dans le manuscrit.

Petrus Symonis, presbyter, bac. in dec. Parisius, legit, in nonis B. Jacobi, v librum Decretal., in scolis posterioribus, ad Ymaginem S. Petri Celestini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLV, die I Aprilis.

Johannes Tual, presbyter, in art. mag. et bac. in dec. Parisius, legit, in nonis B. Jacobi, pro quarto anno et quarto vol., III librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium [Scuti] Britannie. Datum anno Domini M CCCC XLV, [die] II Aprilis.

Johannes Le Queu (voy. p. 136), bac. in dec., leget III [librum Decretal.], in nonis B. Jacobi, pro primo anno et vol., in scolis superioribus, ad intersignium B. Eustachii. Datum anno Domini M CCCC XLV, die XI Aprilis.

(F° 229 r°). JOHANNES MONTIGNY.

SEQUUNTUR NOMINA INCIPIENTIUM LEGERE IN NONIS B. MARIE.

[1446. Janvier-Septembre.] Egidius de Beversbuis (Boverselius, Boverseluis, p. 128), bac. in dec. Parisius, legit, pro tertio anno et tertio vol., in nonis B. Marie, in scolis inferioribus, ad intersignium Castri. Datum anno Domini M CCCC XLV, [die] XXIII mensis Januarii.

Nicolaus Berbisey, de Divione[1], bac. in dec. Parisius, legit, in nonis B. Marie, pro primo anno et primo vol., V librum Decretal., in scolis mediis posterioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini. Datum anno Domini M CCCC XLV, die III mensis Februarii. — Nihil solvit, quia de col.

Johannes de Porta, religiosus monasterii S. Salvatoris Acquiscintensis (voy. p. 120), ord. S. Benedicti, bac. in dec. Parisius, legit, in nonis B. Marie, I librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus, ad Ymaginem B. Eustacii, [pro] tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLV, [die] V mensis Februarii.

Yvo Nigri, bac. in dec. Parisius, incepit legere, in nonis B. Marie, pro primo anno et primo vol., II librum Decretal., in secundis scolis Facultatis Decretorum, quas locavit pretio XVI sol. paris. Datum anno Domini M CCCC XLV, die XIIII mensis Februarii.

Hugo Benefacti, clericus Tullensis dioc., bac. in dec. Parisius, legit, in nonis B. Marie, IV librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Hylarii, in quibus legere consuevit rev. pater dom. prior de Becreloy[2], decretorum doctor, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLV.

Johannes Laurentii, presbyter Bituricensis dioc., bac. in dec. Parisius, legit, in nonis B. Marie, I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno Domini M CCCC XLV, die XXIIII mensis Martii.

Johannes Gay, nobilis, Claramontensis dioc., bac in dec. Parisius, legit, in nonis B. Marie, IV librum Decretal., in scolis, ad Ymaginem Petri Celestini, superioribus posterioribus, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLV, die II mensis Aprilis.

Theodericus de Caigneux, [bac.] in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet VI librum Decrêtal., ad intersignium B. Marie, et hoc [pro] tertio anno. Datum anno Domini M CCCC XLV, die XI mensis Aprilis.

Frater Johannes Falquerii, bac in dec., hodie, in [nonis] B. Marie, inci[pi]et II librum Decretal., in scolis B. Eustachii, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLV, die XI mensis Aprilis.

Johannes de Campis, de Parisius, hodie, incipiet I librum Decretal., in scolis posterioribus,

[1] Dijon (Côte-d'Or). — [2] Le Bec-Hellouin (Eure).

supra secundas scolas Facultatis, pro secundo anno et secundo vol., etc. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXV Aprilis, post Pasca.

(F° 230 r°). Anthonius de Montigny, mag. in art., incipiet IV librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium B. Martini, pro primo anno et primo vol., in nonis B. Marie, die VI Julii M CCCC XLVI.

(F° 232 r°). Discr. vir Pregentius de Murhorre, subdyaconus Trecorensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Martini, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum die XXII mensis Septembris, anno Domini M CCCC XLVI.

Relig. vir frater Dyonisius de Roffignaco, prior prioratus de Avallia[1], ord. S. Benedicti, Pictavensis dioc., incepit, hodie, III librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis B. Johannis Baptiste, in quibus legit rev. pater abbas S. Katherine, ad Ymaginem B. Johannis Baptiste, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXVIII mensis Septembris.

Discr. vir Andreas Chiefdostel, presbyter Rothomagensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit I librum Decretal., in scolis ad intersignium Corone, et hoc pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXV mensis Septembris.

Ven. vir Bertrandus de Roffigniaco, Lemovicensis dioc., prepositus ecclesie Rivensis (?)[2], Lemovicensis dioc., incipiet V librum [Decretal.], in scolis, ad intersignium Crescentis, in nonis B. Marie, pro primo voi. sue lecture. Datum die XXV mensis Septembris, anno Domini M CCCC [XL]VI.

Nobilis vir Petrus de Pelissiis, clericus Petragoricensis dioc., bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incepit IV librum Decretal, in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Jacobi, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno et die quibus supra.

Relig. vir frater Huguetus de Albuconio, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet legere titulum seu rubricam *De consuetudine*[3], in secundis scolis Facultatis, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXVIII mensis Septembris.

Discr. vir Johannes Senestre (Sevestre?), Senonensis dioc., mag. in art., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in secundis scolis superioribus posterioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXVIII Septembris.

Nomina incipientium in nonis B. Jacobi.

(F° 231 v°). Discr. vir dom. Nicolaus Marie, presbyter Lexovicusis dioc., in art. mag. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet legere I librum Decretal., pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum die lune, XIX mensis Septembris, anno Domini M CCCC XLVI. [1446. Septembre.

Discr. vir Matheus de Linerils legere incepit, in nonis B. Jacobi, I librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus, ad intersignium Cuniculorum, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum XIX mensis Septembris, anno Domini M CCCC XLVI.

Discr. vir Michael Dyane, Claromontensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit legere in scolis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, pro primo anno

[1] Availles (Vienne). — [2] Je ne parviens pas à identifier le nom de cette localité. — [3] *Sextus*, I, 4.

et primo vol. lecture sue, II librum Decretal. Datum XX mensis Septembris, anno Domini M CCCC XLVI.

Relig. vir frater Martialis Guitoni, Bituricensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis anterioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum XX Septembris, anno Domini M CCCC XLVI.

Discr. vir mag. Guillelmus de Montecanino, clericus Eduensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit legere IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, in quibus solebat legere mag. Johannes Paris, nuper lic., pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI.

Discr. vir Galterus Santerelli, presbyter Remensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Campanie, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXII mensis Septembris.

Discr. vir Quintinus Datyes, clericus Attrebatensis dioc., in art. mag., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis anterioribus, ad Ymaginem B. Michaelis, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXV mensis Septembris.

Relig. vir frater Ludovicus de Albuconio, prior prioratus Ville Dei [1], hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus secundis Facultatis, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXVIII mensis Septembris.

Discr. vir Johannes de Beaugrant, Noviomensis dioc. clericus, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit legere IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Martini, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXVIII Septembris.

(F° 232 r°). Discr. vir Jacobus Le Carbonnier, clericus Morinensis dioc., mag. in art. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Martini, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXVIII Septembris.

[1] La Ville-Dieu-du-Clain (Vienne).

DÉCANAT DE LOUIS BAILLI.

NOVEMBRE 1446 À NOVEMBRE 1447.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Bailli.

(F° 237 v°). Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, die jovis, decima Novembris, dominis doctoribus collegialiter congregatis in Sancto Johanne Jherosolimitano, pro electione futuri decani facienda, ac etiam ad eligendum novum receptorem, ego, Ludovicus Bailli, fui electus in decanum, feciqueque juramenta fieri consueta; et, ipsa die, fuit electus in receptorem Facultatis dominus Johannes Midoux, et prestitit juramenta solita. [1446. 16 Novembre.]

Eodem anno, die xi ejusdem mensis Novembris, que fuit dies Sancti Martini, in processionibus Universitatis, celebratis in Sancto Martino de Campis, fuerunt presentes domini Sancte Katerine, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier; et sic pro octo [distributi fuerunt] x sol., viii den. [11 Novembre.]

Die xii ejusdem mensis, fuerunt presentes in Sancto Maturino, in vigiliis magistri Roberti de Sorbona, et in crastino, in missa, domini Sancte Katerine, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny et Maugier; et sic pro octo fuerunt distributi xxi sol., iii den. [12 Novembre.]

Eodem anno, die martis, xv ejusdem mensis Novembris, asumptus est ad gradum doctoratus in veneranda decretorum Facultate magister Paulus de Villa, Lemovicensis dyocesis, licentiatus in legibus, post multas et varias congregationes, ad hujusmodi gradum tandem admissus; qui quidem, precedentibus vesperiis, die xxix Octobris, in magnis scolis, cum honore birretum doctorale adeptus est, eadem die martis supradicta, qui, ad honorem doctoratus suscepti, festum suum, ut decebat, predecessorum more, in domo archiepiscopi Remensis, honorifice consumavit. [15 Novembre.]

Die jovis, xvii ejusdem mensis, fuerunt presentes tam in missa ordinaria, [17 Novembre.]

quam in examine, domini Sancte Katerine, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, prior de Beco; et sic pro decem fuerunt distributi xxvi sol., viii den.

[24 Novembre.] (F° 238 r°). Jovis, xxiiii ejusdem mensis Novembris, fuerunt presentes in missa ordinaria Facultatis, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, prior de Beco; et sic pro undecim fuerunt distributi xiii sol., viii den.

[25 Novembre.] Die Sancte Katherine, virginis, xxv ejusdem mensis, fuerunt presentes in missa domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, prior de Beco; et sic pro undecim fuerunt distributi xiii sol., viii den.

Eadem die, dominis doctoribus, post missam, in unum congregatis, magister Johannes Baille, magister in artibus, licentiatus in decretis, thesaurarius et canonicus ecclesie Belvacensis, qui alias vicibus iteratis supplicaverat pro secunda lectura ordinarii de mane, loco magistri Pauli, nunc doctoris, qui antea legere consueverat, admissus est ad hujusmodi lecturam usque ad beneplacitum Facultatis, et prestitit juramenta in talibus fieri consueta.

[26 Novembre.] In crastino Sancte Katherine, xxvi ejusdem mensis, fuerunt presentes in missa Universitatis, celebrata in ecclesia Predicatorum, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, prior de Beco; et sic pro undecim fuerunt distributi xiii sol., viii den.

[2 Décembre.] Veneris, secunda Decembris, fuerunt presentes tam in missa ordinaria, quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier; et sic pro decem [distributi fuerunt] xxvi sol., viii den.

(F° 238 v°). Eadem secunda die Decembris, comparentibus Johanne de Lavignoille, licentiato in legibus et in decretis baccalario, et Hugone Benefacti, baccalario in decretis, supplicantibus pro quarto loco ad legendum ordinarium de mane, ordinavit et conclusit Facultas, ad hoc specialiter vocata, quod dictus de Lavignoille quartum haberet locum, et Hugo Benefacti quintum, usque tamen ad beneplacitum Facultatis; qui prestiterunt juramenta fieri solita.

[5 Décembre.] Magister Paulus de Villa, doctor in decretis noviter assumptus, qui alias Facultati decretorum supplicaverat ut admitteretur ad regentiam, hodie, quinta Decembris, ex ordinatione ejusdem Facultatis, incepit legere suam primam lectio-

nem, et, prestitis per eumdem juramentis factum regentie concernentibus, annumeratus est numero regentium et tamquam verus regens reputatus.

Die Sancti Nicolai, VI ejusdem mensis Decembris, fuerunt presentes, tam in missa quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro XI, fuerunt distributi XXIX sol., III den. [6 Décembre.]

Die mercurii, VII ejusdem mensis, in crastino Sancti Nicolai, fuerunt presentes in missa Universitatis, celebrata in ecclesia fratrum Predicatorum, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro XI, fuerunt distributi XIII sol., VII den. [7 Décembre.]

Die VIII ejusdem mensis, in die Conceptionis Beate Marie Virginis, fuerunt presentes in missa domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro undecim, fuerunt distributi XIII sol., VII den. [8 Décembre.]

(F° 239 r°). Veneris, IX ejusdem mensis Decembris, fuerunt presentes, in missa ordinaria Facultatis, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro XI, fuerunt distributi XIII sol., VII den. [9 Décembre.]

Mercurii, XIII dicti mensis, fuerunt presentes, tam in missa de « Rorate »[1], celebrata in Sancto Johanne pro conservatione Facultatis, quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro XI, fuerunt distributi XXIX sol., III den. [14 Décembre.]

Dicta die, supplicavit dominus abbas Gaudii Vallis quod, quia recessurus erat pro agendis sui ordinis, quod, preter et ultra mensem quem habere consueverunt domini doctores de rigore post eorum recessum, adhuc per gratiam unum mensem haberet, quo, durante ejus absentia, reputaretur regens et emolumenta eodem tempore perciperet. Cui supplicationi annuit Facultas, dum tamen cuilibet dominorum fieret similis gratia, si et in quantum indigeret, pro anno presenti duntaxat. Et hanc conclusionem statuit et ordinavit Facultas per me, Ludovicum Bailli, suum decanum, in scripto redigi in robur et testimonium.

Jovis, XV dicti mensis, fuerunt presentes, in missa ordinaria Facultatis, domini [15 Décembre.]

[1] Introit et désignation ordinaire du quatrième dimanche de l'Avent.

Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro xi, [fuerunt distributi] xiii sol., viii den.

[22 Décembre.] (F° 240 r°). Jovis, xxii dicti mensis Decembris, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro xi, fuerunt distributi xxix sol., iii den.

[30 Décembre.] Veneris, xxx et penultima ejusdem mensis, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi xxvi sol., viii den.

[1447. 5 Janvier.] Jovis, v mensis Januarii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa, et sic pro decem, [fuerunt distributi] xxvi sol., viii den.

[8 Janvier.] Die dominica, octava ejusdem mensis Januarii, fuerunt presentes in processionibus Universitatis, celebratis in Sancta Katerina, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi xiii sol., iii den.

[12 Janvier.] Jovis, xii ejusdem mensis fuerunt presentes, in missa ordinaria Facultatis, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro decem, [fuerunt distributi] xiii sol., iii den.

[19 Janvier.] (F° 240 v°). Die jovis, xix ejusdem mensis Januarii, fuerunt presentes, in missa ordinaria Facultatis, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailly, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi xiii sol., iii den.

[26 Janvier.] Jovis, xxvi ejusdem mensis, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi xxvi sol., viii den.

Eadem die, fuerunt distributa undecim dominis viginti duo scuta auri, scilicet cuilibet duo scuta, que valent xxiii libras, iii sol.

Mercurii, prima Februarii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi XXVI sol., VIII den. [1er Février.]

(F° 241 r°). Jovis, secunda Februarii, in festo Purificationis Beate Marie Virginis, pro luminari tradito, scilicet cereis, tedis pro altari et ceteris distributis tam dominis doctoribus quam eorum servitoribus, baccalariis et bedellis Facultatis, per receptorem tradita est speciario summa XI lib., XIX sol., III den. [2 Février.]

Veneris, tertia ejusdem mensis, fuerunt presentes in missa Universitatis, celebrata in Jacobitis, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi XII sol., III den. [3 Février.]

Eadem die, tradidit receptor pro ligatura Decretalium venerande Facultatis Decretorum XVI sol.

Jovis, IX ejusdem mensis, fuerunt presentes in missa ordinaria Facultatis, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro IX, fuerunt distributi XII sol. [9 Février.]

(F° 241 v°). Jovis, XVI mensis Februarii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro IX, [distributi fuerunt] XXIII sol. [16 Février.]

Jovis, XXIII ejusdem mensis, fuerunt presentes, in missa ordinaria, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro IX, fuerunt distributi XII sol. [23 Février.]

Jovis, II mensis Martii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro IX, fuerunt distributi XXIII sol. [2 Mars.]

(F° 242 r°). Dicta die, scilicet II mensis Martii, distributa sunt undecim dominis XI scuta auri, unicuique scilicet unum scutum, que ascendunt ad XII libr., II sol.

Jovis, IX ejusdem mensis, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria quam in [9 Mars.]

examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro IX, fuerunt distributi XXIII sol.

[12 Mars.] Duodecima ejusdem mensis, in congregatione Facultatis, celebrata in domo domini cancellarii ecclesie Parisiensis, pro agendis ipsius Facultatis, pro IX presentibus, fuerunt distributi XII sol.

[16 Mars.] Jovis, XVI ejusdem mensis, fuerunt presentes in missa ordinaria Facultatis, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro novem, fuerunt distributi XII sol.

[23 Mars.] (F° 242 v°). Jovis, XXIII Martii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro decem, [fuerunt distributi] XXVI sol., VIII den.

Fuerunt etiam, dicta die, distributa undecim dominis XI scuta auri, unicuique scilicet unum scutum, que valent XII libr., II sol.

[25 Mars.] In missa Annunciationis Dominice, XXV Martii, fuerunt presentes domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi XIII sol., III den.

[30 Mars.] (F° 243 r°). Jovis, XXX Martii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi XXVI sol., VIII den.

Eadem die, tradidit receptor capellanis Sancti Johannis pro missis Facultatis LXVI sol.

[20 Avril.] Anno Domini M CCCC XLVII, die jovis, XX mensis Aprilis, post Quasimodo, fuerunt presentes in missa ordinaria Facultatis, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro XI, fuerunt distributi XIII sol., VIII den.

[27 Avril.] Jovis, XXVII ejusdem mensis Aprilis, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro XI, fuerunt distributi XXIX sol., III den.

[4 Mai.] (F° 243 v°). Jovis, quarta mensis Maii, fuerunt presentes, tam in missa or-

dinaria Facultatis quam in examine, domini Sancte Katerine, Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro XI, fuerunt distributi XXIX sol., III den.

Martis, IX ejusdem mensis Maii, fuerunt presentes in missa Beati Nicholai omnes undecim domini; et sic fuerunt distributi XIII sol., VII den. [9 Mai.]

Dicta die, fuerunt distributa undecim dominis viginti duo scuta auri, scilicet cuilibet duo scuta, que valent XXIII libr., III sol.

Jovis, XII (XI?) ejusdem mensis, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria quam in examine, omnes undecim domini; et sic fuerunt distributi XXIX sol., IV den. [12 Mai.]

Die dominica, XIII ejusdem mensis Maii, fuerunt presentes in processionibus Universitatis, celebratis in ecclesia Beate Marie Virginis, omnes undecim domini; et sic fuerunt distributi XIII sol., VII den. [13 Mai.]

(F° 244 r°). Martis, XVI ejusdem mensis Maii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, omnes undecim domini; et sic fuerunt distributi XXIX sol., III den. [16 Mai.]

Jovis, XXV ejusdem mensis Maii, fuerunt presentes, in missa ordinaria Facultatis, omnes undecim domini; et sic fuerunt distributi XIII sol., VII den. [25 Mai.]

Jovis, prima mensis Junii, fuerunt presentes, in missa ordinaria Facultatis, omnes undecim domini; et sic fuerunt distributi XIII sol., VII den. [1er Juin.]

Veneris, II ejusdem mensis Junii, fuerunt presentes in Jacobitis, in vigiliis et missa de Requiem celebratis per Universitatem pro anima defuncti domini nostri Eugenii, summi pontificis[1], omnes undecim domini; et sic fuerunt distributi XIII sol., VII den. [2 Juin.]

Mercurii, VII ejusdem mensis Junii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, omnes undecim domini; et sic fuerunt distributi XXIX sol., III den. [7 Juin.]

Dicta die, distributa sunt undecim dominis XI scuta auri, scilicet unicuique unum scutum, que ascendunt ad summam XII libr., II sol.

(F° 244 v°). Jovis, XV mensis Junii, fuerunt presentes, tam in missa ordi- [15 Juin.]

[1] Le pape Eugène IV, mort le 23 février 1447.

naria Facultatis quam in examine, omnes xi domini; et sic fuerunt distributi xxix sol., iii den.

Pro cambio scutorum, ad habendum monetam pro distributionibus faciendis dominis doctoribus in missis Facultatis et aliis, scilicet in missis Universitatis et processionibus ejusdem, tradidit receptor xxxii sol.

Misia huc usque est viiˣˣ vi libr., xiii sol. par.

Eisdem anno et die decima quinta Junii, dominus Petrus Maugier, capellanus Sancti Dionisii, in Sancto Hylario, significavit dominis, in plena Facultate, quod domus que dicebantur pertinere eidem capelle, situate in Monte Sancti Hylarii, fuerant proclamate et erant tribus crucibus signate, et quod se opposuerat ad conservandum Facultati et capellano tale jus proprietatis et redditus quale habet et solet habere dictus capellanus seu dicta Facultas in eisdem domibus. Verumptamen, quia ipse dominus Petrus non habebat titulos nec documenta ad se juvandum, nec Facultas aliqua sibi tradiderat in collatione capelle, vel de post, idcirco summabat et requirebat, prout summavit dictam Facultatem, quod, si quid habebat ad producendum in Castelleto, more solito, sibi ministraret; alias protestatus est quod nihil sibi in futurum posset impingi nec peti, si, propter defectum productionis titulorum, ipse et Facultas perderent jus suum; dicens ultra quod curatus Sancti Hylarii, faciens fieri dictas proclamationes, et ecclesia Sancte Genovefe, in Monte Parisiensi, pretendunt ibidem habere octo libras perpetui redditus, et petunt magna arreragia; et quod dicte domus sunt ruynose nec valent illos redditus pro nunc.

Que Facultas respondit, post deliberationem habitam super dicta summatione, quod protestatio predicta erat rationabilis et quod ipsam admittebat, nec volebat quod in futurum aliquid eidem domino Petro peti posset; facerent tamen querere in archis suis si haberent aliquos titulos.

Actum anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, die quo supra.

[22 Juin.] (F° 245 r°). Jovis, xxii mensis Junii, fuerunt presentes, in missa ordinaria Facultatis, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi xii sol., iii den.

[28 Juin.] Mercurii, xxviii ejusdem mensis Junii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi xxvi sol., viii den.

Fuerunt etiam, dicta die, distributa undecim dominis xi scuta auri, unicuique scilicet unum scutum, que valent xii libr., ii sol.

Jovis, vi mensis Jullii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis [9 Juillet.]
quam in examine, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro decem, fuerunt distributi xxvi sol., viii den.

Dicta die, fuerunt distributa xi dominis xi scuta, unicuique scilicet unum scutum, que valent xii lib., ii sol.

(F° 245 v°). Jovis, xiii ejusdem mensis Jullii, fuerunt presentes in missa [13 Juillet.]
ordinaria Facultatis, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro novem, [fuerunt distributi] xii sol.

Jovis, xx ejusdem mensis Jullii, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Fa- [20 Juillet.]
cultatis quam in examine, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro novem, fuerunt distributi xxiii sol.

(F° 246 r°). Jovis, xxvii ejusdem mensis Jullii, fuerunt presentes, tam in [27 Juillet.]
missa ordinaria quam in examine, domini Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro septem, [fuerunt distributi] xviii sol., viii den.

Eadem die, distributa sunt undecim dominis xi scuta auri, scilicet unicuique unum scutum, que ascendunt ad sommam xii lib., ii sol.

Mercurii, ii Augusti, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam [2 Août.]
in examine, domini Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro septem, [fuerunt distributi] xviii sol., viii den.

(F° 246 v°). Dicta die, ii Augusti, fuerunt distributa undecim dominis viginti duo scuta auri, scilicet cuilibet duo scuta, que valent xxiii libr., iii sol.

Mercurii, ix Augusti, fuerunt presentes in missa ordinaria Facultatis, domini [9 Août.]
Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro novem, fuerunt distributi xii sol.

Martis, xv Augusti, fuerunt presentes, in missa Assumptionis Beate Marie Vir- [15 Août.]
ginis, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier; et sic pro septem, fuerunt distributi ix sol., iii den.

(F° 247 r°). Jovis, xvii ejusdem mensis Augusti, fuerunt presentes, in missa [17 Août.]
ordinaria Facultatis, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro novem, [fuerunt distributi] xii sol.

Veneris, xviii eiusdem mensis, fuerunt presentes in processionibus Universi- [18 Août.]

tatis, celebratis in ecclesia Beate Katerine de Valle Scolarium, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro novem, fuerunt distributi xii sol.

[23 Août.] Mercurii, xxiii ejusdem mensis Augusti, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria quam in examine, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et pro octo, [fuerunt distributi] xxi sol., iii den.

[30 Août.] Jovis, ultima Augusti, fuerunt presentes in missa ordinaria Facultatis, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro novem, fuerunt distributi, xii sol.

[2 Septembre.] Dicta die [secunda Septembris], fuerunt distributa xi dominis xi scuta, unicuique scilicet unum; [que valent] xii lib., ii sol.

[7 Septembre.] (F° 247 v°). Jovis, septima Septembris, fuerunt presentes in missa ordinaria Facultatis, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro octo, fuerunt distributi x sol., viii den.

[8 Septembre.] Veneris, viii ejusdem mensis, fuit festum Nativitatis Beate Marie Virginis, et fuerunt presentes in missa domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro octo, fuerunt distributi x sol., viii den.

[13 Septembre.] (F° 248 r°). Mercurii, xiii Septembris, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria quam in examine, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro octo, fuerunt distributi xxi sol., iii den.

Dicta die, post missam Facultatis, congregatis dominis doctoribus in capella Sancti Johannis Jherosolimitani, fuit conclusum quod ab hac die in antea, nullus quicumque baccalarius in decretis admitteretur ad harengam faciendam, nisi haberet signum receptoris ipsius Facultatis; et tunc, vocatis bedellis, fuit eis preceptum, sub pena privationis, quod amodo ita observarent.

Item, fuit conclusum quod dominus receptor teneretur, in omni missa Facultatis in futurum celebranda, secum deferre vel deferri facere papirum suam in qua hujusmodi harenge essent scripte, ut videret unusquisque dominorum numerum harengarum ipsius ebdomade.

Tertio, fuit conclusum, conformiter ad ea que dudum conclusa fuerunt ad supplicationem domini abbatis Gaudii Vallis, videlicet quod, ultra unum mensem, post recessum dominorum doctorum a villa Parisiensi, per statuta concessum, unusquisque dominorum qui vellet abesse infra annum haberet alium mensem, in quibus duobus mensibus absentie, durante dicto anno, nullum absenti preju-

dicium fieret, sive quoad emolumentum licentie, sive quoad quosque alios regentie fructus, distributionibus tamen in qualibet missa Facultatis fieri solitis duntaxat exceptis. Et ita domino Johanne (*sic*) de Courcellis tunc supplicanti fuit concessum quod absens esse posset sine dicto prejudicio, ab hac die usque ad primam diem Januarii proximo futuram, et idem magistro Johanni de Brena similiter est concessum. Et hanc conclusionem statuit et ordinavit Facultas per me, Ludovicum Bailli, suum decanum, in scripto redigi in robur et testimonium.

(F° 248 v°). Mercurii, XX Septembris, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, domini Courcellis, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic novem fuerunt distributi XXIII sol. [20 Septembre.]

Jovis, XXVII ejusdem mensis Septembris, fuerunt presentes in missa ordinaria Facultatis, domini Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro octo, fuerunt distributi X sol., VII den. [28 Septembre.]

Eadem die, in qua celebrata est ultima missa ante festum Sancti Michaelis, secundum tenorem statuti, comparuerunt domini legentes de mane quatuor, scilicet magistri Arnaldus de Palatio, Johannes Baille, Philbertus [1]. . .

(F° 251 r°). In visitatione dominorum legentium ordinarium de mane, martis, decima Octobris, fuerunt presentes domini Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier et de Villa; et habuit quilibet duos solidos parisiensium; et sic pro septem, [distributi fuerunt] VII sol. [10 Octobre.]

Jovis, XII Octobris, fuerunt presentes, tam in missa ordinaria Facultatis quam in examine, domini Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro septem, fuerunt distributi XVII sol., VII den. [12 Octobre.]

Eadem die, fuerunt distributa undecim dominis viginti duo scuta auri, scilicet cuilibet duo scuta, que valent XXIII lib., III sol.

Jovis, XIX Octobris, fuerunt presentes in missa ordinaria Facultatis, domini Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa, Sancte Katerine; et sic pro octo, fuerunt distributi X sol., VII den. [19 Octobre.]

Eadem die, supplicavit magister Arnaldus de Palatio, primus legens ordinarium de mane, in presentia dominorum, quia, occurentibus certis negotiis, compellebatur ire ad patriam pro suis agendis, quod, durante ejus absentia, posset alium loco sui substituere ad dictam lecturam, sine prejudicio statutorum et ordinatio-

[1] La mention est incomplète dans le manuscrit.

num Facultatis et juris sibi debiti in dicta lectura, usque ad festum Nativitatis Domini; cujus supplicationi benigniter et favorabiliter annuit Facultas, et loco prefati magistri Arnaldi, acceptaverunt domini quemdam per ipsum presentatum, videlicet magistrum Johannem Fornerii, baccalarium in decretis.

[20 Octobre.] Veneris, xx Octobris, fuerunt presentes in processionibus Universitatis, celebratis in ecclesia Beate Marie Virginis, domini Sancte Katerine, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro novem, [distributi fuerunt] xii sol.

[26 Octobre.] Jovis, xxvi Octobris, fuerunt presentes, tam in missa quam examine, domini Sancte Katerine, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa; et sic pro novem, fuerunt distributi xxiii sol.

[31 Octobre.] Martis, ultima Octobris, fuerunt presentes, tam in missa quam examine, domini Sancte Katerine, Chuffart, Fraxinis, Brena, Gaudii Vallis, Bailli, Mydoux, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro novem, fuerunt distributi xxvi sol., viii den.

[3 Novembre.] (F° 251 v°). Veneris, tertia Novembris, fuerunt presentes in missa Universitatis, celebrata in Sancto Maturino, domini Sancte Caterine, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailli, Mydoux, Maugier, de Villa et Montigny; et sic pro novem, fuerunt distributi xii sol.

Dicta die, supra nominatis novem, pro examine, fuerunt distributi xii sol.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS.

[Mag. Paulus de Villa. Voy. p. 147.]

2. LICENCES[1].

3. BACCALAURÉATS.

[Novembre 1446-Novembre 1447.]

xvii Novembris... (F° 237 v°). Eadem die, [xvii Novembris mcccc xlvi], fuit admissus ad gradum baccalariatus Johannes Fabri, qui juravit et pro bursis solvit..... iv scuta.

ii Decembris..... (F° 238 r°). Eadem die, [ii Decembris], fuit admissus ad gradum baccalariatus Guido Zedeman, qui juravit et pro bursis solvit.. iii scuta.

vi Decembris..... (F° 238 v°). Eadem die, [vi Decembris], fuit admissus ad gradum baccalariatus Petrus Albi, qui juravit et pro bursis solvit..... iii scuta.

ix Decembris.... (F° 239 r°). Dicta die, [ix Decembris], fuerunt recepti ad gradum baccalariatus et juraverunt illi quorum nomina sequntur : frater Johannes Boutin, cujus burse taxate sunt.. iii scuta.

Guillelmus Riboteau, cujus burse similiter taxate sunt..... iii scuta.

xxii Decembris... (F° 240 r°). Eadem die, [xxii Decembris], fuit admissus ad gradum baccalariatus Johannes Le Gorrelier, qui juravit et pro bursis solvit. iii scuta.

xxxi Decembris... Eadem die, [xxxi Decembris], fuit admissus ad gradum baccalariatus Johannes Driesche[2], mag. in art. et in jure civili bac., Cameracensis dyoc., qui juravit et pro bursis solvit..... iii scuta.

[1] Aucune mention. — [2] En marge, et d'une écriture presque contemporaine : «Johannes Ladriesche, presidens compotorum et thesaurarius Francie.»

[1447.] v Januarii..... Eadem die, [v Januarii], fuit admissus ad gradum baccalariatus frater Anthonius de Vissaco, religiosus monasterii Case Dei[1], Claromontensis dyoc., ord. S. Benedicti, qui juravit et pro bursis solvit..... III scuta.

XXVI Januarii..... (F° 240 v°). Dicta die, [XXVI Januarii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus illi quorum nomina sequntur, et prestiterunt juramenta in talibus fieri consueta : Hugo Tyardi, religiosus ord. S. Benedicti, [qui] solvit..... III scuta

Anthonius Tyardy, clericus Cabilonensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... III scuta.

Claudius Fautroy, clericus Trecensis dyoc., [qui] pro bursis solvit..... III scuta.

Philipus Coteti, Nivernensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... III scuta.

Johannes Minerie, presbyter Lugdunensis dyoc., [qui] solvit..... III scuta.

Johannes Destouchi, clericus Noviomensis dyoc., [qui] solvit..... III scuta.

I Februarii..... Eadem die, [I Februarii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus [illi] quorum nomina sequntur, qui prestiterunt juramenta fieri solita : frater Guillelmus Le Groing, Lemovicensis dyoc., [qui] solvit pro bursis.... III scuta.

Frater Johannes de Albone, Lugdunensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... IV scuta.

XVI Februarii..... (F° 241 v°). Eadem die, [XVI Februarii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus illi quorum nomina sequntur, et prestiterunt juramenta fieri solita : Petrus Costini, clericus Lemovicensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... II scuta.

Guido Abbatis, Trecorensis dyoc., lic. in leg., [qui] solvit pro bursis..... III scuta.

II Martii..... Eadem die, [II Martii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus [illi] quorum nomina sequntur, qui juraverunt juramenta fieri consueta : Alexander Majoris, presbyter Attrebatensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... XI scuta.

Frater Nicolaus de Tartro, ord. S. Benedicti, Bisuntinensis dyoc., [qui] solvit..... IV scuta.

Johannes Gourbelli, clericus Bituricensis dyoc., [qui] pro bursis solvit..... II scuta.

[1] La Chaise-Dieu (Haute-Loire).

IX Martii.....	(F° 242 r°). Eadem die, [IX Martii], fuit admissus ad gradum baccalariatus Petrus Ganay, clericus Bituricensis dyoc., qui juravit et pro bursis solvit.....	III scuta.
XXIII Martii.....	(F° 242 v°). Dicta die, [XXIII Martii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus illi quorum nomina sequntur, et prestiterunt juramenta fieri consueta : Guillelmus Baudui, clericus Claromontensis dyoc., [qui] solvit pro bursis.	II scuta.
	Guillelmus Vieri, clericus Lemovicensis dyoc., [qui] pro bursis solvit.....	II scuta.
	Guido Mendine, clericus Eduensis dyoc., [qui] solvit pro bursis.....	II scuta.
	Eadem die, Jacobus Poreti, presbyter Antissiodorensis dyoc., bac. in dec., in studio Dolensi [1], fuit reputatus per Facultatem bac. Parisiensis et admissus ad lecturam, et pro juribus Facultatis solvit.....	III scuta.
XXV Martii.....	(F° 243 r°). Eadem die, [XXV Martii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus illi quorum nomina sequntur, et prestiterunt juramenta fieri solita : Laurentius de Boye, presbyter Morinensis dyoc., qui solvit pro bursis....	VI scuta.
	Anthonius Estournel, mag. in art., Noviomensis dyoc., qui solvit.....	III scuta.
	Petrus de Villa, mag. in art., Lemovicensis dyoc., qui manualiter tradidit cuilibet dominorum dimidium scutum, et ideo non fit recepta.	
XXVII Aprilis.....	Eadem die, [XXVII Aprilis], fuit admissus ad gradum baccalariatus mag. Egidius de Marchia, mag. in art., qui juravit et solvit pro bursis.	III scuta.
IV Maii.....	(F° 243 v°). Eadem die, [IV Maii], fuit admissus ad gradum baccalariatus Martialis Posolis, Lemovicensis dyoc., qui juravit et pro bursis solvit.....	II scuta.
IX Maii.....	Eadem die, [IX Maii], frater Jacobus Clarevallis, abbas Montis Benedicti [2], Bisuntinensis dyoc., fuit admissus ad gradum baccalariatus, qui juravit et pro bursis solvit.....	XXII scuta.
XII Maii.....	Eadem die, [XII Maii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus illi quorum nomina sequntur, et prestiterunt juramenta in talibus fieri consueta : Stephanus Delaya, Bituricensis dyoc., [qui] pro bursis solvit.....	III scuta.

[1] Dôle (Jura). — [2] Montbenoît (Doubs). — Voy., sur l'abbé Jacques de Clerval, le *Gallia Christiana*, t. XV, p. 933.

Johannes Burgensis, Lingonensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... III scuta.

Petrus Coctelle, Cathalanensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... II scuta.

XVI Maii..... (F° 244 r°). Eadem die, [XVI Maii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus illi quorum nomina sequntur, et prestiterunt juramenta fieri consueta : Petrus Alardi, clericus Parisiensis dyoc., [qui] solvit pro bursis.... III scuta.

Johannes Lavanderii, clericus Lemovicensis dyoc., [qui] pro bursis solvit..... II scuta.

VII Junii..... Eadem die, [VII Junii], fuit admissus ad gradum baccalariatus Johannes Loiseux, clericus Carnotensis dyoc., qui juravit et pro bursis solvit..... III scuta.

XV Junii..... (F° 244 v°). Eadem die, [XV Junii], fuit admissus ad gradum baccalariatus frater Franciscus de Orinhiaco, prior de Castanea[1], dyoc. Tutellensis[2], qui juravit et solvit pro bursis..... IV scuta.

XXVIII Junii..... (F° 245 r°). Eadem die, [XXVIII Junii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus illi quorum nomina sequntur, et prestiterunt juramenta consueta : Johannes de Paris, clericus, lic. in leg., de Parisius oriundus, qui pro bursis solvit..... VI scuta.

Frater Theodoricus de Cudel, religiosus ord. Premonstratensis, Leodiensis dyoc., [qui] pro bursis solvit..... IV scuta.

Jacobus Angeli, alias de Burgis, Tornacensis dyoc., [qui] solvit..... IV scuta.

Andreas Telarii, presbyter, canonicus Noviomensis, ejusdem Noviomensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... IV scuta.

VI Julii..... Dicta die, [VI Julii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus [illi] quorum nomina sequntur et prestiterunt juramenta fieri solita : Symon Reginaldi, de Novo Castro[3], Tullensis dyoc., [qui] pro bursis solvit.... III scuta.

Vacherius Braqueti, clericus Lugdunensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... III scuta.

Frater Guillelmus de Ponteto, ord. S. Benedicti [qui], pro bursis solvit..... II scuta cum dimidio.

XX Julii..... (F° 246 r°). Eadem die, [XX Julii], fuerunt admissi ad gradum baccalariatus illi quorum

[1] Castagnes (Corrèze)? — [2] Diocèse de Tulle. — [3] Neufchâteau (Vosges).

nomina sequntur, et prestiterunt juramenta consueta : Manus Salle, clericus Briocensis dyoc., [qui] pro bursis solvit..... III scuta.

Petrus Manentis, clericus Claromontensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... II scuta.

XXVII Julii..... Dicta die, [XXVII Julii], recepti fuerunt ad gradum baccalariatus et juraverunt illi quorum nomina sequntur : frater Guillelmus Moreau, abbas S. Trinitatis de Bello Loco [1], ord. S. Benedicti, Turonensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... XI scuta.

Henricus Kymdy (Kynidy?), presbyter Albudonensis [2] dyoc., [qui] pro bursis solvit... II scuta.

II Augusti..... Eadem die, [II Augusti], fuerunt recepti ad gradum baccalariatus, et juraverunt illi quorum nomina sequntur : (F° 246 v°) frater Gaulfridus Soreau, clericus Bituricensis dyoc., ord. Cliniaciensis, [qui] pro bursis solvit..... XI scuta.

Frater Johannes de Salione, monachus S. Germani Autisiodorensis, [qui] solvit..... III scuta.

Guillelmus de Clayus, Cenomanensis dyoc., lic. in leg., [qui] solvit..... III scuta.

Johannes Parvi, Bisuntinensis dyoc., [qui] solvit. III scuta.

XXIII Augusti..... (F° 247 r°). Eadem [die, XXIII Augusti], fuerunt recepti ad gradum baccalariatus et juraverunt illi quorum nomina sequntur : frater Philibertus de Cruce, religiosus monasterii S. Johannis Reomensis [3], ord. S. Benedicti, Lingonensis dyoc., [qui] pro bursis solvit..... III scuta.

Frater Odetus de Marreyo, canonicus regularis ord. S. Augustini, Eduensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... III scuta.

Nicolaus Bertoul, in art. mag., [qui] solvit pro bursis..... III scuta.

Guillelmus Mamioti, clericus Lingonensis dyoc., [qui] pro bursis solvit..... III scuta.

Frater Petrus de Bossaco, monachus ord. S. Benedicti, [qui] solvit..... IV scuta.

VIII Septembris... (F° 247 v°). Eadem die, [VIII Septembris], fuit admissus ad gradum baccalariatus Johannes de Logiis, mag. in art. et lic. in leg., qui juravit et pro bursis solvit..... III scuta.

[1] Beaulieu (Indre-et-Loire). — Sur cet abbé, voy. le *Gallia Christiana*, t. XIV, p. 285. — [2] Aberdeen (Angleterre)? — [3] Moutiers-Saint-Jean (Côte-d'Or).

xiii Septembris... (F° 248 r°). Eadem die, [xiii Septembris], fuerunt recepti ad gradum baccalariatus et juraverunt illi quorum nomina sequntur : Guillelmus Bane, presbyter Brechenensis[1] dyoc., [qui] solvit pro bursis..... ii scuta.

David Monypenny, clericus Brechenensis dyoc., [qui] solvit pro bursis..... ii scuta.

xx Septembris.... (Fol. 248 v°). Dicta die, [xx Septembris], fuerunt recepti ad gradum baccalariatus, et juraverunt illi quorum nomina sequntur : Gerardus Hanelle, Cameracensis dyoc., mag. in art., [qui] solvit pro bursis..... iv scuta.

Nicolaus de Fierini, Attrebatensis dyoc., mag. in art., [qui] pro bursis solvit..... iv scuta.

xii Octobris..... (F° 251 r°). Dicta die, [xii Octobris], fuerunt recepti ad gradum baccalariatus et juraverunt illi quorum nomina sequuntur : frater Johannes de La Cheraze, Leodiensis dyoc., ord. S. Benedicti, religiosus monasterii S. Laurentii[2], Leodiensis dyoc., qui solvit pro bursis..... iii scuta.

Johannes Lieps, clericus Cameracensis dyoc., qui pro bursis solvit..... ii scuta.

Robertus Hunyttowen, dyoc. Glasguensis[3] presbyter, [qui] solvit pro bursis..... ii scuta.

Johannes de Castro, Leonensis dyoc., et archidyaconus ejusdem ecclesie Leonensis[4], [qui] solvit..... xi scuta.

xxvi Octobris..... Eadem die, [xxvi Octobris], fuit admissus ad gradum baccalariatus Petrus servientis, clericus Luxionensis[5], dyoc., qui juravit et solvit..... iii scuta.

xxxi Octobris.... (F° 251 v°). Dicta die martis, ultima Octobris, fuit admissus ad gradum baccalariatus mag. Radulphus Pricuse, clericus Remensis dyoc., lic. in leg., qui juravit et solvit pro bursis..... ii scuta.

iii Novembris.... Eadem die, [iii Novembris], fuit admissus ad gradum baccalariatus Johannes de Buires, dyoc., Morinensis, qui juravit et pro bursis solvit..... iii scuta.

4. HARANGUES [6].

[1] Diocèse de Brechin (Écosse).
[2] Abbaye de Saint-Laurent de Liège.
[3] Diocèse de Glasgow (Écosse).
[4] Saint-Pol-de-Léon (Finistère).
[5] Diocèse de Luçon.
[6] Aucune mention.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 233 v°). Discr. vir. Johannes Winoc, presbyter Morinensis dioc., bac. in dec. Parisius hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Eustacii, in quibus legit dom. Johannes Chuffart, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die III mensis Octobris. [1446-Octobre-Novembre.]

(F° 234 r°). Gueyraldus Passeau, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis ad intersignium Crescentis, in quibus legere consuevit doctor et dominus, dom. Ludovicus Bailli, decretorum doctor, pro secundo vol. sue lecture. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die VI mensis Octobris.

Hugo Benefacti, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in scolis, ad intersignium B. Johannis Baptiste, in quibus legere consuevit dom. abbas S. Katherine, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die VIII mensis Octobris.

Johannes Regnauldi, presbyter Eduensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in secundis scolis anterioribus supra Facultatis Decretorum, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum IX die mensis Octobris, anno Domini M CCCC XLVI.

Jacobus Lupi, clericus, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis primis anterioribus, supra, ad intersignium Petri Celestini, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die IX mensis Octobris.

Frater Petrus Olierii, abbas S. Amabilis [1], ord. S. Augustini, hodie, in nonis B. Marie, incipiet legere IV librum Decretal., in secundis scolis Facultatis, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die X mensis Octobris.

(F° 234 v°). Johannes Docardi, bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet IX librum Decretal., in scolis anterioribus, ad Ymaginem S. Eustachii, pro quinto anno et quinto vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die X Octobris.

(F° 233 v°). Frater Bartholomeus de Burgo Judeo, presbyter, ord. S. Augustini, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Hylarii, pro tertio anno et tertio vol. sue lecture. Datum anno M CCCC XLVI, die martis, XI mensis Octobris.

Frater Johannes Ledegois, presbyter, religiosus ecclesie Omnium Sanctorum in Insula Cathalanensi (voy. p. 138), ord. S. Augustini, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Jacobi, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XI mensis Octobris.

Johannes du Bosquel, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis secundis anterioribus superioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XI Octobris.

Guillermus de Pardieu, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, pro quarto anno et quarto vol. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLVI, die XI [Octobris].

[1] Abbaye de Saint-Amable-de-Riom (Puy-de-Dôme). — Voy. le *Gallia Christiana*, t. II, p. 391.

Martinus de Mol, clericus Tornacensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis mediis posterioribus ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XI mensis Octobris.

Frater Guillelmus Aymer, alias Daspremont, ord. S. Benedicti, Turonensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis supremis posterioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XI Octobris.

Prigentius de Murhorre, subdiaconus Trecorensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Michaelis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLVI, die XI Octobris.

Discr. vir Arnoldus Bernardi, dioc. Trajectensis, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Marie, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XI mensis Octobris.

(F° 234 r°). Frater Johannes Tuleu, religiosus, hodie, in nonis B. Marie, incepit V librum Decretal., in scolis, ad Ymaginem B. Martini, inferioribus, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XI Octobris.

Johannes Burgundi, clericus Cameracensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit VI librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno predicto, die XI Octobris.

Relig. vir frater Nicolaus Granoti, bac in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jerosolimitani, pro quinto anno et quinto vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XI Octobris.

(F° 234 v°). Frater Guillelmus Guiart, ord. Cluniacensis, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno M CCCC XLVI, die XI Octobris.

Theodoricus de Savigny, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis posterioribus, supra, ad intersignium B. Michaelis, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XI mensis Octobris.

Galterus Santerelli, bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incepit II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Campanie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno M CCCC XLVI, die XI Octobris.

Quintinus Bocheux, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit IV librum Decretal., in primis scolis superioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno M CCCC XLVI, die XI Octobris.

Frater Johannes de Pona, ord. S. Benedicti, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus, ad Ymaginem B. Eustachii, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno M CCCC XLVI, die XI Octobris.

(F° 233 v°). Relig. vir Johannes Pestilionis, ord. S. Augustini, Viennensis dioc., bac. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in scolis S. Eustachii anterioribus posterioribus, et hoc pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum anno [M CCCC] XLVI, die XII mensis Octobris.

(F° 234 r°). Frater Petrus de Fontetis, abbas S. Sequani (voy. p. 128), hodie, in nonis B. Marie, incepit II librum Decretal., in scolis in quibus legere consuevit dom. Johannes de Courcellis, videlicet ad intersignium Scuti Sabaudie, pro tertio anno et tertio vol. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLVI, die XII mensis Octobris.

Johannes de Wissot, Morinensis dioc., bac. in dec Parisius, hodie, in nonis B. Marie,

incipiet i librum Decretal., in scolis superioribus anterioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno M CCC XLVI, die VII mensis Octobris.

(F° 234 v°). Anthonius Girardi, presbyter, bac. in dec., Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in secundis scolis Facultatis Decretorum, supra posteriores, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno M CCC XLVI, die XIIII Octobris.

(F° 236 r°). Petrus Halle, presbyter Carnotensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus, ad Ymaginem S. Martini, pro primo anno et primo vol. Datum anno M CCC XLVI, die XIII Octobris.

(F° 234 v°). Andreas Wasselin, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit VI librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro quarto anno et quarto vol. Datum Parisius, anno predicto, die XX Octobris.

Philippus Jayer, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit legere V librum Decretal., in scolis, ad intersignium B. Barbare, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno predicto, die XX Octobris.

Johannes de Fustelia (Fusteleya, p. 129), bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit III librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium Corone, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno quo supra, die XXIII Octobris.

(F° 238 r°). Anthonius de Tramecourt (Framecourt, p. 138), bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit legere III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno quo supra, die ultima mensis Octobris.

Egidius de Beversluis (voy. p. 128, 144), bac. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno quo supra, die ultima mensis Octobris.

(F° 234 v°). Frater Symon de la Teriere, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit II librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus, ad Ymaginem B. Eustachii, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno quo supra, die III Novembris.

Durandus Pinhati, bac in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit II librum Decretal., in scolis magnis inferioribus anterioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno quo supra, die VII mensis Novembris.

(F° 235 r°). Johannes de Lavignolle, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incepit II librum Decretal., in magnis scolis Facultatis, pro primo anno et primo vol. Datum anno quo supra, die IX Novembris.

Frater Dyonisius Orisnigri, hodie, in nonis B. Marie, incepit legere III librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus, ad Ymaginem B. Marie, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die X Novembris.

Johannes Montigny.

(F° 235 v°). Johannes Laurentii, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis primis anterioribus, supra, ad intersignium Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno M CCC XLVI, die IX Octobris. [1446 Octobre-Novembre.]

Bernardus Soubitte, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IX librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Eustachii, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCC XLVI, die X mensis Octobris.

Michael Dyane, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit II librum Decretal., in scolis secundis inferioribus, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno M CCCC XLVI, die X Octobris.

Stephanus Textoris, bac. in dec., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet v librum Decretal., in scolis superioribus posterioribus, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno M CCCC XLVI, die X Octobris.

Johannes Bruyant, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem S. Jacobi, pro primo anno et primo vol. Datum anno M CCCC XLVI, [die] X Octobris.

(F° 236 r°). Johannes de Beaugrant, bac. in dec., hodie, in nonis B. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis posterioribus, ad Ymaginem B. Eustachii, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die X Octobris.

(F° 235 v°). Johannes Dyonisii, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro quinto anno et quinto vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, [die] XI mensis Octobris.

Quintinus Dathies, bac in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem B. Michaelis, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno M CCCC XLVI, die XI Octobris,

Mathias de Bodegraven (voy. p. 131, 139), Trajectensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie in nonis B. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno M CCCC XLVI, die XI Octobris.

Henricus de Embrica, Trajectensis dioc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Martini, pro tertio anno et tertio vol. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLVI, die XI Octobris.

Egidius Fratris, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis supremis, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno M CCCC XLVI, die XI Octobris.

Johannes Huyardi, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad Ymaginem B. Petri Celestini, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno M CCCC [XLVI], die XI Octobris.

Guillelmus Mauglot, bac. in dec., hodie, in nonis B. Jacobi, incepit V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Campanie, pro quinto anno et quinto vol. Datum anno predicto, die XI Octobris.

(F° 236 r°). Johannes Le Fournier, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis magnis ven. Facultatis Decretorum, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno predicto, die XII mensis Octobris.

Johannes Miniclardi, religiosus, bac. in dec., hodie, in nonis B. Jacobi, incepit IV librum Decretal., in scolis superioribus, a parte anteriori, ad intersignium Equi Rubei, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno M CCCC XLVI, die XIII Octobris.

Guillelmus Riveti, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit I librum Decretal., in scolis posterioribus, supra, ad Ymaginem B. Eustachii, pro quarto anno et quarto vol. Datum die XV Octobris, anno quo supra.

Symon Lescullier, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit VI librum Decretal., in scolis posterioribus, supra, ad Ymaginem B. Michaelis, pro tertio anno et tertio vol., die XVII Octobris, anno predicto.

Johannes de Brollio, bac. in dec., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis intersignium Scuti Sabaudie, in quibus legere consuevit dom. Johannes de Corcellis, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno supradicto, die XX Octobris.

Petrus Lamy, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal.,

in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, et hoc pro quarto anno et quarto vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XX Octobris.

Amedeus de Mercono (Mercorio?), bac. in. dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis posterioribus, supra, ad intersignium Equi Rubei, pro primo anno et primo vol. Datum anno predicto, die XXII mensis Octobris.

Petrus du Nesmes, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Corone, pro quarto anno et quarto vol. Datum anno quo supra, die XXIII Octobris.

Johannes Huc, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit VI librum Decretal., in scolis S. Barbare, pro quinto anno et quinto vol. Datum anno quo supra, die III Novembris.

Johannes de Campis, bac. in dec., hodie, in nonis B. Jacobi, incepit II librum Decretal., in tertiis scolis posterioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno quo supra, VII die Novembris.

(F° 236 v°). Johannes Theobaldi, presbyter, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Corone, et hoc pro quarto anno et quarto vol. Datum anno quo supra, die VIII Novembris.

(F° 235 r°). Petrus Symonis, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incepit I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Crescentis, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno quo supra, die V Novembris[1].

Johannes Montigny.

(F° 237 r°). Discr. vir Johannes Mige, clericus, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in secundis scolis, supra, a parte anteriori, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro sexto anno et sexto vol. lecture sue, et continuabit ad voluntatem audientium. Datum anno Domini M CCCC XLVI. [1446. Novembre-Decembre.]

Dom. Johannes Bourdet, presbyter, bac. in dec. Parisius hodie, in nonis B. Jacobi, incepit V librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem S. Johannis Baptiste, pro tertio anno et tertio vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die V Novembris.

Die eadem, Johannes Gay incipiet II librum [Decretal.], in nonis B. Marie, in scolis ad intersignium S. Hilarii, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture.

(F° 237 v°). Mathias de Scapele, clericus Leodiensis dyoc., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, ubi legere consuevit dom. Petrus de Brena, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XVII mensis Novembris.

(F° 238 r°). Egidius de Acu, presbyter Cameracensis dyoc., in dec. bac., hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Barbare, et hec (*sic*) pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XV Novembris.

Michael Le Goux, in leg. lic. et in dec. bac., Eduensis dyoc., hodie, in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad intersignium Crescentis, pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXIV ejusdem mensis Novembris.

(F° 238 v°). Johannes Fournelli, in art. mag., bac. in dec., de Bemis oriundus, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus B. Enstachii, pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die II mensis Decembris.

Andreas Chieldotel, presbyter Rothomagensis dyoc., bac. in dec., hodie, in nonis B. Jacobi,

[1] La même mention, mais incomplète, se trouve au fol. 236 v°.

incipiet IV librum Decretal., in scolis posterioribus, supra. ad intersignium B. Martini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die II mensis Decembris.

(F° 239 r°). Raymondus de Cruegia (Crugiis, p. 143), clericus, de Auriliaco[1], S. Flori[2] dyoc., bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Marie, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Datum Parisius, anno Domini M CCCC XLVI, die X mensis Decembris.

Johannes Joussen, clericus Xanctonensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Campanie, et hec (*sic*) pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die X mensis Decembris.

Franciscus Le Spervier (Leprivier, p. 138), presbyter, curatus ecclesie parroch. S. Juliani de Valentio[3], Trecensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus B. Eustachii, et hec (*sic*) pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XIII mensis Decembris.

Bailli.

[Décembre 1446-Septembre 1447.]

(F° 239 v°). Matheus de Lineriis, presbyter, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus secundis anterioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXI mensis Decembris.

Relig. vir dom. Johannes de Hanonia, canonicus regularis ecclesie Premonstratensium, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in secundis scolis inferioribus Facultatis Decretorum, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XIX mensis Decembris.

Relig. vir frater Johannes Falquerii, Cluniacensis ord., Bisuntinensis dyoc., in dec. bac. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro quarto anno et quarto vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XIX Decembris.

Petrus Albi, in art. mag. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad Ymaginem B. Martini, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XX Decembris.

Frater Johannes Boutin, ord. S. Benedicti, Xanctonensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Campanie, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXI Decembris.

Guillelmus Riboteau, clericus Turonensis dyoc., mag. in art. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in secundis scolis superioribus Facultatis Decretorum, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXI Decembris.

Nicolaus Marie, presbyter Lexoviensis dyoc., in art. mag. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Martini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XXI mensis Decembris.

Relig. vir frater Dyonisius de Roffigniaco, prior prioratus de Avalia (voy. p. 145), ord. S. Benedicti, Pictavensis dyoc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis ad

[1] Aurillac (Cantal). — [2] Diocèse de Saint-Flour. — [3] Vallant-Saint-Georges (Aube).

intersignium Scuti Campanie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die XII mensis Decembris.

(F° 240 r°). Theobaldus de Caguyeux, mag. in art., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in scolis ad intersignium B. Marie, et hoc pro quarto anno et quarto vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die IX mensis Januarii.

Nobilis vir Guillelmus de Orulhiaco (Derignac, p. 187), clericus Lemovicensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XIII mensis Januarii.

Johannes Le Gorrelier, die eadem, incepit I librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol., in scolis B. Michaelis, in nonis S. Jacobi.

(F° 240 v°). Relig. et bon. vir Andreas Clerici, prior prioratus B. Marie de Spissacampo (voy. p. 98), ord. canonicorum regularium, Ambianensis dyoc., in dec. bac. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, et hoc pro quinto anno et quinto vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XV mensis Januarii.

(F° 241 r°). Discr. vir Johannes Driesche, Cameracensis dyoc., mag. in art., in jure civili bac. et in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum Decretal., in magnis scolis ven. Facultatis Decretorum, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die VI mensis Februarii.

Relig. vir frater Anthonius de Vissaco, prior prioratus de Arico[1], ord. S. Benedicti, Vivariensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis primis posterioribus, supra, ad Ymaginem B. Petri Celestini, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die VII mensis Februarii.

Discr. vir Claudius Fautroy, in art. mag. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis posterioribus supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die VIII ejusdem mensis Februarii.

Discr. vir Johannes Destouchy, clericus Noviomensis dyoc., in dec. bac. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis anterioribus, supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die X Februarii.

Ven. et relig. vir frater Guillelmus Le Groing, ord. S. Benedicti, Lemovicensis dyoc., prior prioratus de Augia[2], monasterii Valerie de Cambonio[3], hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Eustachii, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XV mensis Februarii.

(F° 241 v°). Ven. et discr. vir Radulphus Heberti, presbyter Constantiensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XX mensis Februarii.

Discr. vir Philippus Coteti, clericus Nivernensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis posterioribus, supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XXVI mensis Februarii.

Relig. vir frater Hugo Tyardi, clericus [ord.] S. Benedicti, Cabilonensis dyoc., bac. in dec.

[1] Aric, commune du Cheylard (Ariège). — [2] Auge (Creuse). — [3] Chambon (Creuse).

Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XXVII mensis Februari.

(F° 242 r°). Discr. vir Guido Abbatis, clericus Trecorensis dyoc., lic. in leg., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in magnis scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XVII Martii.

Discr. vir Alanus de Bouteville, clericus Corisopitensis dyoc., mag. in art., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus parvis, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Datum anno et die quibus immediate supra.

Relig. vir frater Johannes de Albone, de nobili genere procreatus, Lugdunensis dyoc., prior prioratus d'Arnaz[1], bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis, ad intersignium Corone, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno et die quibus supra.

Discr. vir Johannes Gorbelli, clericus Bituricensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Martini, pro primo anno et primo vol. Datum anno quo supra, die XXIII ejusdem mensis Martii.

(F° 242 v°). Relig. vir frater Hugo de Albuconio, ord. S. Benedicti, Lemovicensis dyoc., prior prioratus ecclesie cathedralis Tutellensis[2], bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in secundis scolis superioribus Facultatis, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XXVII ejusdem mensis Martii.

Relig. vir frater Ludovicus de Albuconio, ord. S. Benedicti, dyoc. Lemovicensis, prior prioratus Ville Dei (voy. p. 146), bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in secundis scolis Facultatis posterioribus, supra, et hoc pro tertio anno et tertio vol. Datum anno, die et mense quibus immediate supra.

Discr. vir Jacobus Porroti, presbyter, curatus ecclesie parroch. de Donapetra[3], et archipresbyter dyoc. Autissiodorensis, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium S. Petri Celestini, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno quo supra, die XXVIII ejusdem mensis Martii.

Discr. vir Judocus Figuli, in art. mag., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Martini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno, mense et die quibus immediate supra.

(F° 243 r°). Discr. vir Guillelmus Bauduy, clericus Claromontensis dyoc., in dec. bac., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Corone, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVI, die IV mensis Aprilis, ante Pascha.

Ven. et discr. vir Anthonius Estournel, clericus No(mo)viomensis dyoc., mag. in art., bac. in dec. Parisius, canonicus S. Quintini, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis ad Ymaginem S. Eustachii, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die V ejusdem mensis Aprilis, ante Pascha.

Discr. vir Guillelmus de Monte Canino, mag. in art. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Martini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XXI ejusdem mensis Aprilis.

[1] Arnas (Rhône). — [2] Tulle (Corrèze). — [3] Dampierre de l'Aube (Aube)?

(F° 243 v°). Nobilis vir Anthonius Tyardi, Cabilonensis dyoc., canonicus ejusdem ecclesie, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die IX ejusdem mensis Maii.

Discr. vir Martialis de Posolis, Lemovicensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, retro, ad intersignium B. Martini, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XVI ejusdem mensis Maii.

(F° 244 r°). Rev. in Christo pater et dominus, dom. Jacobus Clarevallis, abbas Montis Benedicti (voy. p. 161), ord. S. Augustini, Bisuntinensis dyoc., bac. in utroque jure, hodie, in nonis B. Marie, incipiet legere, in VI libro Decretal., titulum de *Judiciis* [1], in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XVI mensis Maii.

Discr. vir Egidius de Marchia, mag. in art. et bac. in dec. Parisius, Parisiensis dyoc., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus anterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XXIII ejusdem mensis Maii.

Discr. vir Petrus Ganay, clericus Claromontensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis parvis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die ejusdem mensis Junii.

(F° 245 r°). Ven. relig. vir frater Stephanus de Laya, religiosus S. Ambrosii [2], ord. S. Augustini, Bituricensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis ad intersignium Corone, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XVII mensis Junii.

(F° 245 v°). Ven. et discr. vir Jacobus Angeli, de Brugis [3], art. mag., in sacra theologia bac. formatus, ac in dec. bac. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in primis scolis decretorum, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die VIII mensis Julii.

Relig. vir frater Guillelmus Belon, prior S. Petro de Camiliaco [4], Andegavensis dyoc. ord. S. Benedicti, et mag. collegii Majoris Monasterii, Parisius fundati, hodie, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, et hoc pro quarto anno et quarto vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die X mensis Julii.

Ven. et discr. vir Johannes de Paris, clericus, de Parisius, prepositus et canonicus ecclesie Carnotensis, hic, in leg. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Barbare, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die VIII mensis Julii.

Relig. vir frater Theodericus de Culdel, presbyter, curatus parroch. ecclesie B. Johannis Baptiste de Waelwiic [5], Leodiensis dyoc., ord. Premonstratensis, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad Ymaginem B. Marie, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XV mensis Julii.

Ven. et discr. vir dom. Andreas Telarii, presbyter, canonicus Noviomensis, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis ad intersignium Cres-

[1] *Decretales Gregorii IX*, II, 1.

[2] Saint-Ambroise de Bourges (Cher).

[3] Bruges (Flandre occidentale).

[4] Chemillé (Maine-et-Loire).

[5] Waelwych, commune du Brabant septentrional (Hollande)?

centis, in quibus legere consuevit rev. doctor dom. Paulus de Villa, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII. die XX mensis Jullii.

(F° 246 r°). Discr. vir Petrus Cotelle, clericus, canonicus Cathalanensis, bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Jacobi, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII. die XXIII mensis Jullii.

Nobilis vir Symon Reginaldi, de Novocastro (voy. p. 162), Tullensis dyoc., in dec. bac., hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII. die XXIII mensis Julii.

Relig. vir frater Guillelmus de Ponteto, bac. in dec. Parisius, ord. S. Benedicti, Eduensis dyoc., hodie, in nonis B. Jacobi, in scolis ad intersignium Crescentis, incipiet III librum Decretal., et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII. die II mensis Augusti.

(F° 246 v°). Rev. in Christo pater et dominus, dom. Guillelmus Moreau, abbas monasterii SS. Trinitatis de Belloloco (voy. p. 163), Turonensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII. die III mensis Augusti.

Discr. vir Alanus Salle, clericus Briocensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis ad intersignium Cuniculorum, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII. die VI Augusti.

Ven. et discr. vir Johannes Parvi, clericus Bisuntinensis dyoc., mag. in art. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Britanie, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die VIII mensis Augusti.

Ven. et relig. vir frater Johannes de Salione, ord. S. Benedicti, prior prioratus [S.] Leodegarii [1], Lingonensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis ad intersignium Cuniculorum, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XVI mensis Augusti.

(F° 247 r°). Discr. vir Johannes Le Quieu (voy. p. 136, 144), presbyter, curatus ecclesie parroch. de Villers-Cagnicourt [2], Cameracensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis posterioribus, supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XVI mensis Augusti.

Ven. et discr. vir Johannes Senestre (Sevestre?), clericus Senonensis dyoc., mag. in art. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in primis scolis posterioribus, supra, ad Ymaginem S. Petri Celestini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die XXII Augusti.

Discr. vir Nicolaus Bertoul, clericus Ambianensis dyoc., in art. mag. et bac. in dec. Parisius, curatus ecclesie parroch. de Peule [3], Attrebatensis dyoc., hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus tertiis, supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die II mensis Septembris.

(F° 247 v°). Pater in Christo rev. et dominus, dom. Johannes Olierii, humilis abbas monasterii S. Amabilis Riomi (voy. p. 165), ord. S. Augustini, Claromontensis dyoc., bac. in dec. Parisius, incipiet V librum Decretal., in nonis B. Marie, hodie, in scolis secundis ven. Facul-

[1] Saint-Léger (Côte-d'Or). — [2] Cagnicourt (Pas-de-Calais). — [3] Pelvès (Pas-de-Calais)?

tatis decretorum, et hoc continuando suam lecturam IV libri, et pro complemento quarti vol. et quarti anni. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die II mensis Septembris.

Discr. vir Johannes Burgensis, clericus Lingonensis dyoc., bac. in dec. Parisius hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in secundis scolis Facultatis posterioribus, supra, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die IV Septembris.

Relig. vir Philibertus de Cruce, ord. S. Benedicti, Lingonensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, in scolis inferioribus, ad intersignium Equi Rubei, incipiet IV librum Decretal., et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die VI mensis Septembris.

Discr. vir Guillelmus Mamioti, clericus Lingonensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus, ad intersignium Castri, incipiet III librum Decretal., et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno Domini M CCCC XLVII, die VII Septembris.

Ven. vir Yvo Nigri, presbyter, in utroque jure bac., hodie, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad Ymaginem ejusdem B. Marie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno, mense et die quibus immediate supra.

Discr. vir Guido Abbatis, clericus Trecorensis dyoc., lic. in leg. et bac., in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis primis anterioribus, supra, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno et mense quibus supra, die XIII.

(F° 248 r°). Relig. vir frater Odetus de Marreyo, ord. S. Augustini, Eduensis dyoc., bac. in dec., hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis ad intersignium Ymaginis S. Michaelis, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno et mense quibus supra, die XIII.

Vir relig. frater Petrus de Boussaco, ord. S. Benedicti, prior prioratus de Lussaco [1], hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Marie, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno et mense quibus supra, die XVI.

Nobilis ac relig. vir frater Gaulfridus Soreau [2], Lugdunensis dyoc., ord. S. Benedicti, prior prioratus Montisferrandi [3], bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis secundis superioribus Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno et mense quibus supra, die XVII.

(F° 248 v°). Discr. vir Johannes Gay, clericus Claromontensis dyoc., bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, et hoc pro secundo anno et secundo vol. Datum anno, die et mense quibus immediate supra.

Discr. vir Johannes de Logiis, clericus Bemensis dyoc., in art. mag., in leg. lic. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno, mense et die quibus immediate supra.

Discr. vir Johannes Loiseux, de Carnoto [4] oriundus, in art. mag. et bac. in dec., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis ad intersignium Scuti Campanie, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno, mense et die quibus supra.

Discr. vir Johannes Minerie (Miniere, p. 195), presbyter, curatus ecclesie parroch. de Luriaco [5], Lugdunensis dyoc., bac in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum

[1] Lussac-le-Château (Vienne).

[2] En marge, d'une écriture contemporaine : « Ad causam sue sororis que Pulcra Agnes dicebatur. »

[3] Montferrand (Doubs).

[4] Chartres (Eure-et-Loir).

[5] Lure (Loire).

Decretal., in scolis secundis anterioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno et mense quibus supra, die xxvi.

Discr. vir Nicolaus de Fierini, clericus Attrebatensis dyoc., mag. in art. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet in librum Decretal., in scolis ad Ymaginem B. Petri Celestini, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno et mense quibus supra, die xxvii.

Discr. vir Gerardus Hanelle, subdyaconus dyoc. Cameracensis, canonicus ecclesie Noviomensis, mag. in art. et bac. in dec. Parisius, hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet in librum Decretal., in scolis posterioribus, ad Ymaginem B. Eustachii, et hoc pro primo anno et primo vol. Datum anno, mense et die quibus immediate supra.

DÉCANAT DE PIERRE MAUGIER.

NOVEMBRE 1447 A NOVEMBRE 1448.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Maugier.

(F° 252 v°). Anno Domini m cccc quadragesimo septimo, die jovis, nona mensis Novembris, post missam ordinariam Facultatis, collegio dominorum doctorum vocato et congregato ad electionem faciendam decani et receptoris futurorum, post solitam deliberationem, concordi omnium sententia, ego, Petrus Maugier, in decanum Facultatis electus sum et assumptus, et in officium receptoris continuatus est dominus Johannes Midoulx, et prestitimus solita juramenta. 1447. 9 Novembre.

Actum in cappella Sancti Johannis Jherosolimitani Parisius.

In missa et electione predictis, personaliter convenerunt domini mei abbas Sancte Katerine, dominus Arnoldus, ordinis Sancti Anthonii, Johannes Chutlart, Martinus de Fraxenis, Petrus de Brena, abbas Gaudii Vallis, Ludovicus Bailly, Johannes Midoulx, Johannes de Montigny, Petrus Maugier et Paulus de Villa. Distributa est pro xi dominis per receptorem summa xiii sol., iii den. par.

(F° 252 r°). Anno prefato, die jovis, ix mensis Novembris, post electionem decani, me, Petro Maugier, concorditer electo, ego iterum dixi dominis simul congregatis quod non habebam titulos ad producendum in Castelleto pro domibus Sancti Hylarii proclamatis, et quod, in isto mense, oportebat producere in manu commissarii, alias peribat oppositio alias per me facta et jus pretensum in domibus eisdem; et quod ego cum bidellis visitaveram archam existentem in vestibulo Sancti Johannis, in qua nichil fuerat repertum; et etiam alias fuerat visitata archa principalis Facultatis, in qua similiter nichil erat repertum super premissis. Petivi quod nihil mihi imputari posset, cum per me non staret ipsa perditio. Domini mihi responderunt quod justa erat petitio mea et eam concesserunt, et quod aliud fieri non poterat.

(F° 252 v°). Die sabbati et dominica sequentibus, in vigiliis et in missa per 11-13 Novembre

Universitatem celebratis, apud Sanctum Maturinum, pro defuncto domino Roberto de Cerbona, in qua comparuerunt omnes domini, et ita per receptorem distributa est somma xxvi sol., iii den.

[16 Novembre.] Die jovis, xvi dicti mensis, tam in missa quam in examine, fuerunt presentes domini Sancte Katerine, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailly, Midoulx, Montigny, Maugier, de Villa; et ita distributa est pro eis somma xxvi sol. par., viii den.

Eadem die, computavit receptor pro anno precedenti, sic ut patet in alia parte hujus folii, a dorso[1].

Eadem die, bidelli attulerunt virgas suas, et supplicarunt solito more quod haberentur in officiis recommissi; quibus, ex ordinatione Facultatis, injuncta est diligentia in agendis, et sibi sunt virge sue restitute.

[22 Novembre.] Mercurii, xxii Novembris, fuerunt presentes in missa domini abbas Sancte Katerine, Chuffart, Fraxinis, Brena, Bailly, Midoulx, Montigny, Maugier, de Villa; et sic pro novem sunt distributi per receptorem xii sol. par.

Hodie, Brena recessit cum litteris(?) multis per Facultatem sibi concessis.

Frater Bertrandus de Rolligniaco, Lemovicensis dioc., prepositus Rivensis (voy. p. 145), in nonis B. Marie, incipiet III [librum Decretal.], in scolis ad intersignium Crescentis, pro quarto anno et quarto vol., die XXI Maii, M CCCC XLVIII.

Nobilis vir Bertrandus de Casilhac, Albiensis dioc., in scolis B. Johannis Baptiste, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol., die XXIIII Maii, anno M CCCC XLVIII.

Nobilis vir Petrus de Casilhac, Albiensis dioc., in nonis B. Marie, in scolis cisdem, incipiet II librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol., anno et die predictis.

Mag. Johannes Poullier, presbyter, incipiet III librum [Decretal.], in scolis ad Scutum Campanie, in nonis B. Marie, pro primo anno et primo vol., die penultima Maii [M] CCCC XLVIII.

Robertus de Gutta, Eduensis, incipiet V librum [Decretal.], in nonis B. Marie, in scolis superioribus S. Eustacii, pro primo anno et primo vol., die III Junii sequentis.

Anthonius de Montegny, mag. in art., in nonis B. Marie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Equi Rubei, pro secundo anno et secundo vol., V die dicti mensis.

Johannes Alardi, dioc. Lugdunensis [1], incipiet II librum [Decretal.], in scolis Crescentis, pro primo anno et primo vol., in nonis B. Marie, anno et die predictis.

Johannes de Byaco, Eduensis dioc., incipiet V librum [Decretal.], in scolis Castri, pro primo anno et primo vol., in nonis B. Jacobi, die XXI Junii, M CCCC XLVIII.

Petrus de Molendino, clericus Masticonensis, incipiet I librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol., in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus S. Petri Celestini, die XXVI dicti mensis.

Johannes Phelippe, in art. mag., incipiet III librum [Decretal.], in nonis B. Marie, in scolis ad intersignium Equi Rubei, pro primo anno et primo vol. Datum ultima [die] dicti mensis.

Guillelmus Mamioti, Lingonensis dioc., incipiet IV [librum Decretal.], in scolis supra anterioribus, ad Equum Rubeum, in nonis B. Jacobi, pro secundo anno et secundo vol., V Julii, anno predicto.

(F° 255 r°). Petrus de Monasterio, in art. mag., incipiet III librum [Decretal.], in scolis anterioribus S. Eustacii, pro primo anno et primo vol., in nonis B. Jacobi, die V dicti mensis.

(F° 254 v°). Johannes de Corbigny, mag. in art., incipiet, in nonis B. Marie, II librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol., in scolis superioribus, ad Scutum Jherosolimitanum, die VIII Julii, anno prefato.

(F° 255 r°). Guillelmus Riboteau, mag. in art., in nonis B. Jacobi, incipiet V librum [De-

[1] Le manuscrit porte «Lugdulensis».

cretal.], in scolis ad Equum Rubeum, pro tertio anno et tertio vol., anno Domini M CCCC XLVIII, die XII mensis Julii.

Mag. Ludovicus Brochet, mag. in art., incipiet, in nonis B. Jacobi, librum I [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. Datum XIX die Julii, anno predicto.

Prefatus dom. Johannes [Thorini] incipit, in nonis B. Jacobi, III librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium S. Martini, pro primo anno et primo vol., die penultima Julii anno prefato.

Jacobus de Fabriqua, Lugdunensis dioc., incipiet IV [librum Decretal.], pro primo anno et primo vol., in scolis superioribus S. Eustacii, in nonis S. Jacobi, die XII Augusti, anno prefato.

Petrus Asterii (Isterii, p. 190) incipiet IV [librum Decretal.], in nonis S. Jacobi, in scolis S. Martini, pro primo anno et primo vol., die XIIII Augusti.

Egidius de Grigniaco, bac. in dec., incepit III librum [Decretal.], in scolis superioribus S. Martini, pro primo anno et primo vol., die III Septembris, anno prefato, in nonis B. Marie.

Relig. vir frater Petrus de Millyaco, prior generalis monachorum nigrorum, in nonis B. Marie, in scolis S. Martini, incipit III librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol., anno et die predictis.

Frater Johannes Archerii, ord. S. Benedicti, incipit V [librum Decretal.], in scolis inferioribus, ad ymaginem S. Johannis Baptiste, in nonis B. Marie, pro primo anno et primo vol., die XIII Septembris M CCCC XLVIII.

Johannes Miliquoti (Millicati, p. 190), Bisuntinensis dioc., incipit, in nonis B. Jacobi, II librum [Decretal.], in scolis superioribus Equi Rubei, pro primo anno et primo vol., die XIX dicti mensis Septembris.

Simon de Mota, Rothomagensis dioc., mag. in art. et bac. in dec., incipit, in nonis B. Marie, I librum [Decretal.], in scolis superioribus Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol., die XXIII mensis Septembris [M CCCC] XLVIII.

Petrus Estournel, mag. in art. et bac. in dec., in nonis B. Jacobi, incipit III librum [Decretal.], in scolis superioribus Castri, pro primo anno et primo vol., eisdem die, anno et mense.

(F° 255 v°). Petrus Comitis, mag. in art., presbyter Rothomagensis dioc., in nonis B. Jacobi, incipiet V librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad Scutum Jherosolimitanum, pro primo anno et primo vol., XXIIII Septembris M CCCC XLVIII.

Johannes Prioris, Remensis dioc., mag. in art., in nonis B. Jacobi, incipit III librum [Decretal.], in scolis inferioribus, ad intersignium S. Thome, pro primo anno et primo vol., anno et die predictis.

DÉCANAT DE PIERRE MAUGIER.

NOVEMBRE 1447 À NOVEMBRE 1448.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ [1].

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES [2].

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 256 v°). Secuntur bachalarii incipientes lecturam a festo [B.] Dyonisii, anno Domini m cccc xlviii.

Ven. vir mag. Nicolaus Barbisey (voy. p. 136), lic. in art., bac. in dec., Lingonensis dioc., hodie, in nonis B. Marie, continuare incipiet II librum Decretal., in scolis secundis inferioribus Facultatis, pro quarto anno et quarto vol., etc. Actum die X mensis Octobris, anno Domini m cccc xlviii. [1448, Octobre-Novembre.]

Ven. vir Johannes Baquelarii, de Bituris, presbiter, consiliarius et mag. compotorum regis Parisius, incipiet, in nonis B. Marie, II librum Decretal., pro quarto anno et quarto vol., in scolis inferioribus, ad intersignium S. Martini, anno et die predictis.

Relig. vir frater Stephanus de Loya (voy. p. 161), ord. S. Augustini, Bituricensis dioc., in nonis B. Jacobi, in eisdem scolis, incipiet IV librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., anno et die predictis.

Ven. et relig. vir frater Guillelmus Le Groing, bac. in dec. Parisius, ord. S. Benedicti, prior de Augia (voy. p. 160). Lemovicensis dioc., in nonis B. Jacobi, incipiet V librum [Decretal.], in secundis scolis, pro tertio anno et tertio vol., anno et die predictis.

Ven. ac relig. vir frater Petrus Miete de Capprariis, preceptor S. Anthonii in Memmingen. Augustensis dioc., in nonis B. Marie, incipit V [librum Decretal.], pro secundo anno et secundo vol., in magnis scolis, anno et die predictis.

[1] Aucune mention. — [2] Aucune mention.

Discr. vir Johannes Alardi, de S. Simphoriano Castri[1], Lugdunensis dioc., incipiet III librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol., in nonis B. Marie, in scolis ad intersignium Crescentis, anno et die predictis.

Discr. vir Petrus de Molendino, de Matiscono[2], in nonis B. Marie, incipiet III librum [Decretal.], in scolis inferioribus S. Hilarii, pro secundo anno et secundo vol., anno et die predictis.

Discr. vir Petrus de Monasterio, presbiter, mag. in art., in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus posterioribus, ad ymaginem S. Eustacii, incipiet I librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol., anno et die predictis.

Ven. vir Johannes Descouchy (voy. p. 160), Noviomensis dioc., in nonis B. Jacobi, incipiet I librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., in magnis scolis, anno et die predictis.

Relig. vir frater Guillelmus Aymer, alias Daspremont, ord. S. Benedicti, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis Equi Rubei parvis inferioribus, pro quarto anno et quarto vol., anno et die predictis.

Discr. vir Jacobus Aubry, de Parisius, mag. in art., in nonis B. Marie, incipiet III [librum Decretal.], in scolis inferioribus, ad Scutum Jherusalem, pro secundo anno et secundo vol., anno et die predictis.

Relig. vir frater Johannes de Lacheraz, Leo(n)diensis dioc., ord. S. Benedicti, in nonis B. Marie, incipiet II librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium B. Eustachii, pro secundo anno et secundo vol., anno ut supra.

Relig. vir frater Odetus de Marreyo, ord. S. Augustini, in nonis B. Marie, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium Equi Rubei, et hoc pro tertio anno et tertio vol., anno ut supra.

Relig. vir frater Dyonisius Orisnigri (voy. p. 137), presbiter, ord. S. Augustini, Senonensis dioc., incipiet, in nonis B. Marie, in scolis superioribus, ad ymaginem B. Jacobi, IV librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol. Datum ut supra.

Discr. vir Guillelmus Mamioti, clericus, Lingonensis dioc., incipiet, in nonis B. Jacobi, in scolis anterioribus supra, ad intersignium Petri Selestini (*sic*), I librum Decretal., pro anno tertio et tertio vol., anno ut supra.

Discr. vir Theodoricus Michaelis, presbiter, curatus alterius portionis S. Martini Bergensis[3], Morinensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus S. Eustacii, incipiet II librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol., anno et die predictis.

Rev. pater dom. Petrus, abbas S. Martini Laudunensis (voy. p. 179), ord. Premonstratensis, die eadem, in nonis S. Jacobi, in scolis superioribus secundis, incipiet III librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Ven. vir Johannes de Sudorio, clericus, Lemovicensis dioc., incipit librum I [Decretal.], pro primo anno et primo vol., in nonis B. Marie, in scolis inferioribus, ad ymaginem B. Johannis Baptiste, die X Octobris.

(F° 257 r°). Discr. vir Jacobus de Fabrica, Lugdunensis dioc., in nonis S. Jacobi, in scolis superioribus S. Martini, incipiet I librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir Thomas Bonodi, presbyter, Lugdunensis dioc., in nonis S. Jacobi, incipiet III librum [Decretal.], in scolis superioribus S. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir Johannes Prioris, Remensis dioc., in scolis superioribus supra secundas scolas, incipit IV librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol., in nonis B. Marie.

[1] Saint-Symphorien-sur-Coise (Rhône). — [2] Mâcon (Saône-et-Loire). — [3] Bergues-Saint-Winoc (Nord).

Discr. vir Johannes de Byaco, Eduensis dioc., in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum [Decretal.], in scolis superioribus, retro, ad ymaginem S. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir Johannes Pollerii, presbiter, curatus parroch. ecclesie S. Simphoriani Castri Lugdunensis dioc., in utroque hac., in nonis B. Marie, mane, in scolis Scuti Campanie, incipiet II [librum Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir Petrus Simonis, presbiter, canonicus ecclesie collegiate Sede Loci Eduensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus ante S. Eustacii, incipiet VI [librum Decretal.], pro quinto anno et quinto vol.

Relig. vir frater Anthonius de Vissaco, prior de Arito (voy. p. 160), ord. S. Benedicti, Viuariensis dioc., in nonis B. Marie, in scolis inferioribus S. Eustacii, incipiet I librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol.

Relig. vir frater Johannes de Salione, ord. S. Benedicti, prior S. Leodegarii (voy. p. 163), Lingonensis dioc., incipiet IV [librum Decretal.], in scolis ad ymaginem B. Johannis, pro tertio anno et tertio vol., in nonis B. Marie.

Discr. vir Johannes Burgensis, Lingonensis dioc., in nonis B. Marie, incipiet II [librum Decretal.], in scolis superioribus, ad intersignium S. Petri Celestini, pro tertio anno et tertio vol.

Discr. vir Petrus Estournel, Ebroicensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus S. Johannis, incipiet I librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Relig. vir frater Guillelmus de Ponteto, prior prioratus de Ruergiis (voy. p. 162), ord. S. Benedicti, Eduensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis S. Petri Celestini anterioribus, supra, incipiet V librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol.

Discr. vir Simon de Mota, Rothomagensis dioc., mag. in art., in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus, ad Scutum Sabaudie, incipit III librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir Johannes de Selva, Lemouicensis dioc., mag. in art., in nonis B. Jacobi, in scolis ad ymaginem S. Johannis inferioribus, incipit III librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Ven. vir Anthonius de Brudino, eju[s]dem dioc., in scolis ad ymaginem B. Marie inferioribus, in nonis S. Jacobi, incipiet IV librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir Petrus le Cambier, Morinensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis inferioribus Scuti Britannie, incipit III librum [Decretal.], pro primo anno et primo vol.

Nobilis et relig. vir frater Reginaldus de Chouviguiaco, alias de Blot, infirmarius major Case Dei Claromontensis dioc., in nonis B. Marie, in scolis superioribus Castri, incipiet II librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir Petrus Cotelle, Cathala[u]nensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis inferioribus S. Jacobi, incipit II librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol.

Discr. vir Johannes Bruyant, Senonensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis S. Hilarii, incipiet VI [librum Decretal.], pro tertio anno et tertio vol.

Relig. vir Petrus Andoillete, ord. S. Augustini, Trecensis dioc., in scolis S. Hilarii, in nonis B. Marie, incipiet III librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Disc. vir Johannes Parvi (voy. p. 163), in nonis B. Jacobi, in scolis ad intersignium B. Marie, incipiet II librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., etc.

Discr. vir Galterus Sauterelli (voy. p. 137), in nonis B. Jacobi, in scolis inferioribus Scuti Campanie, incipiet IV librum [Decretal.], pro quarto anno et quarto vol.

Discr. vir Stephanus Textoris (voy. p. 142), Eduensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus Scuti Jherosolimitani, incipiet I librum [Decretal.], pro quinto anno et quinto vol

Relig. vir frater Petrus de Millyaco, prior generalis monachorum nigrorum, in scolis superioribus ad ymaginem S. Martini, in nonis B. Marie, incipit IV librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir mag. Petrus Albi incipit V librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., in scolis superioribus posterioribus, in nonis B. Jacobi.

(F° 257 v°). Ven. vir Johannes Sevestre (voy. p. 137), in art. mag., in nonis B. Marie, in scolis posterioribus S. Michaelis, incipiet IV librum [Decretal.], pro quarto anno et quarto vol., die X Octobris, anno Domini M CCCC XLVIII.

Relig. vir Johannes Tuleu, Parisiensis, in s[c]olis eisdem, in nonis S. Jacobi, incipit VI librum [Decretal.], pro quarto anno et quarto vol.

Discr. vir Johannes Johannis, curatus ecclesie parroch. de Durbano [1], Narbonensis dioc., in scolis superioribus S. Eustacii, in nonis B. Marie, incipiet IV librum [Decretal.], pro quarto anno et quarto vol., die X dicti mensis.

Discr. vir Macherius Broqueti, Lugdunensis dioc., in nonis B. Marie, in scolis S. Thome, incipiet III librum, pro tertio anno et tertio vol., die X dicti mensis.

Nobilis vir Petrus de Casilhac, Albiensis dioc., incipiet I librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol., in scolis ad insignium Corone, in nonis B. Jacobi.

Nobilis vir Bertrandus de Casilhac, in nonis B. Marie, in scolis Corone inferioribus, incipiet II librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

Discr. vir Petrus Comitis, mag. in art., Rothomagensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus Equi Rubei, incipiet IV [librum Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

(F° 257 r°). Nobilis vir Anthonius Tyardi, canonicus Cabilonensis, incipiet I librum [Decretal.], in scolis inferioribus Cuniculorum, in nonis S. Jacobi, pro tertio anno et tertio vol., die XII Octobris, anno prefato.

(F° 257 v°). Discr. vir Andreas Chiefdostel (voy. p. 137), in scolis superioribus, ad Scutum Iherosolimitanum, in nonis B. Marie, incipiet V librum [Decretal.], pro quarto vol. lecture sue, XII dicti mensis Octobris, anno predicto.

(F° 256 v°). Discr. vir Lambertus Bonneti incipiet I librum [Decretal.], in nonis S. Jacobi, in scolis inferioribus Crescentis, pro primo anno et primo vol., die XV [Octobris], anno prefato.

(F° 257 v°). Discr. vir Philipus Coteti, Nivernensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis superioribus Scuti Britannie, incipiet I librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., die XV dicti mensis.

Discr. vir Stephanus Filloti, de Flavigniaco [2], Eduensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis inferioribus Corone, incipit III [librum Decretal.], pro secundo anno et secundo vol., die eadem.

Discr. vir Jacobus de Lusserio, presbiter, de Viziliaco [3], Eduensis dioc., in nonis S. Jacobi, in scolis inferioribus S. Eustacii, incipiet V librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., die XV dicti mensis.

Discr. vir Mathias de Staple, Leodiensis dioc., in scolis inferioribus Castri, in nonis S. Jacobi, incipiet V librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., anno predicto, XVI dicti mensis Octobris.

Discr. vir Egidius Fratris, in art. mag., in nonis S. Jacobi, in scolis mediis S. Petri Celestini, VI librum [Decretal.] incipiet, pro quarto anno et quarto vol.

Relig. vir Johannes Julies, Cenomanensis dioc., in nonis B. Marie, in scolis Cuniculorum inferioribus, incipiet I librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol.

[1] Durban (Ariège). — [2] Flavigny-sur-Ozerain (Côte-d'Or). — [3] Vézelay (Yonne).

Relig. vir frater Johannes Archerii, ord. S. Benedicti, in nonis B. Marie, in scolis magnis inferioribus Equi Rubei, incipiet . . ., pro secundo anno et secundo vol. lecture sue.

Discr. vir Egidius de Grigny, Parisiensis, in nonis B. Marie, in scolis magnis inferioribus post S. Martini, incipit II librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol. sue lecture.

Discr. vir Bertrandus Bulon, presbiter, curatus de Mevua, Bituricensis dioc., in nonis B. Jacobi, in scolis S. Barbare, incipiet II librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol., die XXI dicti mensis.

Relig. vir frater Hugo Tyardi, monasterii S. Johannis Beomensis (voy. p. 160), Lingonensis dioc., in nonis B. Marie, in secundis scolis superioribus, incipiet II librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., die XXII dicti mensis.

Relig. vir frater Theodoricus de Tuldel, alias de Tongerloe, curatus ecclesie S. Johannis Baptiste de Walwic (voy. p. 162), Leodiensis dioc., ord. Premonstratensis, in nonis S. Jacobi, in scolis inferioribus Scuti Sabaudie, incipiet III [librum Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., die XXV dicti mensis.

Relig. vir frater Simon de Le Teriere, ord. Premonstratensis, in nonis B. Marie, in scolis supra posterioribus S. Jacobi, incipit IV librum [Decretal.], pro quarto anno et quarto vol., die XXIX dicti mensis.

Relig. vir frater Johannes Archerii, ord. S. Benedicti, in nonis B. Marie, in scolis inferioribus majoribus Equi Rubei, incipiet I librum [Decretal.], pro secundo anno et secundo vol., die XXIX Octobris, anno predicto.

Nobilis et relig. vir Anthonius de Brione, preceptor domus S. Anthonii Charroti, ord. S. Augustini, Claromontensis dioc., in nonis S. Jacobi, in scolis superioribus Castri, incipiet II librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., die penultima Octobris, anno predicto, scilicet [M CCCC] XLVIII.

Discr. vir Andreas Wasselin (voy. p. 138), presbiter. Morinensis [dioc.], mag. in art., in scolis superioribus Scuti Sabaudie, in nonis B. Marie, incipiet VI librum [Decretal.], pro quarto anno et quarto vol., die III Novembris, anno predicto.

Prigentius de Murhorre (voy. p. 137) incipit V [librum Decretal.], pro quarto anno et quarto vol., in nonis B. Marie, in scolis S. Michaelis, die V Novembris, anno prefato.

Discr. vir Gerardus Hamelle, de Cameraco, mag. in art., canonicus Noviomensis, in nonis B. Jacobi, in scolis anterioribus S. Eustacii, incipiet V librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., die VI dicti mensis.

Ven. vir mag. Johannes Fabri, in art. mag., Noviomensis dioc., hodie, in nonis B. Jacobi, in scolis S. Martini superioribus posterioribus, incipiet II librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., die VI Novembris.

Mag. Nicolaus de Fierin (voy. p. 164), mag. in art., Attrebatensis dioc., in nonis S. Jacobi, in scolis S. Petri Celestini, incipiet II librum [Decretal.], pro tertio anno et tertio vol., die VII Novembris M CCCC XLVII.

DÉCANAT D'ÉTIENNE DE LA VIEFVILLE.

NOVEMBRE 1473 À NOVEMBRE 1474.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

[Stephano] de Veteri villa [decano][1].

1473. 10 novembre.] (F° 1 r°). Anno Domini millesimo cccc lxxiii, die x mensis Novembris, honorandis dominis et magistris Johannes de Courcellis[2], Martino de Fraxinis[3], Nicholao de Conti[4], Jacobo Aubri, Roberto Tulleu[5], Johanne Fournier[6],

[1] Ici commence le deuxième volume des *Mémoriaux* de la Faculté de Décret. La série de ces manuscrits présente donc une importante lacune, puisque le premier volume se termine avec les lectures du mois d'octobre de l'année 1448, et que le deuxième s'ouvre avec le procès-verbal de l'élection d'Étienne de La Viefville, en novembre 1473. — La Viefville, sur lequel on a peu de renseignements, fut, plus tard, selon G. Péries (*La Faculté de Droit dans l'ancienne Université de Paris*, 1160-1793, p. 65), curé des Saints-Innocents (cf. Bibl. nat. *Franç.* 21.278, fol. 183 v°) et recteur du collège de l'Ave Maria.

[2] Jean de Courcelles avait été doyen de novembre 1436 à août 1437 (v. plus haut, p. 26), puis de novembre 1438 à février 1439 (p. 44). Vice-gérant du conservateur des privilèges de l'Université de Paris, il fut ambassadeur de cette Université à l'assemblée de Bourges (1438). Il fut président de la Chambre des Enquêtes. Il dut mourir dans les premiers mois de l'année 1495 (Bibl. nat. *Franç.* 21.279, fol. 23, 53 et 54 v°). Sur ce personnage important, v. A. Longnon, *Paris sous la domination anglaise*, p. 324; Denifle et Chatelain, *Chartul. Univ. Paris.*, t. IV, 2400, 2440 et 2521.

[3] Martin de Fresnes, vice-doyen de la Faculté, d'août à novembre 1437 (v. plus haut, p. 28), fut ensuite doyen, de novembre 1437 à novembre 1438 (p. 37). Licencié le 18 avril 1424 (t. I, p. 244), il avait été reçu docteur les 28-31 juillet 1437 (v. plus haut, p. 27) et admis à la régence le 31 de ce mois (*Chartul. Univ. Paris.*, t. IV, 2505). En 1450, il fut député à l'assemblée de l'Église gallicane à Bourges (*Chart.*, t. IV, 2657 *n.* 1). Il était chanoine de Notre-Dame de Paris.

[4] Il était peut-être de la même famille que Guillaume de Conti, abbé de Sainte-Catherine de Rouen, doyen de la Faculté de Décret de novembre 1431 à mai 1432 (v. t. I, p. 377), puis de novembre 1440 à novembre 1441 (v. plus haut, p. 60).

[5] Il était, en 1488, conservateur des privilèges apostoliques de l'Université de Paris. V. Bibliothèque nationale. *Franc.* 21.364, fol. 589. — Cf. A. Longnon, *Étude biographique sur François Villon*, pp. 62 et 170. — Jean Tuleu, religieux de l'Hôtel-Dieu de Paris (v. plus haut, pp. 143 et 166), était peut-être son parent. En 1487, un autre Jean Tuleu comparaît devant le Parlement de Paris en qualité de procureur du duc d'Orléans (Bibl. nat. *Franç.* 21.364, fol. 578 v°).

[6] Ou le Fournier, reçu licencié le 4 avril 1448 (v. plus haut, p. 187).

Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii [1], Johanne du Pleis [2], Guillelmo de Castelliono, Andrea Wasselin [3], actu Parisius in Facultate Decretorum regentibus, collegium dicte Facultatis representantibus, et ad disponendum de officiariis dicte Facultatis, ut moris est, solemniter per cedulam congregatis, dicti domini continuaverunt dominum Jacobum Aubry in thesau[ra]rium dicte Facultatis.

Quoad electionem decani, dominus de Fraxinis elegit me in decanum; dominus Nicholaus de Conti continuavit dominum de Castelliono, si placeret sibi continuari in decanum; si vero nollet continuari, elegit me, Stephanum de Veteri Villa; dominus Jacobus Aubry elegit me; dominus Robertus Tulleu elegit me; dominus Johannes le Fournier similiter elegit me; et ego, Stephanus de Veteri Villa, elegi dominum Johannem le Fournier; dominus Jacobus Junii elegit Andream Wasselin; dominus Johannes du Pleis elegit dominum Andream Wasselin; dominus Guillelmus de Castelliono elegit Andream Wasselin; dominus Andreas Wasselin continuavit dominum de Castelliono in decanum, si vellet; si non vellet continuari, dictus Andreas elegit me in decanum. Auditis predictorum dominorum deliberationibus, dominus Johannes de Courcellis, decanus naturalis, in cujus manibus erat depositum sigillum, claves et liber Facultatis, conclusit pro me, Stephano de Veteri Villa, et me nominavit in decanum dicte Facultatis, et recepit ad juramenta in facie Facultatis, tradendo mihi librum, sigillum et claves.

Die jovis, secunda Decembris, post missam Facultatis, domini, congregati per cedulam super facto licentie future, concluserunt quod in crastinum fieret publicatio in scolis, hora lecture matutinalis, quod volentes ingredi examen licentie comparerent in prima missa ordinaria Facultatis, audituri ordinationem dominorum; et die ordinata per dictos dominos, que erat dies veneris, fuit facta publicatio per bidellum. [2 Décembre.]

(F° 1 v°). Die veneris, quarta Marcii, fuit facta congregatio Facultatis, in camera examinis, hora tertia post prandium, ad instantiam domini de Gaucourt [4] [1474, 4 Mars.]

[1] Jacques Juin ou Juing, conseiller au Parlement, fut reçu en l'office de président des Enquêtes, vacant par la résignation de Jean de La Béaulté, le 22 décembre 1478 (Bibl. nat. *Franç.* 21.364, fol. 243).

[2] On verra plus loin (à la date du 19 février 1476) qu'il était chanoine et sous-chantre de Notre-Dame. Il était aussi doyen de Mantes. Bibl. nat. *Coll. Clairambault*, vol. 764, pp. 30 et 243 (aux dates du 8 mai 1473 et du 25 septembre 1481).

[3] V. *Chartul. Univ. Paris.*, t. IV, 2680 n., et plus haut, p. 167.

[4] Charles de Gaucourt, sieur de Châteaubrun, conseiller et chambellan de Louis XI, l'un des correspondants de Robert Gaguin. Sur lui, v. Louis Thuasne, *François Fouquet et les miniatures de la Cité de Dieu de saint Augustin* (dans la *Revue des Bibliothèques*, t. VIII, 1898, p. 38, n. 2). Protecteur de l'Université, il était sans cesse en relation avec les diverses Facultés; cf. par ex. la lettre de l'Université au dauphin Louis, en avril 1436 (*Chart. Univ. Paris.*, t. IV, p. 584); mais il devait particulièrement être estimé à la Faculté de Decret, car Louis XI lui écrivait, le 18 janvier 1476 : « Pour ce que je sçay que vous estes un grand clerc et que vous vous cognoissez en matière de benefices... » *Ord. des rois de France*, t. XVIII, p. 170; *Lettres de Louis XI* (éd. Vaesen-Charavay), t. VI, p. 39.

et domini Ebroicensis[1], ad audiendum aliqua que domini predicti volebant exponere Facultati ex parte domini nostri regis. Qui quidem domini in dicta congregatione, hora assignata, comparuerunt et exposuerunt quod voluntas domini nostri regis et beneplacitum erat quod dominus Ambrosius de Cambray[2] reciperetur in gremio et consortio dicte Facultatis, ut antea fuerat, tum propter grata servicia que exibuerat dominus Adam de Cambray[3], dum viveret, vir magne prudentie et autoritatis, [scien]tie et nobilitatis, genitor dicti domini Ambrosii, miles ac presidens primus in curia parlamenti, genitori domini nostri regis moderni (cujus anima in pace quiescat et omnium), tum eciam propter merita dicti domini Ambrosii et servicia que de die in diem faciebat domino nostro regi moderno; et tandem dicti domini requisiverunt ex parte dicti domini regis quod placeret Facultati recipere dictum dominum Ambrosium in doctorem regentem dicte Facultatis, et in hoc faciendo domino nostro regi servicium gratum et acceptum facerent. Post quam requestam, dicti domini de Gaucourt et Ebroicensis se ad partem retraxerunt, ut moris est, et domini doctores deliberaverunt in camera examinis. Post quorum

[1] Jean Héberge, qui venait d'être promu à l'évêché d'Évreux (17 novembre 1473), fut, comme Charles de Gaucourt, l'un des conseillers favoris de Louis XI. Cf. Philippe de Commynes, *Mémoires* (éd. Dupont), t. I, pp. 299 et 352.

[2] Ambroise de Cambrai, l'un des seize enfants du président Adam de Cambrai, eut une jeunesse aventureuse qui explique l'intervention de Louis XI et de Charles de Gaucourt auprès de la Faculté de Décret. Il s'enfuit en Italie, probablement à la suite d'un homicide commis à Orléans, en 1447, dans des circonstances scandaleuses (Arch. nat. JJ 179, fol. 53). Bien accueilli à Rome par Calixte III, qui lui donna un haut emploi à la Chancellerie apostolique et le nomma évêque d'Alet le 23 septembre 1455, il se compromit de nouveau en fabriquant une fausse bulle de dispense pour le comte Jean V d'Armagnac, qui avait eu deux enfants de sa sœur Isabelle et voulait l'épouser (cf. la lettre de Pie II à Charles VII, dans Raynaldi, t. XIX, a. 1460, § 113; Beaucourt, *Hist. de Charles VII*, t. VI, p. 33; *Chronique scandaleuse* (éd. B. de Mandrot), t. II, p. 331). Ambroise, privé de ses charges et honneurs, revint en France, où il vécut caché pendant plusieurs années, et ne sortit de sa retraite que pour entrer aux Requêtes de l'Hôtel, non sans opposition, comme on le voit par cette mention des registres du Conseil : « 26 mars 1472 [1473]. — Sur ce que Me Ambroise de Cambray, conseiller et maistre des requestes ordinaire de l'hostel du Roy nostre sire au lieu de feu maistre Regnault des Dormans, en son vivant conseiller et maistre desdictes requestes, a requis à la Cour qu'il luy pleust le recevoir à faire le serment en la manière qu'elle a receu les autres maistres ordinaires des requestes de l'hostel; contre quoy messire Pierre Puy, chevalier, conseiller en la cour de ceans, jusques il ait fait apparoir à ladicte cour de la reabilitation à luy faicte par le Pape. Et tout consideré, a receu et reçoit ledit de Cambray audit serment en la manière accoustumée. » (Bibl. nat. *Franç.* 21.364, fol. 73 v°.) — En novembre 1475, il sera nommé pour la première fois doyen de la Faculté de Décret. — Sur ce personnage, dont la sœur Isabeau, femme de Guillaume Colombel, a aussi défrayé la chronique de son temps, cf. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 867; Launoy, *Regii Navarræ Gymnasii Paris. Historia*, pars altera, p. 952; Thomas Bazin, *Hist. des règnes de Louis XI et de Charles VII* (éd. J. Quicherat), t. II, p. 282. V. aussi Bibl. nat. *Franç.* 21.364, fol. 325 v°.

[3] Adam de Cambrai, nommé conseiller au Parlement pendant qu'il était en ambassade à Rome (cf. lettres de Charles VI de janvier 1413, à la Bibl. nat. *Pièces orig.*, t. 578, d. 13.356, p. 2), devint ensuite premier président. Ses services consistèrent en importantes missions et prêts d'argent. Cf. *Journal de Nicolas de Baye* (éd. Tuetey), t. II, p. 272, n. 1; A. Longnon, *Étude biogr. sur Fr. Villon*, p. 111; Beaucourt, *Hist. de Charles VII*, t. I, p. 206; t. II, p. 85, n. 1, p. 367, n. 3, etc.; t. III, p. 37, n. 4; etc.

deliberationes (et) mature conclusum extitit quod propter honorem, reverentiam et obedientiam quam habebat Facultas ad supremum dominum nostrum regem, semper habuerat et haberet per Dei gratiam, eciam propter reverentiam dominorum qui fecerant supplicationem pro domino Ambrosio, et eciam propter sincerum amorem quo prosequebatur (F° 9 r°) dictum dominum Ambrosium, et specialem favorem quem habebat ad ipsum, et propter ejus merita, de speciali gratia dictum dominum Ambrosium recipiebat in suo consortio et gremio in doctorem et in regentem et ad emolumenta et omnia et singula ipsius Facultatis agenda, conformiter tamen ad ordinationes et statuta Facultatis, que dicto domino Ambrosio per amplius declararentur, dum veniret ad prestandum juramenta in facie Facultatis, proviso eciam quod legeret dictus dominus Ambrosius primam Decretalem solemnem, juxta tenorem statutorum.

Qua conclusione sic accepta, ordinavit Facultas dictos dominos per duos dominos doctores, scilicet de Courcellis et per me decanum, vocari; quibus dominis facta est responsio per me decanum juxta conclusionem ipsius Facultatis; qua facta, dicti domini gratias multiplices Facultati reddiderunt, promittentes referre supremo domino nostro regi bonam affectionem quam habebat Facultas ad ipsum. Eciam dominus Ambrosius gratias egit permaximas Facultati, promittens ampliores reddere, dum veniret ad prestandum juramenta doctorum volentium regentiam resumere in facie Facultatis.

Die jovis, xvii Marcii, fuit facta congregatio Facultatis in camera examinis, per cedulam, super aprobatione bachalariorum; et fuerunt aprobati, solutis solvendis. [17 Mars.]

Die martis, xxii Marcii, fuit facta congregatio super clausura examinis, et clausum fuit examen, facta collatione, per me decanum. [22 Mars.]

Die mercuri[i], xxiii Marcii, fuerunt bachalarii presentati domino cancellario ecclesie Parisiensis, hora nona de mane, in uno rotulo aperto, in quo continebantur nomina et cognomina licenciendorum (*sic*) secundum ordinem camere examinis. [23 Mars.]

Die jovis, xxiv Marcii, dominus Ambrosius de Cambray fuit admissus ad juramenta doctorum volentium regentiam resumere; qui quidem dominus Ambrosius promisit contribuere pro edificio scolarum quantum quilibet aliorum dominorum contribuerat, et hoc in presentia dominorum de Courcellis, de Fraxinis, Conti, Aubry, du Plais, de Castelliono et Wasselin. [24 Mars.]

Eadem die, [xxxi Marcii], magister Johannes Morelli, in artibus magister et in Decretis licentiatus, curatus ecclesie parrochialis Sancti Hillarii, fecit supplicationem in Facultate, quod placeret Facultati quod dictus magister Johannes [31 Mars.]

celebraret missam quam Facultas faciebat celebrare singulis ebdomadis in dicta ecclesia Sancti Hillarii, attento quod ille qui solebat dicere recesserat sine dicendo Facultati; quam supplicationem concessit Facultas, considerato quod ipse erat dicte ecclesie Sancti Hillarii curatus[1].

[2 Avril.] (F° 2 v°). Die sabati, secunda mensis Aprilis, domini congregati in camera, in aula examinis, hora m post prandium, composuerunt rotulum licentiandorum, et ipsos licentiandos secundum tenorem statutorum Facultatis et suarum merita personarum collocaverunt. Quem quidem rotulum, eadem die, per me decanum et dominum Johannem du Pleis domino cancellario transmiserunt hora vespertina. Et erat dictus rotulus clausus tribus sigillis, more solito dicte Facultatis.

[5 Avril.] Die mercurii, quinta mensis Aprilis, post juramenta prestita per bachalarios ad licentiam presentatos, incessit Facultas hora nona de mane cum dominis presentatis, bedellis precedentibus, ut moris est, ab ecclesia Beati Johannis Jerosolimitani, usque ad aulam reverendi in Christo patris domini Paris[i]ensis episcopi, pro licentia obtinenda a domino cancellario. In qua quidem aula comparuit dominus cancellarius, qui rotulum ordinem dictorum bachalariorum continentem Roberto, bedello magno Facultatis, exibuit legendum; qui quidem bedellus predictum rotulum accepit, et secundum ordinem in eo positum, singulos licentiandos evocavit, et juxta ordinem inter eos positum in suis sedibus collocavit.

(F° 3 r°). Incontinenti vocatione sic facta, post collationem solemniter per dominum cancellarium factam, prefatus dominus cancellarius Parisiensis licentiavit in jure canonico prenominatos bachalarios superius scriptos, et de omnibus ibidem factis ego Stephanus de Veteri Villa, decanus, petii instrumentum.

Quibus sic peractis, post licentiam domini licentiati descenderunt inferius, et ante capellam domini Parisiensis episcopi gratiarum actiones reddiderunt predicti domini licentiati omnes et singuli dominis doctoribus, per organum magistri Johannis le Gressier, de penis et laboribus in dicta licentia per eos assumptis. Quibus gratiarum actionibus exibitis, magister Johannes le Gressier et magister Nicholaus de Grucy et frater Nicholaus Britonis supplicaverunt pro gradu doctoratus; qua supplicatione sic facta, domini ordinaverunt quod dicti supplicantes

[1] Cf. G. Péries, ouvr. cité, p. 142; Jaillot, *Recherches critiques .... sur la ville de Paris*, t. IV, *Place Maubert*, p. 70, et *Saint-Benoît*, p. 104; *Topographie hist. du vieux Paris, région centrale de l'Université*, p. 339. — En marge et de la main d'Ambroise de Cambray : «Iste Morelli fuit primus qui spernens Universitatem et Facultatem Decretorum Parisius, in qua gradum baccalariatus Decretorum susceperat et plura volumina levaverat, transivit Aurelcanis suscipere licenciam in jure canonico, exemplum relinquens aliis, qui disciplinam omnem et exercicium studii corruperunt, etc.» Et d'une autre main : «Nota quod non est necessitatis ut curatus aut vicarius S. Hillarii dicat.»

venirent in prima missa Facultatis, et Facultas procederet cum eis juxta tenorem statutorum ipsius Facultatis.

Eadem die, [xxi Aprilis], magister Johannes le Gressier continuavit supplicationem quam fecerat in die licentie pro gradu doctoratus pro ipso et magistro Nicholao de Grucy, absente; cui domini ordinaverunt quod facerent fidem quod haberent in portatis in reditibus sommam octuaginta librarum parisiensium, conformiter ad statutum quod juraverat in gradu licentie [1]; quo facto, domini procederent cum eis secundum statuta et ordinationes Facultatis. [21 Avril]

Eadem die, [xxvii Aprilis], continuavit supplicationem magister Johannes le Gressier pro ipso et magistro Nicholao de Grucy, absente, quam fecerat in missa precedenti, et dedit declarationem de reditibus dictus le Gressier pro se, quos habebat in portatis; cui domini dixerunt quod visitarent infra aliam missam. Dictus eciam magister Johannes obtulit se satisfacturum pro edificio scolarum quantum et quilibet aliorum dominorum doctorum regentium contribuerat; obtulit eciam dictus dominus se facturum omnia que concernebant gradum doctoratus ad honorem Facultatis et beneplacitum ejusdem. [28 Avril]

Eadem die, [v Maii], continuaverunt supplicationem quam fe(re)cerant in precedentibus missis magister Johannes le Gressier et magister Nicholaus de Grucy; qui quidem magister Nicholaus obtulit in promptu declarationem reddituum quos habebat in portatis, et obtulerunt se satisfacturos pro contributione edificii scolarum quantum quilibet aliorum dominorum doctorum regentium contribuerat, et omnia concernentia gradum et actum doctoratus ad honorem et beneplacitum Facultatis se facturos exibuerunt. Quibus ad partem retractis, Facultas invenit declarationem reddituum datam per eos ascendere ultra sommam octuaginta librarum parisiensium, per statuta requisitam ad doctoratum. Quare Facultas, debite informata super omnibus, dictos magistros ad juramenta doctoratus recepit, contribuendo quilibet eorum pro scolis sommam centum et sexaginta scutorum auri, quam sommam contribuerant doctores antiquiores regentes, et (F° 3 v°) ultra, ut inventum est per calculationes et compota Facultatis; quam sommam centum et sexaginta scutorum auri realiter et manualiter obtulerunt et tradiderunt dicti domini supplicantes, et juramenta solita prestiterunt. [5 Mai.]

Eadem die, [xii Maii], supplicaverunt domini doctorizandi pro die festi et loco et commutatione prandiorum duorum et adjunctione sua ut simul facerent festum. [12 Mai.]

[1] Réforme du cardinal Alain de Coëtivy : « Jurabitis non accedere ad gradum doctoratus, nisi habueritis in reditibus octuaginta libras parisienses in portatis, sive in beneficiis, de quibus faciatis fidem per juramentum vestrum et alias legitime. » Cité par Peries, p. 36, n. 1.

Quibus ad partem retractis. Facultas deliberavit, et eis assignavit diem sabati, XVIII Junii, pro vesperiis, et diem martis sequentem pro festo; pro loco, domum domini Remensis[1], si illam habere possent, et esset apta et disposita; quoad commutationem duorum prandiorum et adjunctionem, Facultas, prosequens favore speciali dictos dominos doctores doctorizandos, eis duo prandia commutavit, et adjunctionem concessit, conformiter ad per eos oblata liberaliter; tertium vero prandium ordinavit fieri, pro visitatione loci et dispositione birretorum et aliorum concernentium factum festi principalis; ordinavit eciam dictis dominis doctorizandis quod in missa sequenti aducerent magistrum quem habebant pro festo celebrando, ut Facultas deliberaret si talis esset gratus et acceptus Facultati; quod facere promiserunt dicti domini doctorizandi; eciam quod statum festi principalis Facultati ostenderent.

[19 Mai.] Jovis, XIX Maii, post missam, fuit conclusum circa factum domini Ambrosii, quod distributiones quas deberet recipere, sibi defalcarentur in futurum super somma quam debet ratione scolarum.

Eadem die comparuerunt domini doctorizandi in Facultate cum domino Nicholao Potier, quem acceperant pro magistro principali festi sui, qui valde gratus et acceptus fuit Facultati, et promisit in facie Facultatis, fide et juramento mediis, omnia se facturum ad honorem Facultatis et juxta ordinata per Facultatem et ordinanda, et statum festi principalis Facultati exibuerunt.

[21 Mai.] Sabati, XXI Maii, fuit facta congregatio Facultatis in camera examinis super facto magistri Henrici Thiboust[2], qui fecit supplicationem quod reciperetur ad gradum doctoratus cum presentatis ante eum et ad juramenta admissis, scilicet cum domino Johanne Gressier et domino Nicholao de Grucy; quam supplicationem fecit dominus Johannes de Courcellis pro dicto magistro Henrico Thiboust. Petebat eciam dictus magister Henricus Thiboust preferri dictis presentatis et ad juramenta admissis. Facultas exibuit se liberalem et per omnia gratiosam dicto magistro Henrico Thiboust in omnibus que concernebant factum Facultatis. De precedendo vero presentatos et ad juramenta admissos, remisit ad concordandum et pacificandum inter dictos dominos presentatos et ipsum magistrum Henricum, et si possent inter se concordare, Facultas non impediebat.

Eadem die, fecit supplicationem dominus Ambrosius de Cambray quod esset equalis in distributionibus et aliis quibuscumque dominis doctoribus, et obtulit ac

[1] Sur le collège de Reims, cf. Jaillot, *Recherches critiques...*, t. IV, *Saint-Benoît*, p. 227.

[2] Il ne faut pas le confondre avec maître Henri Thiboust, chanoine de Notre-Dame de Paris, maître ès arts, puis maître régent de la Faculté de Médecine, ambassadeur près de Martin V. Sur ce personnage important, mort en 1448 ou 1449, on trouvera de nombreux renseignements dans le tome IV du *Chartul. Univ. Paris.* de Denifle et Chatelain.

dedit in promptu realiter et manualiter sommam quadraginta scutorum, et promisit infra festum Nativitatis Domini tradere quinquaginta scuta Facultati, ita tamen quod distributiones que sibi deberentur, defalcarentur super dicta somma quinquaginta scutorum, et si distributiones non sufficerent ad defalcandum dictam sommam quinquaginta scutorum, residuum solveret in supradicto termino. Quam quidem supplicationem, ob amorem et reverentiam dicti domini Ambrosii, Facultas acceptavit modo et forma declaratis.

Eadem die [secunda Junii], domini doctorizandi suas attulerunt conclusiones Facultati, de quibus intendebant determinare, eciam conclusiones bachalarii respondentis, in die vesperiarum, de expectatoria; que conclusiones fuerunt grate et accepte dominis. [2 Juin.]

Die martis, septima mensis Junii, domini doctorizandi fecerunt solemne prandium, eciam in immensa ciborum varietate, dominis doctoribus, in domo domini Remensis, pro visitatione loci et birretorum et aliorum concernentium factum festi principalis, convocatis omnibus bidellis, magnis et parvis, et clericis dominorum, et ordinaverunt domini dictis doctorizandis et magistro[1] principali festi quod facerent adhuc venire duo modia vini gallici, et visitaverunt domini locum et birreta et alia concernentia factum festi, et de dominis qui voluerunt accipere birreta ac sibi debita acceperunt, alii distulerunt; et prandio facto, domini se retraxerunt ad partem et deliberaverunt inter se, et tunc domini doctorizandi et magister[1] principalis festi gratias egerunt dominis doctoribus de honore, impenso et laboribus assumptis, et ipsa die miserunt domini doctorizandi, quilibet eorum cuilibet dominorum unam libram specierum, decano, presidenti, thesaurario et respondenti duplum, et eadem die dederunt domini deputatos ad visitandum residuum. [7 Juin.]

Eadem die, [VIII Junii], dominus Andreas Wasselin attulit Facultati conclusiones de quibus intendebat respondere in die festi; que grate et accepte fuerunt Facultati, et penes me decanum remanserunt. [8 Juin.]

Sabati, XVIII Junii, celebrate fuerunt vesperie dominorum doctorizandorum in magnis scolis Facultatis, in maxima prelatorum, nobilium, regis consiliariorum et aliorum quamplurimorum notabilium honorabili assistentia, et in eisdem presedit magnifice et ad laudem ipsius Facultatis reverendus doctor et dominus dominus Johannes de Courcellis, sub quo de questione expectatoria respondit magister Robertus La Longue, in artibus magister et in Decretis bachalarius, ingeniose quam [18 Juin.]

[1] Il semble qu'en ces deux endroits on ait ajouté dans l'interligne le mot *domus*.

plurimum [1]. Quibus finitis, pro sumendo prandio ad domum Remensem simul transierunt. Post prandium, habito inter eos tractatu de hiis que acta fuerant, signanter in scolis, domino presidenti concorditer pro tam laudabili actu gratias agentes (*sic*); et ipsis ad partem sic (F° 4 r°) retractis, domini vesperiati gratias egerunt dominis doctoribus de honore impenso et laboribus assumptis; quibus domini ordinaverunt quod die lune sequenti afferrentur birreta in camera examinis, hora prima; et ordinaverunt domini quod domini deputati (diligenter) circa singula diligenter attenderent, et quod vina, fercula et alia necessaria ad festum visitarent, et quod fieret honesta distributio birretorum in scolis et sine confusione, adjuncto quodam ex parte doctorizandorum amico pro distributione facienda.

[21 Juin.] Martis, XXI Junii [2], magister Johannes le Gressier et magister Nicholaus de Grucy, per manus domini Johannis de Courcellis, doctoris (magistri Johannis le Gressier) insignia doctoralia in magnis scolis Facultatis [receperunt], ubi solemniter respondit reverendus doctor et dominus dominus Andreas Wasselin, contra quem profundissime acutissimeque arguerunt dominus Ambrosius de Cambray, magister requestarum ordinarius domus domini nostri regis [3], dominus Nicholaus de Conti et dominus Jacobus Aubry, et non plures, propter temporis brevitatem, nulla prerogativa michi tanquam decano concessa, sed observata solum antiquitatis prerogativa [4]. Inde profecti sumus in habitu doctorali cum ceteris invitatis ad convivium usque ad domum domini Remensis, et ordinaverunt domini quod dominus decanus Sancti Marcelli [5] et ego, decanus, visitaremus singula loca et mensas, ad videndum si omnia essent bene disposita et ad congratulandum invitatos. Quo facto, domini se ad partem, ut moris est, retraxerunt, super omnibus que acta fuerant et in scolis et in prandio deliberaturi; et tunc dominus decanus Sancti Marcelli et ego, decanus, retulimus dominis qualiter visitaveramus omnia et singula loca et mensas in quibus erant invitati, et quod omnia invenimus ad laudem et honorem Facultatis; et ibidem domini concorditer gratias egerunt domino de Courcellis de actu tam solemniter per eum celebrato, etiam domino respondenti; et ibi comparuerunt domini doctorizati, gratiarum actiones multipliciter referentes dominis doctoribus de tanto honore impenso et etiam de laboribus pro eis assumptis.

[22 Juin.] Die mercuri[i], XXII Junii, domini omnes convenerunt in domo domini de Jo-

[1] Robert La Longue fut plus tard official de l'archidiacre de Paris, et, comme tel, assesseur au procès du divorce de Louis XII. Cf. De Maulde, *Procédures politiques du règne de Louis XII*, pp. 810, 824 et suiv. etc.

[2] Le ms. porte probablement par erreur *maii*.

[3] Depuis 1473. V. plus haut, p. 208, n. 2.

[4] Ambroise de Cambray a ajouté cette note en marge : « Nullam prerogativam habet decanus facultatis in arguendo die doctoratus aliquorum. »

[5] Saint-Marcel était une collégiale. Cf. Jaillot, *Recherches critiques...*, t. IV. *Quartier de la Place Maubert*, p. 40.

sayo[1] in prandio, quod est prandium crastini festi, sicut moris est, et in dicta domo convenerunt, ut inter se liberius convenirent, propter dominum Remensem, qui ad domum suam venerat noviter. Quod quidem prandium fuit immensa varietate ciborum refertum et laudabiliter et amplissime factum. Et ibi interfuerunt omnes bedelli, magni et parvi, et clerici dominorum. Quo facto, domini doctorizati gratiarum actiones multiplices rediderunt Facultati de tanto honore impenso et penis et laboribus in omnibus peractis per eos assumptis, et ibidem supplicaverunt domini doctorizati pro regentia in Facultate. Quibus ad partem retractis, domini deliberaverunt et mature; et quia domini invenerunt omnia et singula esse laudabiliter et ad honorem Facultatis peracta, dictos dominos ipsa die ad regentiam admiserunt, proviso tamen quod darent birreta dominis qui non habuerant in scolis propter confusionem que supervenerat. Sed distulit Facultas dare responsum dictis dominis usque in crastinum, in quo erat missa ordinaria Facultatis; et ordinavit Facultas quod dicti domini doctorizati venirent in dicta missa, et eis faceret responsum et votivum. Ordinavit etiam Facultas quod gratiarum actiones redderentur ex parte Facultatis domino Nicholao Potier eciam ingentes, qui tam laudabiliter usque ad finem perduxerat omnia facta dictorum dominorum doctorum, et se exibuit Facultas in omnibus sibi possibilibus obsequi paratam dicto domino Nicholao Potier, quod et factum est.

Eadem die, domini doctorizati, quilibet eorum cuilibet dominorum, miserunt unam libram specierum, decano, presidenti, thesaurario et respondenti duplum.

Die jovis, XXIII Junii, domini doctorizati suam continuaverunt supplicationem pro regentia, et admissi concorditer ad regentiam fuerunt, et obtulerunt cereum quatuor librarum quilibet eorum Facultati. [23 Juin.]
Frater Johannes Baradelli, ord. S. Benedicti, dioc. Senonensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis magnis superioribus Facultatis, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, XVIII Maii.

Nicholaus Grassin [1], dioc. Trecensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, X Junii.

Daniel Oger, in art. mag., in dec. bac., dioc. Maleacensis, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis magnis anterioribus Facultatis, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, XVI Junii.

Egidius Thome, dioc. Chathalaunensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Jerosolimitani, pro primo [anno]. Datum Parisius, anno quo supra, die XXII Junii.

Jacobus Gonteri, Chathalaunensis dioc., in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jerosolimitani, pro primo [anno]. Datum Parisius, anno et die quibus supra.

Frater Dionisius Bezart, ord. S. Benedicti, dioc. Carnotensis, in dec. bac., in nonis B. Ja-

tion du chapitre de Senlis et à celle du prieur de Saint-Nicolas-lez-Senlis, de l'Ordre de Saint-Benoît (*Arch. de l'Univ. de Paris*, t. 49, fol. 187 v°).

[1] Ou Grassi. Un personnage du nom de Nicolas Grassin fut reçu huissier au Parlement, à la suite de la résignation de Nicolas du Broc, le 28 août 1485. Bibliothèque nationale *Franç.* 21364, fol. 496.

cobi, incipiet I librum Decretal., in scolis secundis posterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo [anno]. Datum Parisius, anno quo supra, die XXIII Junii.

Nobilis et gen. vir Richardus Bonny, Lemovicensis dioc., in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Crescentis, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, [die] XXIIII Junii.

Johannes Doyllart, dioc. Carnotensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Hillarii, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, XXIIII Junii.

Petrus Gantheroti, in art. mag., in dec. bac., dioc. Cabilonensis, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Thome. Datum Parisius, anno et die quibus supra.

(F° 8 r°). Dom. Anthonius Daubinii, presbiter, Claromotensis dioc., in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jerosolimitani, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, I Julii.

Dom. Petrus de Fonte, presbiter, dioc. Andegavensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis magnis anterioribus Facultatis, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, die VIII Julii.

Dom. Stephanus Sceles, presbiter, dioc. Lexoviensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Barbare, pro quarto anno. Datum Parisius, anno quo supra, VI Augusti.

Jacobus Langiret, Maguntinensis dioc., in dec. bac., hodie, in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Barbare, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, die XIIII Augusti.

Dom. Guillelmus Gilber, presbiter, Abrincensis dioc., in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis secundis inferioribus Facultatis, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, die XVIII Augusti.

Dom. Johannes de Pabren, presbiter, Cenomanensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Crescentis, pro secundo anno. Datum Parisius, anno quo supra, XXII Augusti.

Guillelmus Chauvelli, dioc. Lemovicensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet I librum Decretal., in scolis magnis anterioribus Facultatis, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, die XXIII Augusti.

Jacobus Romaneti, dioc. Lemovicensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Barbare, pro tertio anno. Datum Parisius, anno quo supra, die XXVI Augusti.

Johannes Huet, in art. mag., in dec. bac., de Parisius, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in scolis magnis superioribus Facultatis, pro primo anno. Datum Parisius, anno quo supra, die XVI Septembris.

[1 Octobre 1474-Novembre 1475.] (F° 9). Frater Nicholaus Boursier[1], ord. S. Benedicti, de Parisius oriundus, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis Castri, pro tertio anno. Datum anno quo supra, VIII Octobris.

(F° 8). Arnulphus de Marchel, in art. mag. et in dec. bac., dioc. Atrebatensis, in nonis B. Jacobi, incipiet III librum, in scolis inferioribus, ad intersignium B. Thome, pro tertio anno. Datum Parisius, anno quo supra, die XI Octobris.

[1] Un de ses homonymes, Germain Boursier, fut avocat au Châtelet. Il était déjà mort le 3 juin 1474. Bibl. nat. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 56 ; cf. pp. 58, 82, 152 et 180. D'après les registres du Châtelet, il possédait une maison à Paris, rue de la Mortellerie.

Dom. Johannes de Pabreu, presbiter, dioc. Cenomanensis, bac. in dec., in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro tertio anno. Datum Parisius, anno et die et mense quibus supra.

Johannes de La Planche, in art. mag. et in dec. bac., de Parisius [1], in nonis B. Jacobi, incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Johannis Ba(b)ptiste, pro quinto anno. Datum Parisius, anno, die et mense quibus supra.

Theobaldus Marcelli, in art. mag. et in dec. bac., de Parisius [2], in nonis B. Marie, incipiet quintum librum Decretal. in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro quarto [anno]. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

Jacobus Vernoti, in art. mag. et in dec. bac., dioc. Aniciensis, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Thome, pro quarto anno. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

Cosmas Guimier, in art. mag. et in dec. bac., de Parisius [3], in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., in scolis magnis superioribus Facultatis, pro tertio anno. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

Robertus La Longne, in art. mag. et in dec. bac., dioc. Ebroicensis [4], in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Johannis Ba(b)ptiste, pro quarto anno. Datum Parisius, anno, die, mense quibus supra.

Dom. Johannes Remigii, presbiter, dioc. Chathala[u]nensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, III librum Decretal. incipiet, in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jerosolimitani, pro secundo [anno]. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

Nicholaus de Bussy, in art. mag., et in dec. bac., de Parisius [5], in nonis B. Marie, incipiet sextum librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Johannis Ba(b)ptiste, pro quinto [anno]. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

[1] En 1495, sous le rectorat de Robert Corbelin, il est licencié en décret et se présente à la collation du chapitre de l'église collégiale de Saint-Germain-l'Auxerrois de Paris et à la collation du chapitre de l'église collégiale de Saint-Julien de Brioude «nullius dioc. et ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis». *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 94.

[2] On lit dans les registres du Châtelet, à la date du 15 octobre 1491, que «Me Thibault Marceau, licencié en loix, advocat au Parlement, [a esté] renvoyé ès requestes, contre Jehan et Guillaume Patiers, heritiers de feu Me Jacques Patiers». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 95.

[3] Cosme Guimier, «in utroque jure licenciatus» (cf. *Coll. Clairambault*, vol. 754, p. 144, à la date du 6 juillet 1478), se présenta, en 1493, sous le rectorat de Michel Payve, à la collation du chapitre de l'église collégiale de Saint-Cyr d'Issoudun et à la collation de l'abbé de Bourgdieu; en 1500, sous le rectorat de Jacques Lebreton, à la collation des chapitres de Saintes et de Chartres. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 12, et vol. 50, fol. 110 v°. — Il devint successivement avocat au Parlement de Paris (*Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 335, à la date du 29 février 1499 (1500)), puis, le 9 novembre 1500, conseiller clerc et président aux Enquêtes à la place de Jean Raoulin, évêque d'Autun. Il était aussi chanoine de Saint-Nicolas du Louvre, où il eut comme collègue Jacques Marsschal, auquel Charles Du Moulin attribua, en 1551, le commentaire de la Pragmatique Sanction, publié en 1486 sous le nom de Guimier. En 1497, il fut nommé à la cure de Saint-Eustache, après la mort de Martin Ruzé. Cf. Moreri, *Grand Dict. hist.*, t. V, p. 472. — Il mourut en avril 1503. Bibl. nat. *Franç.* 23,328, fol. 161 v°. Cf. aussi ci-dessus, p. 219, n. 1.

[4] A la note 1 de la page 214, il faut ajouter les renseignements suivants, tirés de Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 761 : d'origine normande, Robert La Longne fut élu recteur le 10 octobre 1484; et p. 814 : le 26 avril 1496, il fut nommé par la nation de Normandie à la cure paroissiale de Saint-André-des-Arts, au lieu de feu Ambroise de Cambray.

[5] Nicolas de Bussy fut avocat au Parlement. *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 49 (à la date du 29 mars 1490), et p. 153 (à la date du 3 septembre 1492).

Robertus Vincencii, in art. mag. et in dec. bac., dioc. Morinensis, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Castri, pro quarto [anno]. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

Dom. Johannes Varini, presbiter, dioc. Baiocensis[1], in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Campanie, pro tertio anno. Datum Parisius, anno et mense quibus supra, die XXI.

(F° 8 v°). Johannes Alexandri, clericus, Rothomagensis dioc., in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Barbare, pro tertio anno. Datum Parisius, anno quo supra, die VII Novembris.

Daniel Auger, dioc. Maleacensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis magnis Facultatis posterioribus, pro secundo anno. Datum Parisius, anno quo supra, die et mense quibus supra.

Delfilius de Montpensier, de Lugduno, bac. in dec., in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis magnis anterioribus Facultatis, pro secundo anno. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

Johannes Douillart, clericus, dioc. Carnotensis, bac. in dec., in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro secundo anno. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

Richardus Bonni, Lemovicensis dioc., in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Crescentis, pro secundo anno. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

Andreas Guy, dioc. Tornacensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis secundis superioribus Facultatis, pro secundo [anno]. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

Johannes Huet, in art. mag. et in dec. bac., de Parisius, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro secundo anno. Datum Parisius, anno, mense et die quibus supra.

Petrus Courtin, in dec. bac. et in art. mag., dioc. Eduensis[2], in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Crescentis, pro quinto anno. Datum anno quo supra, mense et die [quibus supra].

Frater Johannes Carpentarii, ord. S. Benedicti, dioc. Carnotensis, in nonis B. Marie, incipiet III librum Decretal., [in scolis] anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro tertio anno. Datum anno quo supra, die VII Novembris.

Guillelmus Chauvelli, clericus, dioc. Cenomanensis[3], in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis posterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro secundo [anno]. Datum anno, mense et die quibus supra.

Dom. Petrus de Fonte, presbiter, dioc. Andegavensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet

[1] Cf. plus haut, p. 218, n. 1.

[2] C'est sans doute lui qui est nommé, à la date du 25 septembre 1479, dans les registres du Châtelet : « Honorable homme et sage Me Pierre Courtin, maistre des comptes du duc de Bourbon. » *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 192.

[3] Le 19 novembre 1488, au Châtelet, « Guillaume Chauveau, licencié en decret, ayant droit de Mondon Chauveau et Jacques Chauveau, ses frères, [a procez] contre Loys Dronet, sergent à verge au Chastelet, curateur subrogé au lieu de feu Jacques Bronart aux enfants mineurs de feu Urbain Messue et de feue Ysabeau Guillome, jadis sa femme, pour raison de la somme de LVI escus d'or d'une part, et III^xx X l. t. d'autre, en quoy feu Robin Guillaume, homme d'armes, s'estoit obligé envers lesdits Mondon et Jacques Chauvau, ladite Ysabeau Guillaume, sœur et heritière dudit Robin ». Bibliothèque nationale, *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 373.

n librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Britannie, pro secundo anno. Datum anno, mense et die quibus supra.

Jacobus Gonterii, dioc. Chathala[u]nensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet n librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Hillarii, pro secundo [anno]. Datum anno, mense et die quibus supra.

Dom. Anthonius Daubinii, presbiter, dioc. Claromontensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet n librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Johannis Ba(b)ptiste, pro secundo anno. Datum anno, mense et die quibus supra.

Petrus Gautheroti, dioc. Cabilonensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet n librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Barbare, pro secundo [anno]. Datum anno, mense et die quibus supra.

Frater dompnus Droco Mathei, Nivernensis dioc., in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet n librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Johannis Ba(b)ptiste, pro secundo anno. Datum anno, mense et die quibus supra.

Dom. Thomas Francisci, presbiter, dioc. Tullensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet n librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro secundo [anno]. Datum anno, mense et die quibus supra.

Egidius Thome, dioc. Chathala[u]nensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet n librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, pro secundo anno. Datum anno, mense et die quibus supra.

Anthonius Champeri, clericus, dioc. Lugdunensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet n librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro secundo anno. Datum anno, mense et die quibus supra.

Franciscus de Puteo, dioc. Lugdunensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet m librum Decretal., in scolis posterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro tercio anno. Datum anno, mense et die quibus supra.

(F° 9). Johannes Gueret, dioc. Constanciensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet m librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro tertio anno. Datum anno, mense et die quibus supra.

Johannes Louchart, in art. mag., de Parisius, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet n librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro secundo [anno]. Datum anno, die et mense quibus supra.

Dom. Enemondus Poculot, presbiter, dioc. Lugdunensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet v librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Campanie, pro quinto [anno]. Datum anno, mense et die quibus supra.

Frater Johannes Herbelin, ord. Benedicti, dioc. Cenomanensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet m librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro tertio anno. Datum anno, mense et die quibus supra.

Frater Tritualdus Everii, ord. Premonstracensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet n librum Decretal., in scolis secundis anterioribus Facultatis, pro secundo [anno]. Datum Parisius, anno et mense quibus supra, [die] VIII Novembris.

Dom. Petrus Alard, presbiter, dioc. Noviomensis, in dec. bac. [1], in nonis B. Marie, incipiet m librum Decretal., in scolis inferioribus B. Thome, pro tertio [anno]. Datum anno, mense et die quibus supra.

(1) Nous ne savons si c'est le même personnage que Pierre Alart, «praticien en cour d'eglise, proprietaire d'un hostel rue du Clos Bruneau», auquel est donné, le 13 mars 1474 [1475], «pouvoir de faire reparer». Bibliothèque nationale, *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 87.

Guillelmus de Valle, in art. mag. et in dec. bac., dioc. Nivernensis, in nonis B. Jacobi, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus B. Johannis Ba(b)ptiste, pro quarto anno. Datum anno, mense et die quibus supra.

Dom. Guillelmus Gilbel, presbiter, in dec. bac., dioc. Abrincensis, in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus B. Thome, pro secundo [anno]. Datum anno, mense et die quibus supra.

Frater Johannes le Normant, ord. S. Benedicti, dioc. Rothomagensis, in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus Scuti Jerosolimitani, pro secundo [anno]. Datum anno, mense et die quibus supra.

Nicholaus de Falasia, dioc. Sagiensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet sextum librum Decretal., in scolis superioribus Scuti Sabaudie, pro quinto anno. [Datum anno], mense et die quibus supra.

Galterus Sconner, Scotus, dioc. Glasgensis, in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus B. Eustacii, pro secundo anno. Mense et die quibus supra.

Frater Johannes Baradelli, ord. S. Benedicti, dioc. Senonensis[1], in dec. bac., in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis secundis inferioribus Facultatis, pro secundo anno. Mense et die quibus supra.

Frater Johannes Turquan, ord. S. Benedicti, dioc. Parisiensis[2], in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet sextum librum Decretal., in scolis secundis superioribus Facultatis, pro sexto anno. Mense et die quibus supra.

Frater Stephanus Geraldi, ord. S. Benedicti, dioc. Maleacensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet II librum Decretal., in scolis secundis anterioribus Facultatis, pro secundo anno. Mense et die quibus supra.

Petrus Regnault, dioc. Meldensis, in dec. bac., in nonis B. Jacobi, incipiet sextum librum Decretal., in scolis posterioribus B. Petri Celestini, pro quinto [anno]. Datum anno, mense et die quibus supra.

Jacobus Romaneti, clericus, dioc. Lemovicensis, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis superioribus B. Petri Celestini, pro quarto [anno]. Datum anno quo supra, VIII Novembris.

[1] Il s'agit sans doute du futur abbé de Saint-Pierre-le-Vif de Sens, «Johannes Bardeau (*sic*), Senonis oriundus, doctor decretorum», qui, d'abord vicaire de Guillaume Chignard et prieur claustral, fut élu à sa place le 14 mai 1511. Il mourut le 25 septembre 1523. *Gallia Christ.*, t. XII, col. 144.

[2] Un de ses homonymes, «Jehan Turquan, examinateur au Chastelet, curateur aux causes de Pierre Turquan, son fils, escolier à Paris,» plaide au Châtelet contre Guy Valdin, prieur du Breuil, le 2 août 1480. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 213.

DÉCANAT D'AMBROISE DE CAMBRAY [1].

NOVEMBRE 1475 A NOVEMBRE 1476.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

[Ambrosius] de Cambray.

(Fol. 10 r°). Anno Domini milesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, die jovis nona mensis Novembris, convocata veneranda Facultate Decretorum Parisius per cedullam et juramentum, apud ecclesiam Sancti Johannis Jherosolimitani, in cappella Facultatis, super eligendis aut continuandis decano et thesaurario ejusdem Facultatis, et ibidem post primas peractas illo anno lectiones doctorales et missam more solito celebratam, comparentibus reverendis patribus dominis Johanne de Courcellis, Martino de Fraxinis, Ambrosio de Cambray, Nicolao de Conty, Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Johanne du Pleys, Johanne Gressier et Nicolao de Grucy, doctoribus actu Parisius in predicta Facultate Decretorum regentibus et collegium ipsius Facultatis facientibus, absentibus vero dominis Jacobo Junii, Johanne Picart [2], Guillermo de Castilliono et Andrea Wasselin, supplicarunt domini Stephanus de Veteri Villa, decanus, et Jacobus Aubry, thesaurarius, haberi a Facultate pro excusatis et supportatis in administratis per eos dictis officiis, quilibet eorum consignando in manu domini Johannis de Courcellis, tanquam antiquioris doctoris regentis, et ob hoc decani [1475 5 Novembre]

[1] Sur Ambroise de Cambray, v. plus haut, p. 208, n° 9. On a sans doute remarqué qu'Étienne de La Vielville donne à ces notes une vie, une couleur qui manquaient à celles de ses prédécesseurs. Avec Ambroise de Cambray les *Mémoriaux* deviennent une véritable chronique, abondante, précise, animée. C'est qu'Ambroise était un véritable humaniste, et il a tenu au moins une fois à le prouver en traduisant en latin le *Curial* d'Alain Chartier. La lettre dédicatoire de sa traduction au chancelier Pierre d'Oriole prouve qu'il était déjà, lorsqu'il acheva ce travail, conseiller du Roi et maître ordinaire de l'hôtel des Requêtes. (Bibl. nat. *Lat.* 5870, fol. 50). Jacques Lefèvre d'Étaples lui a dédié, en 1492, ses *Aristotelicae Paraphrases* (Hain, *Rep. bibl.*, n° 6839 ; Bibl. Mazarine, Inc. 700).

[2] Il avait été élu régent le 17 février 1468, en même temps que Jacques Juin, Jean du Pleix, Guillaume de Châtillon et André Wasselin. Cf. Péries, p. 64. — Il était conseiller au Parlement et chanoine de Notre-Dame. Bibl. nat. *Franç.* 21.279, fol. 69 v° (à la date du 24 novembre 1495). — Un « maistre Jehan Picart » est notaire et secrétaire du Roi en 1484. Cf. Bernier, *Procès-verbaux des séances du Conseil de régence du roi Charles VIII*, pp. 185 et 200.

naturalis Facultatis, libros, claves et regestra, ceteraque alia que occasione officiorum a Facultate habebant. Quibus quidem ab eadem Facultate ingentes sunt habite gracie pro bene administratis per eos officiis. Postmodum vero processum extitit per dominos ad providendum administracioni dictorum officiorum. Concordi autem et unica omnium dominorum sentencia continuatus est dominus Jacobus Aubry in officio thesaurarii. Ego vero Ambrosius de Cambray fui pariter in decanum Facultatis electus. Et prestitis per ipsum dominum Jacobum Aubry et me solitis juramentis in manu domini Johannis de Courcellis, ipse nobis tradidit libros, claves, regestra et alia que officium cujuslibet concernebant [1].

[16 Novembre.] Die jovis XVI Novembris, fuit missa et collegium. Et ibi comparuerunt domini Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conty, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et Nicolaus de Grucy [2]: et ibidem acta sunt que secuntur, me decano presente.

In primis, quia plures libri spectantes ad Facultatem hinc inde dispersi erant, et propter similem distractionem multa Facultati evenerant incommoda, tam super ipsorum librorum perdicione quam alias, idcirco fuit ordinatum quod libri omnes predicti repetentur ab illis qui eos impresenciarum tenent [3]. Quibus recuperatis, fiet inventarium verum cum annotacione certa et designacione foliorum secundorum et penultimorum cujuslibet voluminis, ut moris est; illud vero inventarium, editum sub forma quinterni seu libelli parvi, reponetur et de cetero conservabitur diligenti cauthela in capsa ipsius Facultatis. Et pariter scribentur de cetero in eodem quinterno libri omnes qui donacione, legato, empcione vel alias

[1] Le doyen a ajouté cette phrase : « Nota tamen quod in hoc actu predicti domini ad vota juxta sue promocionis antiquitatem processerunt, videlicet dominus de Courcellis primus, de Fraxinis secundus, etc., deliberarunt. »

[2] Jean le Gressier et Nicolas de Grucy avaient été élus régents le 22 juin 1474. Cf. p. 215.

[3] On ne s'étonnera pas du souci qu'Ambroise de Cambray prend de la petite bibliothèque de la Faculté de Décret, si l'on se souvient qu'il aimait lui-même les livres et qu'il devait lui en légner : cf. G. Péries, p. 131. Son héritage fut partagé entre elle et la Sorbonne. On conserve à la Bibliothèque nationale deux mss qui proviennent du doyen, puis de la Sorbonne : ce sont les mss latins 15884 et 16000. Le ms. latin 5870, qui provient en dernier lieu de Bigot, porte au bas du fol. 1 la note suivante : « Est mei Christoferi Arbaleste post Ambrosium de Cambrai, scriptum anno Domini 1514, decima sexta januarii die. — Christoferus Arbaleste. » Un extrait du compte de Jacques Erlant (1495-1496) nous indique comment les livres d'A. de Cambray ont pu passer chez les Arbaleste : « Maistres des requestes. . . M. Ambroise de Cambray, mort le 14 avril 1496. Jean Luillier, varlet de chambre du roy, son neveu et héritier avec Hierosme de Marle et Charlotte de Marle, femme de Guy Arbaleste. » *Franç.* 23328, fol. 158. Cf. L. Delisle, *Cabinet des Mss*, t. II, p. 143; L. Dorez et L. Thuasne, *Pic de La Mirandole en France*, p. 96 (note). — Sur le legs à la Sorbonne, v. Edm. Richer, *Hist. Academiæ Paris.*, à la Bibl. nat., *Lat.* 9943, fol. 502 v°. — Au fol. 188 v° du ms. latin 3127 de la Bibliothèque nationale, qui contient les lettres de Nicolas de Clémangis, on lit cette note de P. Pithou : « In alio exemplari Ambrosii de Cambray, quod est Nicolai Fabri, habentur epistolæ XXXI quæ ab hoc absunt; sunt vero in hoc IX aliæ quæ in illo deficiunt. » Nicolas Le Fèvre était l'ami intime de P. Pithou.

acquirentur eidem Facultati. Libri vero predicti observabuntur per particulares dominos doctores ejusdem Facultatis, quibus singulatim distribuentur, quousque constructa fuerit libraria ad ipsos reponendum. Ipsi autem domini doctores suas cedulas obligatorias dabunt Facultati pro libris, quos ut sic depositos recipient. Et in alia parte quinterni ipsius inventarii annotabitur apud quos dominorum singuli libri predicti erant depositi, ut, si cedule eorum casu, malicia aut alias deperderentur, in eodem quinterno videri possit apud quos fuerunt iidem libri depositi. Quandocumque autem per aliquos dominorum libri quos sic habuerint restituentur Facultati, similiter et eisdem dominis doctoribus restituentur eorum cedule, simul et de eodem quinterno cancellabitur annotacio facta super deposito librorum sic restitutorum. Ac insuper fuit ordinatum quod in libro statutorum ejusdem Facultatis, quem observare consuevit decanus Facultatis, inscribetur copia ejusdem inventarii librorum qui his diebus sunt Facultatis, et consequenter inscribetur designacio librorum qui futuris temporibus acquiri poterunt Facultati, etc. [1].

Item, quia jamdiu positum fuerat in medium quod plures conquerebantur super expectacione anni jubilei pro licencia obtinenda [2], maxime ubi baccalarii tempus acquisierant juxta statuta Facultatis ad licenciam consequendam, et quod talis mora et expectacio pluribus erat sumptuosa et dampnosa et sepe prejudicialis plurimum, fuit hoc die denuo refricatum, hoc adjecto quod dominus Guillermus de Castilliono, condoctor et frater Facultatis, qui tunc Rome erat, scripserat quibusdam dominis particularibus Facultatis quod paratus esset circa hanc materiam elaborare apud summum Pontificem, quod singulis annis posset per Facultatem celebrari licencia, quemadmodum fit in aliis universitatibus regni Francorum.

Item retulit Facultati magister Robertus du Gué, major bidellus, quod plures baccalarii Facultatis capaces ad subeundum examen licencie hoc anno, querebantur plurimum super excessiva, ut dicebant, exactione bursarum per dominos in facto licencie [3], et propterea decreverant non intrare examen Parisius, nisi redderentur certi de determinata quotta pro singulis eorum et pro omnibus impensis quas possent subire pro facto licencie in omnibus. Querebantur eciam pro diturnitate et mora examinis.

Item positum fuit in deliberacione quando aperietur examen pro futura licencia proxima.

Item expositum fuit quod consiliarii requestarum Palacii nichil aut parvi faciebant nominaciones Facultatis Decretorum Parisius, eo quod non essent date et

[1] Cet inventaire a été publié par Marcel Fournier, dans le *Bull. de la Soc. de l'Hist. de Paris et de l'Ile-de-France*, 1888, pp. 135-139, puis par G. Péries, p. 130.

[2] L'*annus jubilei* tombait toutes les années impaires et s'ouvrait, pour les décrétistes, après Noël. V. G. Péries pp. 30-31.

[3] On voit que la réforme d'Alain de Coëtivy n'avait pas produit un long effet. Cf. G. Péries, p. 137.

concesse ab ipsa Universitate Parisiensi, sed solum a Facultate Decretorum, membro particulari Universitatis.

Super his quatuor novissimis articulis, dictum extitit et conclusum quod specialis fiet convocacio dominorum in domo domini Johannis de Courcellis per cedulam, cum isti articuli sint maxime importancie et qui requirunt maturam deliberacionem omnium dominorum.

(F° 10 v°). Eadem [die], magister Robertus du Gué, major bidellus, et Claudius Poculot, secundus bidellus, restituerunt baculos argenteos et massas suorum officiorum decano et collegio Facultatis, et supplicarunt haberi pro excusatis circa deffectus quos committere potuerunt in dictis officiis, et quod Facultas ipsos continuaret in eisdem officiis, affirmantes diligenciori cura prefata in posterum officia ex(c)ercere. Quibus ad partem retractis, et post deliberacionem super his dominorum vocatis, increpati fuerunt super negligencia eorum circa aliqua, et hortati atque commoniti fuerunt quod de cetero diligencius et melius curent ex(c)ercere dicta officia; alias per dominos providebitur. Placuit autem dominis eos continuari in officiis prefatis, et propterea eisdem baculos et virgas argenteas restitui, prestitis per eos solitis juramentis; que quidem omnia facta sic fuerunt, etc.

[18 Novembre.] Die sabbati XVIII Novembris, apud domum domini Johannis de Courcellis, sitam in claustro ecclesie Beate Marie Parisiensis, convocati domini per cedulam convenerunt, domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy, et ego Ambrosius de Cambray. Et ibidem super quatuor articulis novissime positis in medium extitit conclusum in hunc modum.

Super primo articulo, quod, propter plures et gravissimas causas et raciones, expedit honori Facultatis simul et utilitati studencium, quod impetretur a Romano Pontifice facultas et licencia, quod singulis annis possit Parisius celebrari actus licencie in Facultate Decretorum. Et fuit injunctum dicto decano quod super his conficeret instructiones, etc., et pariter litteras commendaticias ad dominum Guillermum de Castilliono et alios quosdam nomine Facultatis.

Super secundo articulo, dictum fuit quod nulla prefixa quotta in bursis taxandis licenciandorum determinaretur, cum secundum statuta Facultatis taxari debeant juxta personarum facultates et oppulenciam vel inopiam, et quod aliter facere esset inhonestum petentibus et concedentibus. Conclusum autem fuit quod quantum moderacius et honestius fieri poterit burse licenciandorum taxabuntur. Et injunctum fuit bidellis quod ista dicant predictis baccalariis, et quod domini intendunt accelerare inicium examinis et illud quantocius expedire atque absolvere, etc.

Super tercio articulo, fuit conclusum quod prima die legibili post festum Beati

Andree appostoli[1] publicetur in scolis per bidellum quod baccalarii volentes ingredi examen pro licencia obtinenda, compareant in prima missa et collegio, audituri intencionem Facultatis super hoc, et quod cedule hujus publicacionis affigentur valvis scolarum.

Super quarto articulo, conclusum extitit quod domini de Courcellis, Junii, Picart et Caumbray, omnes regis consiliarii, adibunt dominos requestarum Palacii et inquestarum Parlamenti, quibus exponent et eos informabunt quod nominaciones Facultatis debent esse ejusdem auctoritatis et firmitatis cujus et ille Universitatis sunt, propter optimas et plures causas et raciones, et maxime quia corpus Universitatis non solet nominaciones concedere nisi eis qui magistri fuerunt in artibus vel doctores in decretis aut medicina. Et sepe accidit gravissimos atque dignos viros consummasse tempus suum in acquirenda sciencia juris canonici et gradum (*sic*) licencie vel baccalariatus, qui tamen non sunt graduati et magistri in artibus, theologia, decretis vel medicina. Et indignum videretur quod tales viri frustrentur hoc beneficio et gracia quam juvenis quisque magister in artibus consequitur. Et propterea consuevit Facultas Decretorum similes studentes (et) supposita Facultatis nominare, eo quod Facultas ipsorum dignitates et merita cognoscit, etc.

Die mercurii XXII Novembris, fuit missa et collegium, ubi comparuerunt domini Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Gruey et Ambrosius de Caumbray. Et ibidem apportavit Caumbray instructiones quas fecerat pro litteris apostolicis impetrandis super annali licencia celebranda per Facultatem; similiter et litteras commendaticias exhibuit; que quidem lecte fuerunt, et placuerunt, et ordinatum fuit quod in illa forma mittantur Rome per magistrum Petrum de Motta[2]. Quod quidem factum extitit. [22 Novembre.]

Fuit eciam denuo confirmata sentencia et conclusio super libris Facultatis recuperandis et illorum inventarium componendo[3].

Item de publicacione examinis aperiendi die jam ordinata. Item de quotta bursarum limitanda, pro qua adhuc instabant dicti baccalarii, dictum fuit ut prius

[1] La fête de l'apôtre saint André se célèbre le 30 novembre.

[2] Prêtre et licencié en décret, Pierre de La Motte, prisonnier en la Conciergerie du Palais, fut élargi le 27 juin 1476 (Bibl. nat. *Franç.* 21,364, fol. 159 v°). En partant pour Rome, il avait laissé en garde à Jean de Martigny, maître du collège de Bourgogne, « quatre tasses verées à grands martelis au fondz de deux sortes, pesans cinq marcs six onces, à unze francs le marc, six cuilliers d'argent à bout couppé doré, pesans un marc trois onces, trois hanaps verez et gaudronnez, pesans sept marcs trois onces, un calice doré vermeil, garny de plateine, pesans deux marcs deux onces et un quart... » Après le decès de Pierre de La Motte, le Parlement donna décharge de ces objets à Jean de Martigny, qui les avait restitués aux héritiers, le 21 mars 1485 [1486]. Cf. *ibid.*, fol. 526.

[3] Sur la petite bibliothèque de la Faculté, v. plus haut, pp. 240-241, et ci-dessous, p. 248.

et ordinatum quod non per decanum aut alterum dominorum, sed per bidellos eisdem baccalariis dicetur quod Facultas omnino decrevit modestissime cum illis agere, adeo quod merito contentabuntur; sed nullam determinatam taxam apponent, ne pactum videantur inire invicem domini doctores et baccalarii, et magis videantur doctores pecunie intendere quam profectui et honori scolarium. Item deliberatum fuit quod domini Courcelles, Junii, Picart et Cambray adeant dominos requestarum Palacii et inquestarum Parlamenti.

Item, quia aliqui ex dominis Facultatis conquesti sunt quod sepe accidit dominum rectorem Universitatis esse personam etate non maturam et habitacionem habere in loco satis remoto, et cameram aliquando angustam et scolasticam, etc., et nichilominus quando vult decanos Facultatum convenire super negociis Universitatis cum aliis deputatis, qui ut plurimum sunt persone (F° 11 r°) etate graves, gradu insignes, simul et dignitatibus ecclesiasticis ac officiis regiis honorati, ipsos convocat ad domum sue residencie et non apud Sanctum Mathurinum, qui locus est communis deputatus pro similibus Universitatis convencionibus, et illa de causa sepe accidit quod apud domum rectoris pauci ex convocatis deputatis conveniunt; quod si apud Sanctum Mathurinum convocarentur, plures convenirent non eciam vocati; et propterea, ut sepius, evenit quod, nullis aut paucis apud rectorem convenientibus, res infecta relinquitur. Ideo fuit conclusum quod decanus dicat domino rectori et rectoribus qui suo tempore erunt, et ex parte Facultatis, quod de cetero non convocet deputatos nisi apud Sanctum Mathurinum, quia alias nulli comparebunt pro parte Facultatis, nisi in infirmitate notoria gravetur dominus rector, vel esset sibi aliud evidens et cognitum impedimentum, et nisi in uno casu, videlicet ubi dominus rector convocaret Facultates pro compotis reddendis, ubi opus est mensa, sedilibus et aliis necessariis ad hunc compotorum actum, etc. Fuit insuper dictum et conclusum quod decani Facultatis qui pro tempore erunt, ubi videbunt dominos rectores Universitatis futuros aliquid in contrarium istorum facere, hanc conclusionem Facultatis exequantur, tam apud dominum rectorem quam eciam apud Universitatem querimoniam faciant et remedium petant, etc.[1].

[29 Novembre.] Die mercurii penultima Novembris, celebrantur missa et collegium Facultatis, ubi interfuerunt domini Nicolaus de Conti, Jacobus Aubri, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy, Ambrosio de Cambray decano absente et pro eo substituto per eundem decanum domino Stephano de Veteri Villa.

[5 Décembre.] Die martis quinta Decembris, celebrantur missa et collegium, et ibi com-

[1] En marge, Ambroise de Cambray a écrit cette note : « Quod non compareant decanus et alii domini Facultatis apud habitacionem rectoris, vocati pro deputatis, sed solum apud Sanctum Mathurinum. » Nul plus que lui ne fut sensible aux prérogatives de sa charge.

parnerunt domini Nicolaus de Conty, Jacobus Aubri, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy, et ego Ambrosius de Cambray. Et ibidem fuit conclusum quod publicetur examen licenciandorum et conficiatur cedula que valvis scolarum affigetur, sigillata sigillo decanatus; confecta autem fuit cedula modo avisato et deliberato, publicataque fuit in scolis die lune XI sequenti et affixa valvis, etc.; et quod baccalarii volentes ingredi examen predictum compareant die XII sequenti coram dominis in collegio post missam Facultatis, etc.

Die mercurii XII Decembris, fuit missa et collegium Facultatis, ubi comparuerunt domini Nicolaus de Conty, Jacobus Aubri, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Juuii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et quia nulli baccalarii pro licencia futura comparuerunt, ordinatum extitit quod iterum fieret publicacio examinis aperiendi et cedula super hoc valvis scolarum affigatur, et quod baccalarii volentes ingredi examen licencie compareant in Facultate die mercurii XX Decembris post missam Facultatis, vigilia Beati Thome appostoli, etc. 13 Decembre.

Die vero veneris sequenti, publicacio predicta fuit facta, et cedula affixa juxta conclusionem Facultatis. 15 Decembre.

Die martis XIX Decembris, dominus Ludovicus de Luxembourg, miles, comes Sancti Pauli et aliorum comitatuum et dominiorum possessor, ac comestabilis (*sic*) Francie, ditissimus omnium qui viverent sue sortis, fuit capite truncatus Parisius, in platea Gravie, ante domum ville; et hoc per arrestum curie Parlamenti, illo die pronunciatum per os domini Petri d'Oriole, cancellarii Francie, ob infinitas conjuraciones et prodiciones longo tempore per eum agitatas contra personas regis et domini Delphini ac coronam et regnum Francie, in favorem domini Caroli, ducis Burgundie. Quo quidem publice mortuo et decapitato, corpus ejus cum capite sepelitur ibidem, et sine pompa defertur apud ecclesiam Fratrum Minorum [1], ubi inhumatur in cappella Beati Nicolai episcopi; sepulturam autem ecclesiasticam curia Parlamenti sibi concessit ob reverenciam sue novissime uxoris, que erat soror regine Francie, filia ducis Sabaudie [2]. 19 Decembre.

[1] L'église des Cordeliers.

[2] Marie de Savoie, fille du duc Louis et sœur de Charlotte, qui avait épousé Louis XI en 1451. — L'un des régents de la Faculté de Décret, Jacques Juin ou Juing, n'assista pas au prononcé de l'arrêt de mort : « Maistres Jean le Beauvoisien, Jacques Juin et Jean Bourgoing, conseillers du Roy nostre sire en sa cour de Parlement, protestent par devant Me Gilbert Brunat et Gilles Authenis, notaires et secretaires du Roy nostre sire et des quatre notaires de ladite cour, qu'ils ne sont ou seront en la prononciation de l'arrest ou sentence criminelle que on doit proferer contre Messire Louis de Luxembourg, autrefois connestable de France, *per modum consilii, auxilii, auctoritatis, consensus seu approbationis.* Faict le dix neufiesme jour de decembre

[20 Décembre.] Die mercurii xx Decembris, celebrantur missa et collegium Facultatis, et ibi comparuerunt domini Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy, et ego Ambrosius de Cambray, decanus.

Supplicavit magister Cosmas Guimier[1], magister in artibus et baccalarius in decretis, admitti ad examen licencie, et pro eadem re supplicavit magister Petrus Regis, magister in artibus et baccalarius in jure canonico, cappellanus domini nostri regis[2]. Quibus dictum extitit quod deputati sunt certi domini Facultatis pro visitandis parvis cedulis baccalariorum, si habuerint tempus requisitum et determinatum juxta statuta Facultatis; et propterea compareant ipsi baccalarii coram dominis deputatis, die veneris xxii sequenti, hora secunda post meridiem, apud cameram examinis, super scolis majoribus Facultatis.

Conclusum fuit quod tercio publicetur examen aperiendum cum intimacione quod, compareant aliqui preter numerum presentatorum vel non, domini procedent ad consummacionem singulorum que in simili actu fieri consueverunt, et quantocius.

[22 Décembre.] Et die veneris sequenti, publicacio extit[it] facta, et cedula modo premisso fuit affixa, etc.

Die veneris xxii Decembris, comparuerunt hora secunda post meridiem, in camera examinis, domini per Facultatem deputati, videlicet domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Nicolaus de Grucy, ego Ambrosius de Cambray, per quos visitatis cedul(l)is dictorum magistrorum Cosme et Regis, et comperto quod non haberent omne tempus requisitum ad statuta Facultatis, dictum ipsis extitit quod domini visitaverant suas cedulas, et quod in prima missa referrent collegio, et tunc ipsis daretur responsum, etc.

1475.» (Bibl. nat. *Franç.* 21.276, fol 93). — Sur le procès et l'exécution du connétable, voy. la *Chronique scandaleuse* (éd. B. de Mandrot), t. I, p. 357 et suiv., et t. II, p. 351 et suiv.

[1] En marge et d'une écriture moderne : «Cosmas Guimier, glossator Pragmatice Sanctionis et præses Inquestarum Parlamenti»: (cf. plus haut, pp. 219, n. 1, et 128, n. 4). Il était chapelain de Notre-Dame de Paris; on lui confia, le 3 octobre 1484, une clef de la bibliothèque du chapitre (cf. A. Franklin, *Les anc. bibliothèques de Paris*, t. I, p. 56). Licencié en droit canon et civil, il fut maître des requêtes de l'hôtel et avocat au Parlement (Bibl. nat. *Franç.* 21.278, fol. 330 v°: *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 144). Le 8 mai 1522, ses collègues furent priés à ses obsèques, qui eurent lieu à Saint-Marcel-lez-Paris (*Franç.* 21.281, fol. 311 v°).

[2] Un de ses homonymes avait été reçu licencié en décret le 30 mars 1428 (voy. t. I, p. 320).— Il ne faut donc pas confondre ces deux personnages. En 1476, celui dont il s'agit ici n'était bachelier que depuis six ans (v. plus bas, p. 249), et était, d'après les Archives de l'Université, originaire du diocèse de Chartres (il dit cependant plus bas, *loc. cit.*, qu'il est d'Arras). Sans doute il était bien originaire de Chartres, mais s'était fixé à Arras. En 1494, sous le rectorat de Jean Leclerc, il est licencié en décret et se présente à la collation de l'abbé de Saint-Laumer de Blois et à la collation de l'abbé de Saint-Pierre-en-Vallée, diocèse de Chartres. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 59.

Die sabbati xxm Decembris, previgilia Nativitatis Domini, legit suo ordine Decretalem *Firmiter credimus*, situatam titulo *de sancta Trinitate et fide catholica* [1], solempniter in scolis majoribus Facultatis, hora matutina, honorandus dominus Nicolaus de Conty, etc. [23 Décembre.]

(F° 11 v°). Die sabbati penultima Decembris, fuerunt celebrata missa et collegium, ubi interfuerunt domini Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy, et ego Ambrosius de Cambray, decanus. [30 Décembre.]

Retulit [2] magister Robertus du Gué, major bidellus Facultatis, quod magistri Theobaldus Marcel, Robertus La Longue et Johannes de La Planche [3] sibi exposuerant suo nomine et septem aliorum baccalariorum in eadem Facultate Parisius, qui examen future licencie ingredi cupiebant, quod non intendebant ipsum examen intrare, nisi prius convenirent cum dominis doctoribus de certa quotta pecunie pro omnibus et singulis juribus, bursis et debitis occasione licencie et examinis, et offerebant pro dictis juribus ducenta scuta aurea pro ipsis decem baccalariis, et eundem du Gué rogarunt quod hanc suam intencionem declararet Facultati. Que quidem peticio visa est inhonestissima dominis Facultatis, neque hoc convenire honestati dominorum et pariter scolarium; et propterea domini decreverunt unanimiter nunquam pocius aliquos ad examen admittere licencie, quam sic cum baccalariis inhoneste pacisci et rei tam inhoneste consentire. Et propterea fuit ordinatum quod singuli domini doctores dicant familiariter et private suis baccalariis quod intendit Facultas ita modeste cum licenciandis agere, quod non gravabuntur in tanta somma, que est xx scutorum, quam pro singulo ipsorum obtulerunt; sed pocius vellent domini absque pacto, et honestate servata Facultatis, habere ab ipsis licenciandis sex scuta, quam cum tali illicita pactione exigere centum.

Fuit eciam ordinatum quod decanus Facultatis convocet apud domum suam prefatos Marcel, La Longue et de La Planche, quos et bonis verbis ac persuasionibus racionibusque revocet a tali proposito ac sentencia, et similiter eos inducat ut jovis [die] proxima quarta Januarii in collegio Facultatis compareant cum suis sociis, audituri responsionem Facultatis ad peticionem eorum factam per eundem

[1] C. 1, X, *de summa Trinitate et fide Catholica*, I, 1.

[2] En marge, de la main d'Ambroise de Cambray : « Inicium conjuracionis facte per aliquos baccalarios contra Facultatem. »

[3] Jean de La Planche, maître ès arts et licencié en décret, se présente, en 1495, sous le rectorat de Miffant, à la collation de l'abbé de Saint-Menoux, ordre de Saint-Benoît, et à la collation de l'abbé de Notre-Dame de Charenton, diocèse de Bourges. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 49, fol. 136. — En 1497, sous le rectorat de Jean Maignen, il se présente à la collation de l'abbé d'Ambierle, ordre de Cluny, diocèse de Lyon, et à la collation de l'abbé de Notre-Dame (ou Saint-Martin) d'Artonne, diocèse de Clermont. *Archives de l'Université de Paris*, vol. 50, fol. 23.

du Gué; si vero negaverint velle comparere illa die, vel tunc non comparuerint, in illis casibus citentur comparere personaliter et per juramentum.

Item, quia ista die nullus comparuit baccalarius pro examine licencie, fuit ordinatum quod convocentur omnes domini doctores, eciam per juramentum, in proxima missa, super finali responso ad peticiones magistrorum Cosme Guimier et Petri Regis, volencium ingredi examen licencie proxime; eciam super peticione dictorum Marcel, La Longue, de La Planche et suorum collegarum.

Supplicavit idem Guimier quod posset respondere in scolis publice sub domino Johanne de Courcellis, et presentavit conclusiones suas Facultati, que date sunt domino Andree Wasselin visitande et per eum corrigende, etc.

Retulit decanus Facultati quod recuperaverat libros omnes spectantes ad Facultatem, eciam eos qui apud dominum Johannem de Courcellis pignori dati erant pro somma quinquaginta scutorum, excepto Decreto pulcro, et eos quos tenebant quondam domini Johannes Fournier, Claudius Poculot, subbidellus, quodque de illis fecerat inventarium juxta priorem conclusionem Facultatis, quod eidem Facultati exhibuit, addiciens quod bonum videbatur quod dicti libri reponantur in camera examinis aut capsa Facultatis. Sed omnium dominorum sentencia conclusum extitit quod iidem libri remanebunt apud ipsum decanum, quousque per Facultatem aliter ordinetur. Tamen si aliqui ex dominis doctoribus voluerint aliquos ex dictis libris habere, decanus poterit illos sibi dare, recipiendo ab ipsis cedulam obligatoriam pro libris receptis [1].

[4 Janvier.] Die jovis quarta Januarii, fuit missa et collegium, ubi fuerant convocati per cedulam et juramentum omnes domini. Et ibi comparuerunt domini Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Se autem excusarunt domini Johannes de Courcelles, eo quod mandato speciali regio haberet illo mane interesse in camera ville Parisiensis cum dominis cancellario Francie [2] et aliis deputatis regiis; Martinus de Fraxinis, quod propter vias lubricas et congellatas a loco sue habitacionis, apud Sanctum Nicolaum de Campis, eques non poterat venire sine periculo sue persone, pedes vero propter senium non poterat accedere; Johannes Picart, quod diebus precedentibus retulerat quemdam processum in camera Parlamenti, qui illo mane debebat expediri, et sine ipso expedicio non fieret. Quorum excusaciones recepit eadem Facultas et admisit, et cum ipsis dispensavit super eorum absencia.

Retulit decanus Facultati, quod fuerat locutus cum predictis Marcel, La Longue, de La Planche, et aliis quinque baccalariis, quos specialiter ad domum sue habitacionis convocaverat. Quibus, ut melius atque honestioribus potuit persuasionibus,

[1] Voir plus haut, pp. 246-247. — [2] Pierre d'Oriole.

recitavit que eidem decano per Facultatem commissa fuerant. Ipsi autem omnes post multa verba unanimiter affirmarunt quod nunquam voluerunt inire pactum cum Facultate super debitis juribus pro examine et licencia, sed bene liberaliter obtulerunt ducenta scuta pro decem licenciandis, et supplicabant (F° 1 v° r°) quod Facultas ipsa contentaretur tali oblacione; quod ubi non essent domini doctores contenti, se submittebant discrecioni et gracie eorum. Sed addiderunt quod non propter pecunias querebantur, nec propter illas dif[f]erebant aut differre vellent intrare examen licencie; sed solum negabant intrare propter rotuli composicionem in die licencie, quo aliqui baccalarii in vocacione licenciandorum aliis preponuntur aut postponuntur, et sic plures qui gradum licencie recipiunt ut inde honorem suscipiant, nichil nisi notam aut dedecus aliquando reportant. Et licet per decanum fuerit deductum, quod statuto Facultatis (quod ipsi juraverant) ita semper et a prima institucione Universitatis fuerit observatum, et quod justum erat personarum singularum merita honoribus compensare, et multe alie honeste raciones dicte sint, non potuerunt tamen a suo proposito revocari; sed maxima importunitate apud decanum insteterunt, quod in Facultate poneret in deliberacione quod non componeretur rotulus vacacionum, etc.; affirmantes quod, si domini doctores decreverint componere rotulum, nullus eorum ingredietur examen licencie, etc.; si vero affirmaverint eis et litteras patentes Facultatis dederint, quod non component rotulum, in hoc casu ipsi intrabunt examen, et pariter XV numero alii baccalarii, qui non alias ingredientur, offerentes in casu quo non componetur rotulus solvere nedum XX scuta, sed XXV et XXX, et plura adhuc, etc. Hoc autem posito in medium inter prefatos dominos, visum est quod res esset maxime importancie et consequencie gravis, ita ut exigere videretur consilium omnium dominorum. Et quia prefati domini de Courcellis, de Fraxinis et Picart non erant post prandium aliquo impedimento detenti, fuit conclusum quod omnes domini per juramentum compareant illa eadem die post prandium, hora prima post meridiem, in camera examinis, et absentibus illis tribus significetur per cedulam, ut ibi concludatur super illo, etc.

Comparuerunt illo mane apud Sanctum Johannem Jerosolimitanum illi IX baccalarii, quibus idem decanus fuerat locutus in domo sua et quos bonis verbis induxerat ibidem comparere. Quibus per decanum dictum fuit extra collegium, quod propter absenciam trium dominorum nichil potuerat concludi super pe[ti]cione eorum, sed quod ipsi baccalarii compareant hora prima post meridiem in camera examinis, et dabitur eis finalis responsio.

Supplicarunt iterum prefati Guimier et Regis admitti ad examen licencie; et dictus Regis exposuit quod ante sex annos susceperat Parisius gradum baccalariatus, et continuo studio juris canonici vacaverat, sed propter maliciam temporis et ipsius Petri inopiam, eo quod esset Attrebatensis civitatis, quam tenet dux Burgundie, rebellis regi, et ab amicis suis nichil percipit, propterea non potuit omnes

suas cedulas levare; de quibus fidem fecit; petebat secum dispensari super defectu alicujus porcionis temporis. Quibus Guimier et Regis dictum fuit quod compareant post prandium illa die in camera examinis, etc.

Eadem die, juxta conclusionem Facultatis matutinam, convenerunt in camera examinis omnes domini doctores Parisius presentes, dempto domino Martino de Fraxinis, qui, propter causas superius allegatas, non potuit interesse, videlicet domini Johannes de Courcellis, Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes le Picart, Johannes du Plais, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray, decanus.

Super peticionibus magistrorum Cosme Guimier et Petri Regis, Facultas dispensavit cum eis pluribus honestis de causis atque racionibus, et eos admisit ad examen future licencie, eisdem injungendo quod conficerent suas magnas cedulas, quas deferrent infra octo dies ad singulos dominos doctores, ut moris est; et tunc prestiterunt juramenta solita fieri per eos qui ad examen admittuntur et delacionem magnarum cedularum.

Super articulo et peticione prefatorum IX baccalariorum, videlicet an Facultas velit obmittere composicionem rotuli, in quo describuntur nomina licenciandorum illo ordine quo, pensatis doctrina eorum, vita, honestate, moribus et aliis circumstanciis, meriti sunt preponi et postponi, et secundum quem ordinem inscripti rotuli solent licenciandi publice in aula domini episcopi Parisiensis die licencie evocari pro predicta licencia suscipienda, aut vero velit Facultas antiquum morem observare, rotulum componendo et juxta ipsius ordinem licenciandos evocari facere; pluribus hinc inde positis racionibus in medium pro utraque opinione, et longo tempore agitata materia, tandem communi atque unanimi omnium dominorum judicio, voluntate atque sentencia, constanter terminatum, decisum atque conclusum extitit, quod rotulus componetur per Facultatem more solito, neque hac occasione tam levi vel alia quacumque causa aliquo tempore futuro obmittetur composicio rotuli. Non enim debet Facultas recedere ab ordinacionibus et consuetudinibus patrum suorum Facultatis, qui viri tam graves et famosi extiterunt. Insuper, quod attentis juramentis prestitis per ipsos baccalarios in suscepcione gradus baccalariatus, quod videlicet observabunt statuta, jura, libertates, conclusiones, sentencias, ordinaciones et consuetudines laudabiles dicte Facultatis hactenus observatas ad quemcumque statum devenerint, et illas et illa servare illesas et illesa, nec tacite vel expresse, directe vel indirecte, per se vel per alium, palam vel occulte, ipsa vel ipsas impugnare, aut eis contraire, (F° 12 v°) videtur peticio dictorum baccalariorum supranominatorum nimis inhonesta et contraria fidei sue prestite et juramento per eos, ut prescribitur, facto; et propterea per hoc debent merito increpari et a tali opinione averti et removeri. Et nichilominus, ubi pertinaciter in hoc proposito perseverarent, monerentur tunc et isto die sub debito juramenti

a talibus desistere, etc. Preterea fuit adjectum quod ubi etiam Facultas tam inconsulte procederet, quod vane peticioni dictorum baccalariorum annueret, hec concessio non sortiretur effectum propter obices et contradicentes huic rei, quorum interesse potest. In primis cancellarius ecclesie Parisiensis se opponeret, eo quod ad dignitatem cancellariatus spectat quod licenciandi juxta ordinem rotuli per doctores Facultatis compositi, in sua presencia, suo mandato et auctoritate apostolica sibi concessa convocentur et suo ordine in sede collocentur. Capituli Parisiensis interest, eo quod cancellarium oportet esse canonicum prebendatum: episcopum Parisiensem tangit, qui dignitatem cancellariatus confert jure ordinario; archiepiscopos Senonensem metropolitanum et Lugdunensem primatem similiter tangit, quorum quilibet eorum potest jure devoluto conferre cancellariatum Parisiensis ecclesie; regem et jura regis concernere videtur, qui rex dictam dignitatem cancellariatus in regalia potest conferre; papam eciam, qui jure devoluto et per prevencionem confert, etc. Insuper, adversarentur huic negocio Facultates theologie, medicine et artium, et ex consequenti tota Universitas Parisiensis, eo quod Facultas Decretorum dissentiret et recederet a prioribus et justis observacionibus aliarum Facultatum et Universitatis et consuetudinibus hactenus per Universitatem servatis, etc. Et fuit ordinatum quod ista omnia dicerentur tunc predictis baccalariis. Vocatis autem ipsis baccalariis coram Facultate, omnia predicta eisdem fuerunt exposita per decanum. Prefati vero baccalarii hanc responsionem, conclusionem, hortacionem et monicionem ceteraque predicta non grato, sed indignanti atque elato animo suscipientes, in verba fatua et inconsulta prorumperunt, que enarrare longum esset nimis. Ad unum inter cetera, quod dixerunt, in aliis regni hujus Universitatibus non confici rotulum neque hunc morem vocacionum die licencie observari, fuit responsum quod alma parens aliarum Universitatum est Parisiensis, et propterea justum est ut omnia gravius facta observet et ut normam det ceteris, non ipsa ab aliis studiis recipiat. Parisiensis namque Universitas fons est vivus, scaturiens pabula vere doctrine; cetere vero Universitates sunt ipsius rivuli, vitam et esse recipientes a fonte. Ipsa Parisiensis est lumen a quo alia studia splendorem tamquam luna a sole recipiunt, etc. Et denno verbis honestis fuerunt commoniti quod desistant a tali proposito, quoniam domini doctores intendunt ita prudenter et juste se habere circa collocacionem locorum in rotulo conficiendo, quod meritum et dignitas licenciandorum premiabitur cum pondere et libra; ac etiam sub debito juramenti, ut desistant a similibus, preceptum fuit.

Ipsi vero, more Judeorum acclamantes sine ordine, sine racione : « Nolumus rotulum! tollatur rotulus! », obtulerunt Facultati magnas pecunias, modo rotulus non conficeretur, existimantes predictis oblacionibus dominos doctores excecare et a recto divertere. Quibus fuit responsum, quod Facultas jam clarissime percipiebat quo morbo ipsi baccalarii laborarunt. Nam ipsi, precedentibus temporibus,

conquesti sunt super excessiva peccunia, quam (ut dicebant) domini doctores a baccalariis pro facto licencie extorquebant; sed non inde lacrime aut querela eorum, sed solum quod aliqui ipsorum timent pro eorum ignorancia et illiteratura recipere notam in vocacione licenciandorum. Et propterea domini nolebant suas peccunias neque questum honori suo preponere aut Facultatis honestati, sed querebant profectum studencium et honorem procurare, Facultatis honore semper conservato. Fuitque dictum eisdem baccalariis quod pocius domini doctores non celebrarent actum examinis et licencie per XX annos quam cum ipsis baccalariis de quotta bursarum pacisci vel rotulum obmittere, eisdem iterum injungendo, sub debito juramenti, quod ab ista re desistant, etc. Et tunc omnes baccalarii recesserunt. Post quorum recessum, conclusum extit[it] per omnes dominos presentes quod ex nunc interdicitur decano et ceteris dominis doctoribus presentibus et futuris et aliis quibuscumque, ne hec materia obmittendi rotuli aliquo unquam tempore ponatur in deliberacione; sed ut res erronea, que affert notam Facultati et procurare illius exterminium et auctoritatem [destruere] videtur, dampnetur et semper reprobetur, et hoc sub pena privacionis a regencia, si contrarium per aliquem factum erit; et insuper, quod de cetero non amplius audiantur ipsi baccalarii super hoc in collegio, neque per particulares dominos aut alios Facultatis officiarios, etc. In recessu autem baccalariorum, ultimum eorum verbum fuit, comminando Facultati, quod taliter facerent quod nullus ingrederetur examen licencie et quod ipsi unacum pluribus aliis baccalariis recederent Aurelianis pro licencia suscipienda, et hoc modo frustrarent Facultatem omni emolumento quod percipere solet, etc.

[12 Janvier.] Die veneris XII mensis Januarii, celebrantur missa et collegium Facultatis, et ibi presentes fuerunt domini (F° 13 r°) Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray, decanus. Et ibidem relatum extitit quod prefati baccalarii, de quibus sermo in proximo precedenti articulo, agebant monopolia et conjuracionem fecerant ad impediendum omnes baccalarios volentes ingredi examen licencie anni presentis. Conclusum extitit quod multitudini parcendum erat, et solum citarentur culpabiliores, qui autores erant hujus factionis, videlicet magistri Robertus La Longue, Bertrandus Soli[1], Johannes de La Planche et Theobaldus Marcel et Johannes Chardeti, compariturі

[1] Il renonça à ses études, si c'est bien le même personnage que signalent à diverses reprises les registres du Châtelet. Il était parent de Michel Soli ou Soly, procureur au Parlement, et il fut nommé, le 9 septembre 1493, tuteur de Jean Soli, le jeune fils de Michel. Bibl. nat. *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 199. Dans divers procès qu'il eut à soutenir, il est qualifié de «marchand bourgeois de Paris». *Ibid.*, pp. 202 et 339, à la date du 24 septembre 1493 et du 20 août 1500. Il n'était cependant pas resté sous le coup de la sentence prononcée par la Faculté le 17 février 1476. Cf. plus bas, p. 261-262.

coram Facultate sub debito juramenti, et hoc ad instanciam magistri Arnulphi Allof, promotoris Facultatis, qui contra eos proponeret articulos qui viderentur rei ipse (*sic*) convenire. Dictum tamen extitit quod, prinsquam citacio mandaretur execucioni, decanus faceret verbum super hiis dominis Johanni de Courcellis, Martino de Fraxinis, Stephano de Veteri Villa et Johanni Picart, tunc absentibus a collegio. Quibus omnia exposuit decanus, dempto de Fraxinis, qui infirmabatur; et omnes convenerunt cum sentencia collegii.

Die jovis decima octava Januarii, fuit missa et collegium Facultatis, et ibi interfuerunt domini Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Dictum extitit per aliquos ex dominis doctoribus quod autor, incitator et promotor predictarum conspiracionum per baccalarios contra Facultatem erat magister Robertus La Longue, et quod solus veniret puniendus, ut ceteris esset timori; quo quidem punito, ceteri ab inceptis desisterent. Quare conclusum extitit quod solus La Longue citaretur coram Facultate, sub debito juramenti, tamquam pacis turbator et conjuracionis inventor et solicitator, et articuli fierent qui per promotorem Facultatis contra ipsum proponerentur. [18 Janvier.]

Item luminare pro die Purificacionis Beate Marie[1] fiet in omnibus et per omnia sicut anno precedenti.

Fuit conclusum quod in articulis mittendis Rome pro gracia impetranda a summo Pontifice, quod Facultas possit singulis annis licenciam celebrare, addantur duo articuli : primus videlicet, quod nedum possit Facultas examinare baccalarios et celebrare licenciam semel singulis annis, sed quod possit pluries et quociens erunt baccalarii parati et digni licencia; secundus articulus fuit quod nullus baccalarius in hac Facultate Parisius possit alibi gradum licencie recipere, nisi petita et obtenta super hoc licencia ab ipsa Facultate, et hoc sub pena perjurii et suspensionis a gradu jam collato atque inhabilitacionis ad quoscumque alios grados acquirendos, et a quo perjurio non possit transgressor nisi per ipsum Romanum Pontificem aut decanum Facultatis de consensu Facultatis absolvi. Fuitque injunctum decano quod conficeret eosdem articulos et litteras similiter ad dominum Guillermum de Castilliono nomine Facultatis pro illorum expedicione.

Prefati duo articuli simul et littere commendaticie composita fuerunt; quos exhibuit decanus quatuor ex dominis qui singula visitarunt, et eisdem placuerunt.

Die vero sequenti, videlicet die sabbati XXI, dati sunt prefati articuli, obsignati et clausi sigillo ma(u)gno Facultatis, magistro Petro de Mota, cum litteris missivis; [21 Janvier.]

[1] Le 2 février.

et similiter datum est eidem unum scutum auri pro suis laboribus, ut fideliter omnia consignaret, etc.

[24 Janvier.] Die mercurii XXIII Januarii, celebrantur missa et collegium Facultatis, ubi adfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Fuit conclusum quod, die lune XII Februarii, domini aperient examen pro futura licencia; et fuit dictum quod daretur baccalariis pro ipso examine undecima causa, quibus fuit intimatum quod illam undecimam causam studerent, et quod loquerentur cum bidellis pro preparandis his que sunt necessaria pro ipso examine.

Item fuit mandatum et ordinatum bidellis quod publicent in scolis quod omnes baccalarii intersint misse et processioni in die Purificacionis apud Sanctum Johannem Jerosolimitanum, et quod quilibet baccalarius deferat capam, et persistant per totum servicium, sub debito juramenti et sub pena quatuor solidorum pro quolibet baccalario; et ita factum fuit.

[22 Janvier.] Item citatus fuerat magister Robertus La Longue XXII precedenti; qui tamen non comparuit. Ideo fuit ordinatum quod rursus citetur, et similiter quod citentur magistri Bertrandus Soli, Theobaldus Marcel, Arnulphus de Marchel, Johannes de La Planche, Johannes Chardeti et plures alii, etc. Qui quidem decem numero fuerunt citati ad diem jovis primam Februarii, comparituri personaliter coram Facultate post missam eadem die et sub pena perjurii.

[1er Février.] Die jovis prima Februarii, celebrantur missa et collegium Facultatis. Et ibi interfuerunt domini Johannes de Courcelles, Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Et ibi recitavit Claudius Poculot, subbidellus, quod vive vocis oraculo[1] citaverat prefatos baccalarios modo et forma sibi injunctis. Comparuerunt autem coram dicta Facultate magistri Robertus La Longue, Theobaldus Marcel, (F° 13 v°) Arnulphus de Marchel, Johannes de La Planche, Johannes Chardeti, Johannes Warin, Bertrandus Soli et Gaucherus Tetelli. Et fuit deliberatum quod pro hac prima vice non procedetur contra eos rigorose atque judicialiter, sed caritative moneantur ab hujusmodi conspiracionibus et monopoliis desistere, eisdem declarando perjurium quod incurrunt, etc. Quod si nolint hujusmodi monicionibus acquiescere, Facultas intendit juri(s)dice contra eos procedere, ut statuta Facultatis volunt. Quod et factum est. Eorum autem aliqui superbe ac cum

[1] Expression très usitée par la chancellerie romaine et qui rappelle les fonctions jadis exercées par A. de Cambray.

arrogancia non erubuerunt tacite hanc conjuracionem confiteri, dicentes quod nolebant in hac Universitate licenciari, sed ad alias transire Universitates. Quibus responsum extitit quod Facultas non intendit aut querit eos cogere ut intrent examen licencie, vel impedire quominus, servatis servandis et per eos adimpletis debite omnibus ad que tenentur juxta statuta Facultatis, ipsi vadant ad alias Universitates; sed solum intendit Facultas iniquitates eorum emendare, et impedire quod bonos viros et studiosos non avertant a via recta, et suo ductu atque exemplo omnia pervertant. Veniunt enim ipsi baccalarii sic conjurantes puniendi per Facultatem, tanquam eorum subditi et justiciarii, tam ex statuto Facultatis quam ex antiqua et hactenus observata consuetudine. Et ipsi offensas manifestas contra honorem Facultatis et quorumdam dominorum particularium commiserunt, de perjurio arguuntur, pecunias eciam grandes debent Facultati; super quibus omnibus astringuntur, suo juramento prestito in baccalariatu, coram eadem Facultate respondere. Quapropter eisdem fuit injunctum et preceptum, sub debito juramenti, quatenus in crastinum, die Purificacionis, compareant in ipsa Facultate, dicturi suam intencionem super monicionibus et hortacionibus sibi factis. Et nichilominus fuit dies citacionis predicte prorogata usque ad octavam diem Februarii sequentis, mandatumque extitit magistro Roberto du Gué, majori bidello, quod eos omnes de novo, in quantum opus esset, citaret sub pena perjurii et personaliter comparituros, etc. Quod fecit idem bidellus, etc.

Verum dictus magister Robertus La Longue fuit particulariter evocatus coram Facultate, et debite, more solito, judicialiter adjuratus dicere veritatem. Interrogatus super conspiracione predicta, deposuit se nunquam juramentum conspiracionis et monopolii prescriptorum fecisse, quod non intraret examen future licencie in hac Facultate Parisius, si rotulus fieret vocacionum in licencia, etc., licet, ut dicebat, bene voluisset quod non conficeretur rotulus, propter multas ineptas et pueriles raciones, quas tunc recitavit.

Illo die, supplicarunt admitti ad examen licencie magistri Daniel Ogerii, decanus ecclesie collegiate Sancti Simphoriani Remensis, Jacobus Vernoti, magister in artibus, et frater Stephanus Gerardi, ordinis Sancti Benedicti, Maleacensis diocesis; quorum visitatis cedulis voluminum, admissi fuerunt, juramentum solitum prestiterunt, et ipsis fuit injunctum quod infra octo dies proximos deferant suas ma(n)gnas cedulas ad singulos dominos doctores.

Eadem die, supplicavit dominus Nicolaus de Gruey pro mense rigoroso, incipiente a die sui recessus a villa Parisiensi, et pro mense gracioso, incipiente immediate post completum mensem rigorosum. Quod fuit ei per Facultatem concessum.

Die jovis VIII Februarii, fuit missa et collegium Facultatis, ubi comparuerunt [8 Février.]
domini Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus

Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray, decanus.

Ibidem comparente magistro Arnulpho Allof, promotore Facultatis, fecit evocari debite supranominatos baccalarios citatos; quibus non comparentibus et denuo mandato Facultatis evocatis et non comparentibus, peciit contumaciam contra ipsos, et ideo reputati sunt contumaces. Ac denuo fuit per Facultatem ordinatum, quod ipsi baccalarii ad instanciam promotoris citentur, comparituri coram Facultate personaliter sub pena perjurii et privacionis a Facultate et aliis penis, cum intimacione quod, si eciam non comparuerint, dicta Facultas procedet contra eos ut racionis fuerit et secundum statuta Facultatis predicte.

Illis diebus, emerat Facultas quasdam domos ruinosas, contiguas scolis Facultatis, ab ecclesia collegiata Beati Benedicti Parisiensis[1]; et quia notarii, qui litteras vendicionis confecerant, querebant pro illis magnas pecunias, fuit deputatus dominus Nicolaus de Gruci, quod cum ipsis de precio conveniret; quod effecit, etc.

Item, eadem die, comparuit in Facultate magister Arnulphus de Marchel post recessum promotoris et contumacia data contra eum et alios citatos. Cui dictum fuit quod esset conscius prescripte conjuracionis, et propterea intendebant domini cum justicia ipsum punire. Qui cum juramento negavit, et propterea sibi fuit citacio prorogata usque ad octavam. Et interim fiet informacio super veritate facti.

Eodem instanti quo domini surrexerant ut collegium egrederentur et jam major pars dominorum recesserat, supervenit magister Bertrandus Soli, petens causam sue citacionis et vocacionis ad Facultatem. Cui respondetur (*sic*) quod sero nimis et tarde venerat, eo quod quasi omnes domini recesserant, et similiter magister Arnulphus, promotor, ad instanciam cujus erat citatus. (F° 14 r°) Tamen quia comparuerat, licet data fuisset contra eum contumacia, domini assignabant sibi diem octavam ad comparendum ibidem, et si compareret tunc, domini laborarent apud Facultatem quod predicta contumacia adnullaretur. Et ideo injunxerunt ei, ut die xv Februarii compareret sub penis prioribus. Qui quidem Soli, arroganti animo atque indignanti spiritu in verba arrogancia et temeritate plena prorupit, que pro hominis honestate tacentur. Inter alia dixit se nichil habere cum Facultate, quod Facultas non erat judex ejus in hac aut quavis alia causa seu materia, nichil poterat de eo cognoscere neque eo invito de ipso quicquam ordinare; quod Facultatis jurisdictionem declinabat, et nichilominus a Facultate appellabat. Cui respondetur (*sic*) quod in gradu baccalariatus expresse juraverat personaliter coram Facultate comparere quociens citatus esset, solo

[1] Saint-Benoît-le-Bétourné.

eciam vive vocis oraculo, et ibidem respondere objectis juri stando; et coram eo fuit lectum juramentum de verbo ad verbum. Quare domini sue appellacioni, que a nullo erat gravamine, sed a sola citacione, tamquam frivole, non deferebant; et ordinaverunt domini quod per bidellum eodem momento citaretur, personaliter compariturus coram Facultate ad xv Februarii sub pena perjurii et privacionis, ut prius; quem tunc citavit magister Robertus du Gué, major bidellus.

Item eadem die, fuerat conclusum quod expensis Facultatis convocarentur domini et magistri Franciscus Halé, regius advocatus[1], Arturus de Vaudetar, Petrus Michon[2], advocati in curia Parlamenti, et Johannes de Vaudetar, advocatus in Castaleto, et Johannes le Moyne, procurator in Parlamento, pro habendo ab eis consilio, quibus viis aut mediis possint cum justicia impediri prefati baccalarii in predictis per eos temptatis monopoliis et conjuracionibus, quodque eciam in futurum obcludatur via baccalariis dicte Facultatis Parisius, quod sic passim et indifferenter transeant ad alias Universitates pro licencie gradu suscipiendo, ubi maxime omne tempus acquisierint in predicta Facultate Parisius, per hanc viam fraudatis doctoribus et legentibus suis juribus et laboribus ac emolumentis.

Die sabbati decima Februarii, convocati domini per cedulam apud domum domini Johannis de Courcellis; ibidem comparuerunt domini Johannes de Courcellis, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray; et una cum eis interfuerunt prefati magistri Franciscus Halé, Arturus de Vaudetar, Petrus Michon et Johannes le Moyne. Singulis autem predictorum consiliariorum dati sunt articuli et memorialia que super ipsa materia confecerat ex ordinacione Facultatis decanus, et per diem naturalem ante hanc congregacionem eisdem data sunt, quo melius rem ipsam rimarentur et viderent. Allegatis autem per eos hinc inde racionibus pro et contra, et multum bene disputata ac digesta materia, per eos fuit unanimiter conclusum quod domini doctores Facultatis poterant et debebant procedere contra suos citatos baccalarios, probacione prius habita super impositis sibi criminibus ad declaracionem perjurii, et similiter contra contumaces, atque eos privare fructu et honore suscepti gradus baccalariatus, et eos suspendere ad biennium vel quadriennium a suscepcione gradus licencie aut alterius gradus; et sentencia contra eos lata debebat in scolis et aliis publicari. Quibus sic peractis, debebat Facultas petere adjunctionem Universitatis, eo maxime quod conjuraciones dictorum baccalariorum poterant esse causa, quod aliarum Facultatum bacca- [10 Février.]

[1] François Hallé, chanoine et grand archidiacre de l'église de Paris, fut avocat du roi au Parlement de 1465 à 1482. Le 22 juillet 1482, il fut nommé archevêque de Narbonne et mourut à Paris le 23 février 1492. Sur les privilèges qu'il avait conservés au Parlement après 1482, cf. la délibération du Parlement du 27 juillet 1485 (Bibl. nat. *Franc.* 21364, fol. 490 v°). Voy. R. Delachenal, *Hist. des avocats du Parlement de Paris* (1300-1600), surtout p. 180, n. 1.

[2] Voy. Delachenal, ouvr. cité, pp. 86, n. 4, 147, 209, n. 1, etc.

larii possent insurgere adversus suos superiores; quo exemplo facile omnes studentes postponerent omnem discipline timorem, et sequeretur inde enervacio tocius studii; nam, obmittendo composicionem rotuli, laxatur severitas discipline.

Quibus precedentibus causis, quoniam Universitas Aurelianensis indirecte erat causa hujus conspiracionis, propterea quod passim et indif[f]erenter omnes baccalarios Facultatis Decretorum Parisius, doctos vel indoctos, non habentes medietatem temporis requisiti ad licenciam suscipiendam, ipsa Universitas Aurelianensis admittebat ad licenciam, absque exhibicione littere gradus baccalariatus et suarum cedularum sive voluminum, quod facere non debebat, etc.[1]; decrevit consilium illorum advocatorum, quod Facultas Decretorum Parisius capiat litteras casum novitatis continentes contra dictum studium Aurelianense, et contra baccalarios aliquos quos ferebatur ivisse Aurelianis pro licencia habenda, etc. Fuit ordinatum quod decanus conficeret articulos possessionum quas pretendebat Facultas, et illos exhiberet consilio sive predictis advocatis et Facultati. Quos postea composuit et exhibuit, et placuerunt, etc.

[12 Février.] Die lune XII Februarii, comparuerunt in camera examinis domini Johannes de Courcellis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et ibi, post recitacionem factam eorum que fuerunt conclusa, die sabbati precedenti, in domo domini Johannis de Courcellis, omnia grata fuerunt Facultati, et similiter articuli compositi pro impetracione litterarum regiarum, etc.

Eadem hora, accesserunt ad Facultatem magistri Robertus La Longue et Johannes Warin, qui cum maxima humilitate, ut videbatur, cum maxima cordis contri(c)tione, se excusarunt plurimum super his que sibi imponebantur pro facto conjuracionis baccalariorum; (F° 14 v°) pro qua re fuerant citati coram Facultate, petentes et humiliter supplicantes quatenus in quantum in aliquo culpabiles extitissent, cum aliis citatis conversando, eisdem offensam Facultas remitteret, misericordiam severitati preponendo. Domini autem videntes eorum ma(n)gnam contri(c)tionem, omnem injuriam atque offensam penitus remiserunt, ipsos hortando ut deinceps melius agerent. Et statim postea prefati La Longue et Warin cum grandi rubore et majori humilitate supplicarunt, quod domini dignarentur admittere ipsos ad examen licencie, offerentes se omnia subire quecumque de ipsis ordinaret Facultas, unum pre ceteris exorantes, quod si ipsos Facultas dignaretur admittere ad examen, non eos faceret deterioris condicionis aut sortis in rotulo conficiendo, propter dictas accusaciones contra ipsos factas super conjuracione predicta. Quibus ad partem retractis, permaxima fuit inter dominos altercacio

[1] Sur ces abus commis à l'Université d'Orléans, voy. entre autres Delachenal, ouvr. cité, pp. 12 et 14.

pro reiciendis ipsis vel recipiendis. Sed tandem prevaluit illorum sentencia, qui pro gracia et misericordia oppinabantur. Et propterea deputati fuerunt aliqui ex dominis pro examinacione suarum cedularum parvarum antequam admittantur ad predictum examen; quibus tamen dictum extitit, quod domini non erant injuriarum memores aut ultores, sed filios suos et alumpnos, quociens errassent et peniterent, pia mater Facultas solet in gremium suscipere clementer ac benigne tractare, etc. Ex quo gracias habuerunt ingentes Facultati. Supplicavit tunc magister Robertus La Longue quod responderet publice in scolis, et quoniam suus doctor alibi detinebatur impeditus, dedit sibi Facultas presidentem magistrum Andream Wasselin. Cui La Longue fuit injunctum quod suas conclusiones deferret certis deputatis dominis super hoc. Fuitque ita factum, etc.

Item eadem die, ferme hora nona ante meridiem, domini doctores procedentes suo ordine antiquitatis, precedentibus bidellis, intrarunt aulam examinis, in qua sedebant baccalarii presentati more solito, etc. Decanus confecit orationem hortatoriam, ut fieri solet, et postmodum exegit a singulis baccalariis juramentum consuetum, etc. Tandem decanus partitus est undecimam causam, et singulis baccalariis receptis ad examen distribuit porcionem tam textualem quam glosarum, super quibus habent conficere duas lectiones et ipsas recitare in presencia dominorum.

Fuit eisdem presentatis specialiter injunctum et preceptum, quod unusquisque ipsorum retineret semper, toto tempore examinis, illum eumdem locum, quem ista presenti die occupasset, sub pena arbitraria, etc. Quibus peractis, domini retraxerunt se in camera eorum, et postea ad propria quisque reversus est.

Eadem die et illo mane, exhibuit Facultati decanus copiam certe forme juramenti, quod de cetero tenerentur jurare omnes baccalarii in suscepcione gradus baccalariatus. Et dictum fuit quod per decanum dabitur copia illius singulis dominis doctoribus, ut com[m]odius super illo juramento, ampliando, minuendo, corrigendo vel immutando in totum vel in partem, domini possint mature deliberare, et quod per tres convocaciones fiendas per cedulam super illo deliberabitur, ut inde possit inter statuta inscribi et numerari, etc. Et composuit decanus cedulam propter hoc, quam bidellis consignavit, ut vocarentur domini ad diem jovis proximam, xv Februarii, specialiter pro hac re.

Supplicavit dominus Johannes Gressier quod Facultas sibi com[m]odato daret Decretales quasdam spectantes Facultati, que erant apud decanum. Quod sibi concessit Facultas, recepta per decanum ab eo littera obligatoria; quam obligacionem predictus Gressier tradidit, recepto libro Decretalium ab eodem decano.

Die jovis xv Februarii, fuit missa et collegium, ubi comparuerunt domini [1er Février.] Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Ste-

phanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray, convocati per cedulam et juramentum super forma condendi certi juramenti prestandi per baccalariandos.

Illo die, affuit magister Arnulphus Allof, promotor, Facultatis actor, petens contumaciam contra magistros Johannem de La Planche, Theobaldum Marcel, Bertrandum Soli et Johannem Chardeti, reos, absentes et inobedientes, etc. Contra alios vero citatos baccalarios non petebat, quia aut eorum aliqui intraverant viam ordinariam processus et cause, alii vero pro offensa debite satisfecerant. Ex adverso comparuit magister Gonsaldus Bourdier, se gerens procurator (*sic*) eorumdem de La Planche, Marcel, Soli et Chardeti; qui fidem fecit de procuratorio, petens admitti et audiri nomine eorum, quos affirmavit absentes esse a civitate Parisiensi et ivisse Aurelianis. In contrarium dixit promotor, quod jam bina vice fuerant contumaces; quod nichilominus tunc et nunc essent citati comparere personaliter et per(h)emptorie, cum intimacione quod, sive comparerent sive non, Facultas procederet ut esset procedendum, quodque ipsi, in suscepcione gradus baccalariatus, juraverant personaliter coram Facultate comparere, quociens per ipsam essent evocati; dicebat insuper quod se absentaverant predicti citati a civitate Parisiensi maliciose, ne ibidem comparerent, et quod non esset causa sufficiens aut excusacio, et minime debebant admitti per procuratorem; multisque aliis racionibus al[l]egatis per eumdem promotorem, peciit instanter sibi decerni contumaciam contra predictos reos et jus sibi fieri per Facultatem super his. Quos ambos (F° 15 r°) Facultas fecit retrahere ad partem, et deliberacione super hoc habita, ipsos promotorem et Bourdier Facultas revocavit; quibus presentibus, data est per Facultatem contumacia promotori contra dictos La Planche, Marcel, Soli et Chardeti, assignando eisdem diem sabbati XVII Februarii cum diebus sequentibus, ad audiendam ordinacionem Facultatis super his et conclusionibus petitis per promotorem contra predictos reos. Assignavit eciam locum apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum Parisius, in cappella Facultatis, et ad sentenciam dici, ferri et pronunciari videndum et audiendum et ut juris fuerit processurum. Ad que quidem respondit prefatus Bourdier, quod protestabatur se habere recursum ad superiorem ad quem posset et deberet, etc.

Eadem hora, fuit iterum lecta copia juramenti de quo supra prestandi per baccalarios novos, in quo fuit certa moderacio advisata. Cujus copia fuit distributa singulis dominis, ut iterum super illo maturius cogitarent et deliberarent. Et fuit ordinatum quod domini convocabuntur per cedulam et juramentum ad diem lune XIX Februarii.

Hoc die, iterum se presentarunt ad examen licencie magistri Robertus La Longue et Johannes Warin, humiliter petentes admitti. Quorum visitatis diligenter parvis cedulis, Facultas eos recepit. Et prestitis per eos solitis juramentis,

fuit ipsis injunctum per Facultatem quod deferrent suas magnas cedulas ad singulos dominos.

Ista die, fuerunt extracte ex capsa Facultatis due sentencie late alias per Facultatem contra aliquos graduatos, doctores, licenciatos et baccalarios ejusdem Facultatis.

Die sabbati xvii Februarii, comparentibus in cappella Facultatis, apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum, dominis Nicolao de Conty, Jacobo Aubry, Roberto Tullen, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, Johanne Gressier, Nicolao de Gruey et me Ambrosio de Cambray, representantibus Facultatem, ibidem comparuit magister Arnulphus Allof, promotor ejusdem Facultatis, qui peciit debita cum instancia conclusiones suas alias petitas contra magistros Johannem de La Planche, Theobaldum Marcel, Bertrandum Soli et Johannem Chardeti, reos et contumaces, sibi adjudicari, sententiamque et judicium super his per Facultatem pronunciari. Quas quidem conclusiones et peticiones rursum et de novo tunc refricavit. Quibus racionibus, allegacionibus et peticionibus dicti promotoris auditis, ordinavit Facultas quod vocarentur prefati rei in hostio cappelle predicte; quos appellavit trina vice bidellus Facultatis, et nemo ipsorum comparuit. Quapropter pro contumacibus ipsis reputatis, et contumacia contra ipsos data per os decani Facultatis, sentencia prolata est et pronunciata contra predictos de La Planche, Marcel, Soli et Chardeti, sub tenore qui sequitur : [17 février]

« In nomine Domini, amen. Nos, decanus et collegium venerande Facultatis Decretorum Parisius, judices in hac parte competentes, nomine ipsius Facultatis et pro ea visis et diligenter attentis omnibus que potuerunt et possunt animos nostros movere circa conclusiones petitas per venerabilem et discretum virum magistrum Arnoldum Allof, promotorem nostrum, actorem contra magistros Johannem de La Planche, Theobaldum Marcel, Bertrandum Soli et Johannem Chardeti, scolares et baccalarios in ipsa Facultate Decretorum Parisius, reos, vicibus iteratis debite citatos per(h)em[p]torie et personaliter coram nobis comparituros, sub penis perjurii et privacionis honorum, dignitatum et gradnum jam susceptorum et aliis penis, habita super his diligenti et matura deliberacione, ac de peritorum consilio, pro tribunali sedentes, et Deum solum pre oc(c)ulis habentes, eosdem de La Planche, Marcel, Soli et Chardeti coram nobis non comparentes, (et) eorum quemlibet reputavimus et reputamus contumaces, ipsosque ac eorum singulos esse transgressores statutorum Facultatis, violatores pacis, et unitatis scolarium perturbatores reosque perjurii ac perjurium incurrisse declaravimus et declaramus. Ac insuper, eosdem de La Planche, Marcel, Soli et Chardeti ac eorum quemlibet honore, fructu effectuque suscepti per eos gradus baccalariatus in ipsa Facultate nostra Decretorum privavimus et privamus, et ad suscipiendum licencie gradum in jure canonico in nostra Facultate Parisius et

quibusvis aliis Studiis et Universitatibus usque ad quadriennium suspendimus et inhabiles declaravimus et declaramus, salvis tamen modificacione, gracia et dispensacione super his predicte Facultatis, cum ea tamen condicione, quod nullatenus aliquid de predictis poterit immutari, nisi prius trina speciali per cedulam convocacione collegialiter facta omnium et singulorum dominorum doctorum ipsius Facultatis regencium; eosdem reos in expensis hujus cause condempnando, per nostram quam in his scriptis ferimus sentenciam, pronunciamus et judicamus. Actum et datum Parisius, in nostra congregacione generali propter hoc apud ecclesiam Beati Johannis Baptiste, ordinis Jherosolimitani, solemniter celebrata, die sabbati decima septima mensis Februarii, anni Domini millesimi quadringentesimi septuagesimi quinti, regnante gloriosissimo ac invictissimo principe nostro domino Ludovico undecimo, Francorum rege christianissimo, et sui principatus anno decimo quinto; presidente vero sancte Romane et universali Ecclesie catholice sanctissimo in Christo patre et domino domino (F° 15 v°) Sixto divina providencia papa quarto, pontificatus sui anno quarto. »

De qua quidem sentencia fuit petitum instrumentum et confectum, petente promotore predicto.

Eadem die, post prandium, hora tercia, comparuerunt collegialiter, in domo domini Johannis de Courcellis, domini qui secuntur, videlicet domini Johannes de Courcellis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Ibidem visa est copia litterarum regiarum in casu novitatis impetrandarum contra prefatos quatuor scolares baccalarios privatos et contra Universitatem Aurelianensem, et bene examinata per magistrum Arturum de Vaudetar et Petrum Michon, advocatos in curia Parlamenti solempnes et famosos, et fuit emendata et correcta in formaque redacta qua debet impetrari.

Eadem die, fuit conclusum ex deliberacione eciam predictorum advocatorum, quod, pro magnificanda et extollenda auctoritate Facultatis proque timore incuciendo ceteris scolaribus, omnes domini doctores Facultatis comparerent die lune XIX Februarii apud scolas majores cum cappis, bidellus major et minor cum cappa et epitogio baculisque argenteis, omnesque alii bidelli particulares doctorum cum virgis ligneis, inter horam VII et VIII, durante ordinario, et in presencia omnium ibi as[s]istencium scolarium et legentis, publicetur sentencia lata contra predictos quatuor baccalarios.

Fuit eciam ordinatum quod, publicacione facta dicte sentencie, cop(p)ia illius, cujus tenor preinscribitur, affigatur valvis scolarum, Palacii regii et ecclesiarum Parisiensis, Sancte Genovefe, Sancti Mathurini et Sancti Johannis Jherosolimitani Parisius.

Conclusum fuit quod, expeditis per decanum litteris regiis de quibus supra in

casu novitatis, etc., mittatur hostiarius requestarum domus regis, Petrus Labbé, servitor dicti decani, quo fidelius et diligencius illas juxta ipsarum tenorem exequatur.

Fuit ordinatum quod Claudius Poculot, subbidellus Facultatis, ibi[t] tamquam procurator Facultatis cum predicto Petro Labbé, ut litterarum execucionem petat. Et ibidem coram duobus notariis regiis fuit ordinatus procurator ipse Poculot cum aliis, etc.

Injunctum fuit decano quod conficeret memorialia et instructiones pro dirigendis dictis Labbé et Poculot Aurelianis et pro exequendis litteris regiis in casu novitatis; qui confecit, etc.

Illo eodem die, fuit ordinatum et conclusum, nemine discrepante, quod de cetero conservabuntur peccunie Facultatis a receptore sive thesaurario, per quem distribuentur hoc modo, videlicet quod conficientur merelli plumbei, ex quibus merellis distribuetur singulis dominis qui intererunt misse Facultatis, congregacioni Universitatis et missis Universitatis, pro quolibet actu unus merellus; illis vero qui intererunt misse Facultatis et collegio postea celebrato, in quo opinionem suam dederint super re aliqua et non alias, dabuntur duo merelli, videlicet pro missa unus, et pro collegio unus. Si vero interfuerint unacum predictis examini baccalarii vel baccalariorum, distribuetur ultra merellus unus. Et sic pro missa merellus unus, pro collegio merellus unus, et pro examine baccalariorum merellus unus. Illis vero qui intererunt processioni Universitatis, distribuentur merelli duo. Hos vero merellos conservabit thesaurarius. In fine vero trium mensium, quilibet dominorum restituet suos merellos in plena Facultate, et juxta quantitatem merellorum et summam peccunie, fiet justa distribucio, videlicet plus vel minus, secundum quod plus vel minus fuerint lucrati predicti domini, servato, circa hanc particionem et distribucionem peccuniarum et valorem merellorum, ordine qui servatur in ecclesia Parisiensi in simili actu, etc.

Die lune XIX Februarii, convenerunt omnes domini doctores regentes in camera examinis, hora septima de mane. Qui quidem collegialiter ordine sue promocionis procedentes bini et bini, cum cappis et insignis doctoralibus, ab eadem camera, precedentibus immediate majori bidello cum cappa aperta et subbidello cum epitogio foderatis, tenentibus quidem suas massas sive virgas argenteas, et ante eosdem bidellos existentibus omnibus particularium dominorum bidellis, cum virgis ligneis, introierunt majores scolas Facultatis eo tempore quo primus legens adhuc lectionem ordinariam expediebat; et sederunt domini in banc(e)o suo solito, ex opposito cathedre legentis. Quamprimum autem prefati domini advenerunt, descendit primus legens et sedit in solita buncha. Statim autem postea, decanus Facultatis tradidit magistro Florido Arnaldi, notario publico, sentenciam latam contra predictos quatuor baccalarios, que in forma debita, et omni processu

19 Février

in ipsa narrato, fuerat expedita, signata manu notarii publici et in presencia testium, sigillataque magno sigillo Facultatis, ut illam sentenciam sive instrumentum sentencie predictus Floridus ibidem publice legeret et publicaret pro hoc decano et Facultate instantibus, etc. Quam quidem ipse Floridus alta et intelligibili voce de verbo ad verbum legit et publicavit, cum maximo omnium silencio et attencione, presentibus ibidem multitudine copiosa virorum notabilium, tam ecclesiasticorum secularium quam regularium diversorum Ordinum, quam eciam laicorum, qui ibi pro lectione ordinaria convenerant. De qua quidem lectura et publicacione decanus Facultatis alta et intelligibili voce peciit, nomine suo et Facultatis, confici instrumentum a notario publico in presencia plurimorum. Quod quidem instrumentum publicacionis inscribitur dorso dicte sentencie.

Domini vero doctores qui huic actui intervenerunt, fuerunt domini Johannes de Courcellis, consiliarius regis in curia suppréma Parlamenti, Martinus de Fraxinis, canonicus Parisiensis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, conservator privilegiorum Universitatis Parisiensis, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, consiliarius regis in Curia Parlamenti, Johannes du Pleis, canonicus et succentor ecclesie Parisiensis, Johannes Picart, consiliarius in curia Parlamenti, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, cancellarius (F° 16 r°) ecclesie Noviomensis, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray, decanus, magister requestarum ordinarius domus regis christianissimi atque gloriosissimi Ludovici hujus nominis XI.

In presencia autem omnium predictorum doctorum, legentis, scolarium, bidellorum et aliarum personarum, fuit affixa valvis scolarum majorum Facultatis, cum colla tenaci, copia sentencie late contra predictos quatuor baccalarios, etc. In calce vero sive pede copie predicte erat suscriptum grossissima littera quod sequitur : Hic declarantur perjuri magistri Johannes de La Planche, Theobaldus Marcel, Bertrandus Soli et Johannes Chardeti; privanturque honore, fructu et effectu suscepti per eos gradus baccalariatus in jure canonico, et suspenduntur a suscipiendo gradu licencie usque ad quadriennium. Subsignata autem erat predicta copia manu notarii publici, et sigillata sigillo decani Facultatis, etc. Similiter autem copia fut apposita valvis Pallacii regii ecclesiarumque majoris Parisiensis, Sancte Genovefe, Sancti Johannis Lateranensis et Sancti Mathurini Parisiensis.

In eadem camera examinis fuit lecta copia juramenti, quod visum est expedire ut de cetero baccalariandi jurent; et visa fuit ac diligenti examine correcta sub certa forma que placuit, etc.

Illico peractis predictis omnibus, recesserunt, ut Aureleanis proficiscantur, Claudius Poculot, procurator Facultatis, et Petrus Labbé, hostiarius et executor litterarum regiarum in casu novitatis, cum bonis litteris regiis, instructionibus, litteris commendaticiis, quo favorem adinveniant, et cum bona quantitate

pec(c)uniarum, ut singulis recte prouideant. Fuitque eisdem injunctum, quod pec(c)uniis nullo modo parceant, modo bene laboraverint juxta intencionem Facultatis, etc.

Item date fuerunt predicto Poculot due copie similes in omnibus illis que fuerunt affixe valvis scolarum et aliorum locorum, hoc adjecto, quod publicacio facta die lune XIX Februarii ibidem inserebatur. Et erat in pede subscripcio similis in grossa littera, etc. Et fuit ordinatum dicto Poculot quod illas affigeret valvis ecclesiarum Sancte Crucis cathedralis et Beate Marie Boni Nuncii Aurelianis [1].

Die mercurii XXI Februarii, dominis doctoribus Martino de Fraxinis, Nicolao de Conty, Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Johanne Gressier, Nicolao de Grucy et me Ambrosio de Cambray apud cameram examinis comparentibus, supplicavit humiliter admitti ad examen licencie magister Vincencius Veranneman, magister in artibus et baccalarius in Decretis Parisius. Cujus visitatis cedulis, fuit sibi injunctum quod infra tres dies deferat singulis dominis doctoribus suas ma(n)gnas cedulas, ut est consuetum. [21 Février.]

Die veneris XXIII Februarii, fuit missa et collegium, et ibi comparuerunt domini Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [23 Février.]

Die veneris XXIII Februarii, comparuerunt in camera examinis domini Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et ibi supplicavit admitti ad examen licencie magister Petrus de Ruella, magister in artibus et baccalarius in jure canonico Parisius, qui exhibuit suas parvas cedulas, et per deputatos fuerunt visitate. Eidem autem de Ruella fuit injunctum quod infra diem lune proximam suas portaverit ma(n)gnas cedulas ad omnes dominos doctores in forma consueta.

Die dominico XXV Februarii, recepit litteras missivas decanus Facultatis a Petro Labbé, hostiario, et Claudio Poculot, quod littere regie in casu novitatis, pro quarum execucione transierant Aureleanis, fuerant debite execucioni demandate juxta ipsarum tenorem et memorialia ipsis data contra scolasticum ecclesie Aurelianensis, rectorem et doctores Universitatis Aurelianensis, et contra magistros [25 Février.]

[1] Notre-Dame de Bonne-Nouvelle d'Orléans.

Johannem de La Planche, Theobaldum Marcel, Johannem Chardeti et Bertrandum Soli; qui quidem omnes, excepto scolastico, execucioni litterarum se opposuerunt. Et eis fuit assignata dies ad VIII Marcii sequentem coram magistris requestarum Palacii. Super autem sequestracione rei querelate et furnimento querel(l)e appellarunt ad curiam Parlamenti. Que quidem omnia communicata sunt pluribus ex dominis et aliquibus viris consularibus. Et illico eodem die confecte sunt littere regie et sigillate pro furnimento querel(l)e, non obstantibus dicta appellacione et quibuscumque aliis opposicionibus et appellacionibus factis et fiendis. Et illa eadem die, misse fuerunt Aurelcanis per servientem regium et proprium, ut illas execucioni demandaret antequam predicti appellantes relevent suam appellacionem, etc.

[26 Février.] Die lune XXVI Februarii, comparuerunt in camera examinis domini Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et ibidem denuo supplicarunt magistri Vincencius Veranneman et Petrus de Ruella pro intrando examine licencie; quorum cedule fuerant visitate, et ipsi suas ma(n)gnas cedulas ad dominos doctores portaverant. Quapropter fuerunt admissi ad examen et solita juramenta prestiterunt. Et cuilibet ipsorum fuit per decanum assignata porcio textus et glosarum pro lectionibus suis componendis, postea recitandis coram dominis doctoribus, etc.

Eadem die, supplicavit magister Johannes de Pabren quod in examine licencie reciperetur. Cujus tunc visitatis cedulis parvis, (F° 16 v°) fuit dictum eidem quod deferret suas ma(n)gnas cedulas singulis dominis doctoribus infra triduum, et postea rediret et refricaret de novo suam supplicacionem, et tunc daretur sibi responsum.

[1er Mars.] Die veneris prima Marcii, [fuit] missa et collegium, ubi comparuerunt domini Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray. Et ibi retulit decanus quod redierant de Aurelcanis Claudius Poculot, bidellus, et Petrus Labbé, hostiarius, similiter et alius serviens, qui litteras regias furnimenti querel(l)e et rei querelate mandaverat execucioni; et quod, his non obstantibus, appellaverant illi de Universitate Aurelianensi et quatuor baccalarii privati, etc.

Propterea conclusum extitit quod porrigatur supplicacio curie Parlamenti nomine Facultatis, narracione facta de premissis litteris regiis execucioni demandatis atque appellacionibus interjectis et anticipacione habita per dictam Facultatem execucioni demandata (*sic*) contra appellantes, quod in prejudicium dictarum appellacionum et processus pendentis in dicta curia Parlamenti nichil at-

temptetur per scolasticum ecclesie, rectorem, doctores et procuratorem generalem Universitatis, et eciam per illos quatuor baccalarios privatos, sub gravissimis penis, etc.

Et insuper, fuit conclusum quod privacio illorum quatuor baccalariorum publicabitur in pluribus locis communibus Parisius et Aurelcanis, quodque fient littere nomine Facultatis hortatorie ad Universitates Aurelianensem, Bituricensem, Pictavensem et Andegavensem, quod non admittant ad licenciam quatuor baccalarios privatos, Johannem de La Planche, Theobaldum Marcel, Bertrandum Soli et Johannem Chardeti, sed eos repellant a suo consorcio et studio, quemadmodum ipsa Facultas in simili casu pro ipsis Universitatibus faceret, etc. Quod quidem factum est.

Die hunc quarta Marcii, fuit porrecta supplicacio curie Parlamenti, de qua supra in anteproximo articulo, confecta quidem in amplissima forma, sol[l]icitataque fuit illius expedicio vehementi cura. Et tandem fuit responsum per eamdem curiam, quod inhibiciones fient scolastico ecclesie, rectori et doctoribus Universitatis Aurelianensis, ne recipiant predictos La Planche, Marcel, Soli et Chardeti ad examen licencie, et eidem scolastico, ne admitteret eos ad licencie gradum, et similiter ipsis quatuor baccalariis privatis, ne procederent ulterius in dicta Universitate Aurelianensi pro gradu licencie in jure canonico suscipiendo, sub penis centum marcharum auri et perdicionis cause, etc. In crastinum vero fuerunt littere regie patentes expedite et sigillate super dicta supplicacione concessa, etc. (4 Mars.)

Hac die, fuit accusatus magister Johannes Courtin, baccalarius in jure canonico, per alterum dominorum, quod multa dixisset in collegio Cameracensi, sustinendo factum quatuor baccalariorum privatorum, accusando Facultatem et multa obloquendo de eadem. Quare fuit ordinatum quod citaretur ad diem mercurii vi Marcii, compariturus personaliter coram Facultate, etc.

Die mercurii sexta Marcii, celebratur missa et collegium Facultatis, ubi interfuerunt domini Nicolaus de Conti, Jacobus Aubri, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray. Et ibidem comparuit magister Johannes Courtin citatus, qui super sibi impositis examinatus extitit. Et tandem fuit compertum quod non esset culpabilis in aliquo, sed fuisset accusatus per invidiam et falso. (6 Mars.)

Fuit conclusum quod, [die] veneris proxima, in congregacione Universitatis petetur nomine Facultatis adjunctio contra Universitatem Aurelianensem et quatuor baccalarios privatos, et multa dicantur advisata in favorem Facultatis et contra Studium Aurelianense et quatuor privatos baccalarios.

Eadem die, de novo supplicavit admitti ad examen licencie magister Johannes de Pabren; qui, post varias hinc inde raciones propositas, fuit admissus, et per

decanum porcio textus et glosarum extitit assignata, pro conficiendis suis lectionibus coram dominis doctoribus, more solito, et prestitit juramenta consueta.

Hoc die, recesserunt Henricus Beauclerc, hostiarius curie Parlamenti, et Claudius Poculot, procurator Facultatis, cum litteris patentibus curie Parlamenti et inhibitoriis contra Universitatem Aurelianensem, scolasticum ecclesie Aurelianensis et quatuor baccalarios privatos, ut Aurelcanis mandarentur execucioni debite juxta ipsarum tenorem.

[8 Mars.] Die veneris VIII Marcii, in congregacione Universitatis, supplicavit decanus Facultatis pro adjunctione Universitatis contra Universitatem Aurelianensem et contra quatuor baccalarios privatos; que fuit concessa conformiter ad supplicacionem factam.

[11 Mars.] Die lune XI Marcii, illi de Universitate Aurelianensi fecerunt certas litteras regias per eos Turonis in cancellaria impetratas exequi contra Facultatem; per quas concedebatur doctoribus et scolastico Aurelianensi et quatuor baccalariis privatis adjornamentum in causa appellacionis per eos interjecte ab execucione litterarum secundarum impetratarum per Facultatem super furnimento querel(l)e et sequestracione rei querelate, non obstante prima eorum appellacione, etc.; et quod intimaretur Facultas, etc. Insuper, concedebatur doctoribus et scolastico Aurelianensi, quod, pendente causa appellacionis et sine ipsius prejudicio, ipsi per modum provisionis possent licenciare quatuor baccalarios privatos, et ipsi quatuor privati possent similiter gradum ab eis recipere. Que quidem fuerunt execucioni mandata ad personam decani; qui, licet respondisset executori quod ipse esset unicum membrum Facultatis, et quod veniret die jovis proxima apud Sanctum Johannem Lateranensem de mane hora VIII, et ibi reperiret Facultatem, peciit tamen tanquam privata persona et membrum particulare Facultatis copiam litterarum regiarum et relacionis hostiarii, quam infra duas horas habuit. Et eodem die, convocavit decanus quosdam de dominis Facultatis apud domum decani; quibus communicata materia satis ad longum, fuit conclusum quod in crastinum convocabuntur quatuor advocati solemnes cum procuratore Facultatis, ut super his consulant quid sit agendum. Et fuit dictum quod decanus (F° 17 r°) Facultatis conficiet articulos, super quibus deliberare habebit consilium Facultatis, etc.

[12 Mars.] Die martis XII Marcii, comparuerunt in camera magistri requestarum domus regis, apud regium Palacium, domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray, convocatis secum magistris Francisco Halé, regio advocato, Arturo de Vaudetar, Petro de Braban[1] et Petro

[1] Ou de Bréban. Voy. Delachenal, ouvr. cité, p. 5, n. 3.

Michon, advocatis in curia Parlamenti, et Johanne le Moyne, procuratore Facultatis. Et ibi narracione facta litterarum impetratarum per Facultatem, eciam appellacionum interjectarum per illos de Aurelianis et quatuor baccalarios privatos, similiter et de provisione data Facultati per curiam Parlamenti, item et de impetracione facta per Aurelianenses et quatuor privatos, de qua mencio habetur in proximo precedenti articulo; considerato hoc maxime, quod illi Aurelianenses suas novissimas litteras regias impetraverant post datam litterarum provisionis facte Facultati per curiam Parlamenti contra eos Aurelianenses, et quod in illis nullam fecerant de dicta provisione curie Parlamenti mencionem; post longam agitacionem et varias o(p)piniones et pene contrarias, tandem unanimiter conclusum extitit, quod materia debet per Facultatem viriliter prosequi contra Universitatem Aurelianensem et quatuor privatos; et quod debet instari pro audiencia ad diem jovis proximam, ut super omnibus, maxime super litteris novissimis predictis impetratis per Aurelianenses et privatos, habeatur bona provisio, etc. Fuit dictum quod decanus conficiat memorialia bene ad longum, super quibus placitabitur causa appellacionis.

Confecit decanus memorialia predicta, non sine maximis laboribus et vigiliis, et illa dedit magistro Petro Michon, advocato, qui onus habuit placitandi causam; dedit autem die mercurii, hora VI de mane.

Die jovis XIII Marcii, fuit missa et collegium, ubi comparuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et Johannes Gressier, absente decano, impedito in camera Parlamenti cum domino Johanne de Courcellis, pro audiencia habenda illa die, etc. 14 Mars.

Eadem die, in camera consilii Parlamenti fuit ma(n)gna concurrencia dominorum, qui vehementer instabant pro audiencia habenda illa die. Sed obtinuerunt domini Johannes de Courcellis et Cambray, quod Facultati daretur prima audiencia; et statim post, pulsata hora VIII vocatisque advocatis, data fuit audiencia per dominum Johannem le Boulengier [1], militem et primum presidentem, Facultati Decretorum. Et quia Universitas Aureliancnsis et quatuor baccalarii privati erant appellantes, ipsi primo dixerunt causas sue appellacionis et gravamina declararunt, etc. Et patrocinatus est pro Universitate Aurelianensi magister Theobaldus Artault, famosus advocatus [2]; pro quatuor autem privatis baccalariis dixit multum graviter magister Johannes de Nanterre, doctus vir et

[1] Jean le Boulenger avait été reçu en l'office de président le 8 décembre 1471. Il mourut le 24 février 1481. Bibl. nat. *Franç.* 32987, p. 30. Sur le règlement de sa succession, qui donna lieu à des difficultés entre sa veuve Marie Chevalier et son fils Michel, voy. un arrêt du Parlement du 5 septembre 1488 (*Franç.* 21364, fol. 609).

[2] Sur Thibaut Artaud, qui fut avocat pensionnaire du comte d'Angoulême, voy. Delachenal, surtout pp. 139, n. 3, 253, 273, 429, 434, 437, 451. Il avait plaidé en 1470 pour l'Université de Bourges contre l'Université de Paris et, en 1490, il prendra la parole au nom de l'ordre des avocats du Parlement de Paris.

audax[1]. Quibus omnibus egregie, magnifice doctissimeque ac facete respondit magister Petrus Michon, tam nomine Facultatis quam et Universitatis Parisiensis adjuncte Facultati. Cui Michon assistebant advocati magistri Gerardus le Coq[2], Arturus de Vandetar, Petrus de Braban et procurator magister Johannes le Moyne; et de dominis doctoribus astiterunt domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Johannes Gressier et Ambrosius de Cambray. Duravit autem placitacio hinc inde toto mane, neque de alia materia fuit locutum. Et tandem, auditis racionibus parcium et placitacione, fuit appunctuatum per curiam Parlamenti, quod partes producent apud curiam quicquid voluerint quamcicius, et manu brevi expedientur, etc.[3].

[15 Mars.] Die veneris xv Marcii, magister Petrus Michon, advocatus, et Ambrosius de Cambray, decanus, fuerunt mane et vesperi in camera greffarii ad corrigendam placitacionem factam die precedenti per eumdem Michon.

[15 et 17 Mars.] Die sabbati xv et dominica xvii Marcii, domini Robertus Tulleu, Johannes Gressier et Ambrosius de Cambray quesiverunt in libris registrorum et statutorum et similiter in capsa Facultatis quecumque viderunt et judicarunt posse inservire sue intencioni et materie placitate, etc. Reposuerunt autem ad partem aliquas sentencias, statuta et alia hujusmodi, etc.

[18 Mars.] Die lune xviii Marcii, fuerunt facta vidimus de predictis sentenciis, statutis et aliis inservientibus negocio; omniaque redacta sunt in forma autentica, que facerent fidem in judicio, etc.

Illis diebus, Studium Aurelianense habuit plures favores, eo quod fere omnes presidentes, consiliarii et advocati curie Parlamenti fuerant studentes Aurelcanis. Pro parte eciam Facultatis Decretorum Parisius facte sunt exactissime diligencie apud omnes de Parlamento, et fuerunt quasi singuli informati tam verbo quam scripto super justicia Facultatis et iniquitate baccalariorum privatorum, ac errore et abusu Studii Aurelianensis. Et actum est taliter quod dominus de Gaucourt, locumtenens generalis regius in civitate Parisiensi et Insula Francie, vir quidem magne virtutis, doctrine atque prudencie, bina vice adiit curiam Parlamenti, et concionatus est, atque declaravit luculenter curie Parlamenti quantum prejudicium fieret, nedum Facultati Decretorum Parisius, sed toti Universitati atque rei publice regni, si favor daretur illis quatuor privatis, etc.[4].

[1] Cf. Delachenal, pp. 273 et 450.

[2] Il figure déjà sur la liste dressée par le greffier en 1436. *Ibid.*, p. 134, n. 1.

[3] On trouvera cet arrêt (Arch. nat. X[1a] 4817, fol. 144 v°) à la fin du présent volume.

[4] La Faculté de Décret aura bientôt l'occasion de se souvenir de la protection que Charles de Gaucourt lui accorda en cette circonstance. Voy. plus loin, à la date du 27 mai 1476, la requête de ce personnage relative à son fils Louis.

Die martis XIX Marcii, decanus portavit in camera Parlamenti saccum cum litteris et aliis munimentis, que Facultas producebat eciam cum placitacione, etc. Et multa bona ac bene inserviencia negocio fuerunt producta. [19 Mars.]

Illo eodem mane, fuit visitatus saccus ille per dominos Parlamenti, et similiter ea que pro parte adversa fuerant producta. Sed tunc non potuit res expediri, propter brevitatem temporis et horam supervenientem pro placitacionibus.

Die mercurii XX Marcii, summo mane, fuit in Palacio decanus Facultatis, sol[l]icitans expedicionem predicti processus, et singulos dominos presidentes et consiliarios verbo et brevi scripto informans super negocio. Illo autem mane, fuit ordinatum per curiam Parlamenti et per arrestum, quod quatuor baccalarii privati predicti non licenciabuntur per doctores aut scolasticum Aurelianensem, quousque per curiam predictam esset aliter ordinatum, et producerent partes hinc inde infra quindecim dies, quibus tunc fiet amplior justicia, etc., prout in arresto quod est in capsa Facultatis lacius continetur, cum (F° 17 v°) inhibicionibus gravissimis ne per alteram parcium quicquam fieret in contrarium, et sub grandibus penis; in hoc arresto ostendens clarissime dicta curia, quod plus proficit apud eam vigor justicie et zelus honestatis quam favor et impressio quorumdam aluinpnorum Studii Aurelianensis, etc.; et eciam ex hoc secuto arresto clare datur intelligi, quod plus satis justicie et equitatis continebat sentencia privacionis quatuor baccalariorum quam injusticie. Pronunciatum autem fuit arrestum istud illo eodem mane, procuratoribus parcium vocatis. [20 Mars.]

Eadem die mercurii XX Marcii, fuit missa et collegium, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et Johannes Gressier, absente decano, stante in Palacio regio pro expedicione cause predicte contra Studium Aurelianense et quatuor baccalarios privatos.

Eadem die, convocavit dominos doctores decanus Facultatis apud domum domini Johannis de Courcellis; et ibi convenerunt domini Johannes de Courcellis, Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Robertus Tulleu, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et Ambrosius de Cambray. Et ibi domini invicem congratulati sunt cum maxima animi leticia de arresto et bona justicia reportatis a curia Parlamenti per Facultatem. Fuitque conclusum quod omnino prosequatur Facultas expedicionem cause contra Aurelianenses, et maxime quod reformentur evidentes eorum abusus, qui neminem a licencia repellunt, doctos et indoctos, eciam illos qui ante trimestre in alia Universitate receperunt gradum baccalariatus.

Fuit eciam conclusum quod domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et Ambrosius de Cambray adirent dominum de Gaucourt, eidem nomine

Facultatis regraciando pro laboribus per eum susceptis et sol[l]icitacionibus factis apud curiam Parlamenti pro facto Facultatis. Et ita factum est, etc.

Eodem die et in domo domini Johannis de Courcellis, presentavit se ad examen licencie magister Arnulphus de Marchel, et exhibuit suas parvas cedulas per manum magistri Roberti du Gué, bidelli majoris. Quibus visitatis, fuit [injunctum] eidem de Marchel quod deferret suas magnas cedul(l)as singulis dominis doctoribus infra diem lune proximam, et illo die lune reverteretur supplicaturus de novo, et sibi dabitur reponsio.

[22 Mars.] Die veneris xxii Marcii, recessit Claudius Poculot, subbidellus et procurator Facultatis, ivitque Aurelianis, cum litteris patentibus arresti curie Parlamenti, ut mandari faceret execucioni predictum arrestum contra scolasticum, doctores regentes Aurelianenses, et contra quatuor baccalarios privatos, etc. Quod bene ac prudenter effecit.

[23 Mars.] Item, die sabbati xxiii Marcii, plures consanguinei et amici illorum quatuor baccalariorum privatorum, videlicet Johannis de la Planche, Theobaldi Marcel, Johannis Chardeti et Bertrandi Soli, venerunt ad decanum Facultatis in domo sue habitacionis, petentes cum maxima humilitate et instancia, quod vellet procurare reconciliacionem illorum quatuor privatorum apud Facultatem. Quibus respondit decanus quod, licet iniquitas illorum privatorum et obstinacio grandis fuerit contra Universitatem Parisiensem et maxime contra Facultatem Decretorum, ita ut omnem penam mereantur, tamen pro parte sua paratus erat procurare illud apud Facultatem, eorum conciliacionem. Et eis dixit, eos consulendo, quod aliqui eorum vadant Aureleanis, et ipsos reducant, et sperat quod, ubi se humiliaverint, sicut decet, Facultas eos suscipiet benigne. Quo quidem die aliqui iverunt Aureleanis, et secum reduxerunt Theobaldum Marcel et Bertrandum Soli; aliquot autem postea diebus, venerunt Johannes de La Planche et Johannes Chardeti.

[28 Mars.] Die jovis xxviii Marcii, celebrantur missa et collegium, decano absente et infirmo pro nimiis laboribus sumptis in rebus Facultatis, presidente domino Stephano de Veteri Villa, substituto decani, presentibusque ibidem dominis Nicolao de Conty, Jacobo Aubry, Johanne du Pleis et Johanne Gressier. Ibidem supplicavit pro examine licencie magister Arnulphus [de] Marchel, qui fuit admissus; eidem per decanum porcio textus et glosarum assignata fuit, et prestitit solita juramenta.

Diebus ferme sequentibus usque ad diem mercurii terciam Aprilis, fuerunt in continuis sol[l]icitacionibus, tam per se quam per amicos, prefati Marcel et Soli, presentes, et similiter amici de La Planche et Chardeti, absencium, pro sua re-

consiliacione (*sic*) apud Facultatem; visitabantque singulos dominos, offerentes omnem penitenciam portare, et se submittebant totali disposicioni Facultatis, palam suum erratum et iniquitatem confitentes; fueruntque quamplures de majoribus curie Parlamenti, presidentibus et consiliariis, ac eciam quidem prelati, qui pro hac misericordia et gracia fienda baccalariis privatis per Facultatem pluries insteterunt et affectuose precati sunt quasi singulos dominorum doctorum verbo vel scripto, ita ut vix posset precibus tantorum patrum quisquam contradicere.

Interim communicarunt domini doctores invicem super hoc in domo decani pluries, non tamen per modum collegii. Et omnibus recte digestis, visa humilitate illorum baccalariorum, attentis precibus tantorum dominorum, volentes domini misericordiam preferre rigori, illis maxime qui alumpni ac filii fuerant Facultatis, constituerunt apud se donare veniam predictis baccalariis privatis, eosque suscipere certis modis et condicionibus in gremio Facultatis et ad examen licencie proxime future, si in eis signa noscerentur vere penitencie, contri(e)cionis et humilitatis.

Die mercurii tercia Aprilis, fuit missa et collegium, et ibi interfuerunt domini [3 Avril.] Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray.

Ista die, in camera examinis affuit magister Theobaldus Marcel, qui genibus flexis, capite discoperto, coram dominis de Facultate reatum suum confitens, affirmansque se fuisse dolo quorumdam filiorum iniquitatis deceptum et circumventum, (F° 18 r°) petebat cum nimia humilitate ac lacrimarum effusione veniam sibi per Facultatem donari, ipsumque dignaretur admittere ad examen licencie proxime, eo maxime quod omne tempus suum juxta statuta Facultatis habebat, quodque continuo legerat in scolis; fatebaturque nimis grandem graciam postulare, attento errore suo, sed se submittebat in omnibus gracie et disposicioni Facultatis, paratus omnem penitenciam quam indiceret grato animo ferre et perficere. Domini autem, dicto Marcel ad partem retracto, attendentes maximam ipsius humilitatem non fictam, placuit dominis, saltim majori eorum parti, annuere sue supplicacioni, et post graves reprehensiones eidem factas pro commissis per eum delictis, sibi dictum fuit quod illa gracia eidem fiebat ad maximam peticionem plurimorum dominorum, visa eciam sua contri(e)cione et humilitate; tamen adhuc veniret die sabbati vi Aprilis, pro admissione ad examen supplicaturus, et interim dari faceret per bidellum suas parvas cedul(l)as decano, qui cum aliis deputatis ad eas videndum visitaret et referret Facultati. Qui cum maximis graciarum actionibus recessit letabundus, etc.

Eadem die, supplicavit dominus Nicolaus de Conti pro mensibus rigoroso et gracioso, et eidem fuit concessum quod peciit.

[6 Avril.] Die sabbati sexta Aprilis, vigilia dominice in Ramis palmarum, ego Ambrosius de Cambray legi Decretalem *Omnis utriusque sexus*, titulo *de penit. et remis.*[1], in scolis majoribus Facultatis, hora matutina et consueta, et hoc quidem meo ordine, juxta antiquitatem promocionis mee ad doctoratum, ascendendo ad dominos antiquiores, quia post me immediate debet suo ordine legere dominus Martinus de Fraxinis, videlicet in vigilia Penthecostes proxime.

Eadem die, in camera examinis, in presencia dominorum Martini de Fraxinis, Nicolai de Conti, Jacobi Aubry, Roberti Tulleu, Stephani de Veteri Villa, Jacobi Junii, Johannis Picart, Johannis du Pleis, Johannis Gressier et mei Ambrosii de Cambray, iteravit denuo suam supplicacionem cum maxima humilitate magister Theobaldus Marcel, petens admitti ad examen licencie. Cujus visitate fuerant cedule voluminum suorum per decanum et alios deputatos, et relacione tunc facta in Facultate, ipse fuit de permaxima gracia admissus per dominos, et prestitit juramentum super conficiendis ma(n)gnis cedulis. Cui fuit injunctum quod eas infra tres dies deferret ad singulos dominorum.

[8 Avril.] Die lune VIII Aprilis, comparuerunt in camera examinis magistri Bertrandus Soli, Johannes de La Planche et Johannes Chardeti, qui per Facultatem privati fuerant cum magistro Theobaldo Marcel, in presencia dominorum Johannis de Courcellis, Martini de Fraxinis, Nicolai de Conti, Jacobi Aubry, Roberti Tulleu, Stephani de Veteri Villa, Jacobi Junii, Johannis Picart, Johannis du Pleis, Andree Wasselin, Johannis Gressier et mei Ambrosii de Cambray. Et ibidem errorem ipsorum ac def(f)ectus confitentes, petebant cum grandi humilitate veniam et misericordiam sibi dari, etc., atque admitti in examen licencie proxime, et in omnibus ac per omnia supplicacionem fecerunt, sicut prius fecerat magister Theobaldus Marcel. Quibus ad partem retractis, domini mature super his deliberarunt, non sine grandi racionum et opinionum varietate, propter casus enormitatem atque novitatem. Tandem fuit conclusum ut fuerat pro eodem Theobaldo Marcel; et ipsis revocatis in presencia dominorum, fuerunt gravi honestate verborum plurimum increpati super excessibus et novitatibus per eos commissis. Dictum tamen eisdem fuit quod ob reverenciam tantorum patrum et dominorum, prelatorum, presidentum (*sic*), consiliariorum regis in diversis statibus, eciam doctorum theologie et medicine, et plurimorum regencium in Facultate arcium, ita ut videretur magna pars Universitatis et Parlamenti atque Camere compotorum pro ipsis intercedere, placebat Facultati, visa grandissima eorum humilitate confessioneque atque contri(c)cione delicti, ipsos in greminm Facultatis suscipere et offensam remittere; tamen in crastinum venirent supplicaturi iterum pro admissione ad examen, et visitarentur interim ipsorum cedule voluminum per de-

[1] Decret. Greg. IX, l. V, t. 38.

canum et deputatos ad hoc dominos doctores. Qui omnes una voce exultantes, pre gaudio flentes, genibus in terram flexis, gratias egerunt immortales ac humil[l]imas.

Die martis IX Aprilis, in camera examinis interfuerunt domini Martinus de [9 Avril.]
Fraxinis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray; in presencia quorum comparuerunt magistri Bertrandus Soli, Johannes de La Planche et Johannes Chardeti, iterantes supplicacionem humil[l]imam pro admissione ad examen licencie proxime. Quorum visitatis cedulis voluminum, et relacione facta Facultati, fuerunt admissi ad future licencie proxime examen subeundum; prestiterunt juramenta pro conficiendis ma(n)gnis cedulis, et fuit eisdem injunctum quod infra biduum eas deferant ad singulos dominos.

Est advertandum (*sic*) quod antequam personaliter supplicarent in Facultate magistri Theobaldus Marcel, Bertrandus Soli, Johannes de La Planche et Johannes Chardeti, ipsi per plures viros notabiles fecerant supplicari, tam in Facultate ipsa quam apud dominos particulares doctores, et ipsi pariter singulos dominos particulariter sepe visitarunt pro hac gracia impetranda; et ideo domini doctores hanc materiam posuerunt in deliberacione. Et fuit ordinatum quod trina vice fieret convocacio Facultatis per cedulam super hac materia specialiter; quod quidem extitit adimpletum. Et fuit conclusum quod eis remitteretur offensa, et reciperentur in gremio Facultatis (F° 18 v°) ob reverenciam eorum qui pro ipsis intercedebant, si tamen cum maxima humilitate venirent ad Facultatem, reatum suum confitentes, etc.

Die mercurii X Aprilis, comparuerunt in camera examinis magistri Theobaldus [10 Avril.]
Marcel, Bertrandus Soli, Johannes de La Planche, Johannes Chardeti, coram dominis Nicolao de Conti, Jacobo Aubri, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Johanne Gressier et me Ambrosio de Cambray, supplicantes admitti ad examen licencie humiliter, etc. Qui quidem fuerunt admissi de permaxima et exuberante gracia; prestiterunt juramenta solita, et per decanum fuit eisdem assignata porcio textualis et glosarum pro conficiendis suis super hoc lectionibus in forma consueta. Qui gracias amplissimas egerunt, ostendentes continuo veram humilitatem et contri(c)cionem, etc.

Notandum est, ut predicitur, quod per gravissimas personas in dignitate ecclesiastica et statu sublimi seculari constitutas facta fuit instancia maxima apud dominos de Facultate, tam generaliter quam particulariter, pro impetranda gracia illorum quatuor privatorum baccalariorum, Theobaldi Marcel, La Planche, Soli et Chardeti; et illi domini super omnibus querebant honori eorum baccalariorum ac statui consulere et futuris casibus providere. Quia vero fuerant declarati per-

juri et sic infames, et eorum quatuor tres presbiteri erant ac beneficiati, fuerunt per Facultatem deputati domini tres de Facultate et decanus, qui viderent cum aliquibus illorum dominorum supplicancium pro quatuor privatis, quibus viis et modis honestis hec materia posset terminari, salvo et conservato statu quatuor privatorum. Et materia diu agitata inter deputatos relacioneque facta Facultati, tandem pietate Facultas mota compaciensque suis filiis et alumnis, et nolens eos perdere quos castigavit et severitate justicie ac discipline compescuit, sed pocius eos emendatos cupiens conservare, condescendit in certum tractatum, ut eorum baccalariorum sic humiliatorum et contri(c)torum fama conservaretur et honor. Qui quidem tractatus et concordia fuerunt passata in curia Parlamenti sive in manibus greffarii curie Parlamenti per eosdem quatuor baccalarios privatos, ibidem personaliter existentes, ex una, et per decanum Facultatis et magistrum Johannem le Moyne, procuratorem Facultatis in curia Parlamenti, ex altera partibus. Et utraque pars recessit et desistit (*sic*) ab omni inter eas processu qui erat in curia Parlamenti, expensis hinc inde compensatis.

[8 Avril.] Concordia fuit passata die lune VIII Aprilis, post prandium, etc.

[11 Avril.] Die jovis XI Aprilis, iterum convenerunt domini Nicolaus de Conti, Jacobus Anbry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray, apud scolas Facultatis, in camera et aula examinis, ut aliquid semper expedicionis fieret circa factum licenciandorum.

[13 Avril.] Iterum die sabbati XII Aprilis, vigilia Resurrectionis dominice, prefati domini immediate superscripti comparuerunt in camera et aula examinis pro eadem causa expedicionis licenciandorum, compacientes ipsi doctores dictis baccalariis, qui tam long(u)o tempore fuerant in examine, impediti quidem propter processum quatuor baccalariorum privatorum; et licet tempus esset festivitatis Pascalis et teneretur quisque soli Deo et ipsius servicio intendere, visum est tamen dominis doctoribus hanc expedicionem tam esse meritoriam et necessariam, omnibus recte digestis, quam quevis alia que tunc se offerret, maxime quod summo mane conveniebant domini atque baccalarii ibidem, recedebantque hora dicendi et celebrandi divini in ecclesia servicii, ubi assistebant, etc.

Advertandum (*sic*) quod a die dominica in Ramis Palmarum usque ad dominicam de Quasimodo non celebratur per Facultatem missa ordinaria, et sic neque collegium ordinarium, nisi specialis fiat per cedulam convocacio dominorum.

[18 Avril.] Die jovis XVIII Aprilis, comparuerunt in camera et aula examinis domini Jo-

hannes de Courcellis, Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray, vacantes circa expedicionem examinis et aliorum actuum consuetorum in simili facto. Et ibi fuit injunctum omnibus baccalariis ibi presentibus numero XVI, quod comparerent eodem die, prima hora post meridiem, in domo mei decani sita Parisius in vico Pompeyano[1], prope Sanctum Andream de Arcubus, dicta « domus de Cramault[2] ». Fuit et similiter ad partem, inseiis baccalariis, dictum bidellis quod ibidem comparerent illa eadem hora pro causa que sequitur.

Quia plures vaniloqui bonorumque virorum emuli, qui sepius eligunt maledicere et mentiri quam bene loqui, aliqua verba jam seminaverant, eciam in presencia proborum hominum, quod domini doctores nimis rigorose et perperam processerant adversum quatuor illos baccalarios privatos, retorquebantque prefati emuli graciam factam dictis privatis per Facultatem adversum dictam Facultatem, affirmantes eosdem privatos nichil commisisse contra honorem Facultatis, et quod invidia aliquorum particularium doctorum solum illa privacio evenisset, et propterea domini doctores, conscienciam et scrupulum sibi formantes, eosdem baccalarios privatos revocaverant; ideo domini, cupientes ut veritas singulis innotesceret, ut eciam posset talibus detractoribus cum veritate et scripto responderi, si res exposceret, decreverunt quod super facto conspiracionis conjuracionisque facte per quatuor privatos baccalarios et alios tunc licenciandos, informacio fieret et interrogarentur predicti baccalarii, (F° 19 r°) in presencia notarii publici et testium, per dominos Jacobum Aubry, Robertum Tullen, Stephanum de Veteri Villa, Johannem du Pleis, Johannem Gressier et me Ambrosium de Cambray, eorumque deposicio in scriptis redigeretur sub forma autentica et reponeretur in capsa Facultatis.

Illo eodem die, comparuerunt in domo decani, hora prima post meridiem, suprascripti domini deputati doctores, et similiter duo bidelli Facultatis, et XVI licenciandi. Qui quidem licenciandi singulatim fuerunt vocati in presencia dominorum deputatorum, notarii publici, videlicet magistri Floridi Arnaulldi, et testium, in quadam camera dicte domus existencium. Qui quidem fuerunt adjurati ad Sancta Dei Ewangelia dicere veritatem; et juramento per eos prestito, postea fuernut examinati super certis articulis confectis pro hac re, et eorum deposicio in scriptis fuit redacta et in formam publicam et autenticam posita. Ex quorum deposicione constat eos esse conjuratores, conspiratores, violatores statutorum Facultatis et Universitatis, perjuros obstinatosque in malicia, seductores bonorum

[1] C'est la rue Poupée, appelée par corruption rue Pompée. Cf. Jaillot, *Recherches critiques . . . . . sur la ville de Paris*, t. V, Quartier Saint-André-des-Arcs, p. 120.

[2] L'hôtel bâti par Simon de Cramault était, en effet, sis rue Poupée. Cf. Sauval, *Hist. et recherches des antiq. de la ville de Paris*, t. II, p. 557; Félibien, *Hist. de la ville de Paris*, t. II, p. 808.

scolarium, et qui nitebantur nedum Facultatem Decretorum, sed suo exemplo facile dissipare ceteras Universitatis Facultates, et breviter multo satis detestabiliora facinora dampnandaque sunt per ipsorum deposicionem cognita, que antea nullus dominorum doctorum audiverat, prout hec omnia ad plenum videri possunt per inspectionem instrumenti publici subsignati et sigillati, quod est in capsa Facultatis. Ipsi autem baccalarii licenciandi qui hujus criminis fuerant participes, humiliter dictis dominis deputatis supplicarunt quod non haberent circa hoc respectum in collocacione locorum pro licencia obtinenda, attenta venia per Facultatem eis concessa; quod eisdem fuit concessum et observatum.

[19 Avril.] Die veneris XIX Aprilis, comparentibus dominis Johanne de Courcellis, Martino de Fraxinis, Nicolao de Conty, Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Gressier et Ambrosio de Cambray apud cameram examinis, relacioneque facta eorum que expedita fuerant super deposicione baccalariorum in facto monopolii et conjuracionis, die precedenti, in domo decani, supplicacione facta dominis per baccalarios responsoque per dominos eis dato, omnia placuerunt Facultati. Tunc deliberacione inter dominos graviter habita super sufficiencia dictorum licenciandorum, placuit eos tanquam dignos ad licenciam esse admittendos, et tanquam sufficientes fore presentandos domino cancellario ecclesie Parisiensis pro licencia obtinenda. Quapropter domini predicti intrarunt aulam examinis, in qua sedebant suo ordine prefati licenciandi. Et ibi collacione sive oracione habita per decanum more solito, decanus publicavit nomine Facultatis eisdem licenciandis, quod Facultas ipsos omnes tanquam dignos et sufficientes approbabat pro gradu licencie in jure canonico suscipiendo; fuitque tunc terminatum et clausum examen pro illo anno. Et singuli dictorum licenciandorum prestiterunt solita juramenta, etc., et ipsis fuit injunctum quod comparerent post prandium in ecclesia Beate Marie Parisiensis, hora vesperorum, ut Facultas eos presentaret domino cancellario Parisiensi.

Item, quia retroactis temporibus licenciandi, pro voto aliquorum, deligebant sibi loca in quibus celebrabant solemnitatem signetorum, et sepe eveniebat quod plures numero licenciandorum essent in uno signeto, et in alio pauciores, neque erat equalitas inter eos; propterea fuit statutum et ordinatum quod de cetero licenciandi non eligerent loca pro signetis, eo quod sepe eligebant nimis ar[c]ta aut non honesta, sed per Facultatem eisdem assignabuntur. Statutumque fuit ulterius, quod non erunt in eodem signeto plures licenciandi quam quinque, neque pauciores quam quatuor. Tamen si totalis numerus non posset per numerum quinquenarium aut quartenarium absolvi, in eo casu numerus qui restabit poterit partiri et addi pauperioribus personis, et in illo casu poterunt esse sex altero signetorum, etc. Et pro hoc anno assignata sunt pro tribus signetis tria collegia,

videlicet Cardinalis Monachi, Belvacensis et de Plessiaco; et quod in quolibet duorum signetorum sint quinque licenciandi, in alio sex, etc.

Eadem die, comparuerunt in ecclesia Parisiensi domini Johannes de Courcellis, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray, et similiter XVI licenciandi cum duobus bidellis Facultatis. Domini autem doctores, sermone habito cum domino cancellario ecclesie Parisiensis, magistro Dionisio le Herpeur, sacre theologie doctore dignissimo[1], post officium vesperorum completum, processerunt cum suis baccalariis et bidellis usque ad domum dicti domini cancellarii. Et ibidem, assistente copiosa virorum litteratorum, graduatorum et studencium in diversis Facultatibus, decanus Facultatis, nomine ipsius Facultatis, presentavit dicto domino cancellario ecclesie Parisiensis prefatos XVI baccalarios tanquam dignos et benemerentes licencie gradum, per eos doctores examinatos diligenter et inde approbatos, etc.; petens et requirens idem decanus quod eisdem baccalariis sic per Facultatem approbatis et judicatis dignis per eosdemque doctores admissis tanquam sufficientibus ad suscipiendum licencie gradum, impartiretur auctoritate apostolica sibi commissa eundem licencie gradum, ipsum dominum cancellarium Parisiensem imprecando, quod prefatos presentatos vellet quantocius expedire; et eidem domino cancellario decanus tradidit rotulum apertum, in quo erant descripta nomina licenciandorum juxta ordinem quo sedent in camera examinis. Qui quidem dominus cancellarius humanitus et benigne dictam presentacionem suscepit, et respondit quod justum erat ut qui per Facultatem essent, ut predicitur, approbati et (F° 19 v°) tanquam digni sibi presentati, per ipsum licenciarentur et quod nolebat neque poterat contravenire, salvo suo examine super moribus solum, etc.

Advertandum (*sic*) est quod in predicta presentacione facta ex ordinacione Facultatis, decano fuit injunctum quod aliqua diceret in excusacionem Facultatis, quod tandiu fuissent predicti licenciandi in examine, videlicet a XII Februarii usque ad XIX Aprilis; quodque eciam honestis verbis dampnaret monopolium illorum baccalariorum privatorum qui Aurelcanis fugerant, relinquentes matrem propriam Facultatem et Universitatem Parisiensem. Decanus autem, Facultati obediens, excusacionem fecit, ipsam colorando super processu habito contra quatuor baccalarios privatos. Comparavit enim decanus Facultatem bono patrifamilias habenti centum oves, qui unam perditam diligenter quesivit, dimissis in deserto nonaginta novem ovibus aliis : sic et Facultas illos quatuor baccalarios,

[1] Sur Denys le Herpeur ou le Harpeur, en latin *Citharedi*, reçu licencié en théologie le 15 décembre 1459, député à l'assemblée de Bourges en 1452, chancelier de l'église de Paris depuis 1471, voy. *Chartul. Univ. Paris.*, t. IV, 2532, 2651, n. 4, et 2692. Hemere (*De Academia Parisiensi*, 1637, in-4°, p. 139) dit de lui: «Obiit mense septembri, anno 1488. Et jacet in Ecclesia Parisiensi, quam legatis non mediocribus ornavit.» Ce fut Ambroise de Cambray qui lui succéda comme chancelier.

matrem Facultatem deserentes per deviaque oberrantes, mater Facultas eos quesivit, quesitos cum severitate justicie adinvenit, adinventos redire coegit, reductosque humiliavit, et humiliatos castigatosque benigne suscepit, humaniusque quam mererentur, more piissime matris tractavit, etc. Cancellarius autem ecclesie Parisiensis eosdem baccalarios privatos postea in presencia omnium adeo verbis contumeliosis arguit super dicto monopolio et conjuracione, ut inter cetera dixerit quod pietas Facultatis in eos pocius erat impietas, doctorum misericordia merebatur dici crudelitas, humanitas ipsorum esset indiscrecio; et breviter concludit quod si non esset tantorum patrum Facultatis auctoritas, profecto nunquam illos quatuor privatos reciperet, qui tantum scandalum peperissent nedum Facultati Decretorum, sed toti Universitati, ita ut omnis Universitas in eos insurgere haberet, etc. Ipsi autem quatuor baccalarii privati tanto rubore confusi remanserunt, ut ad decanum et alios dominos doctores statim accesserint, imprecantes humiliter quatenus instarent apud dominum cancellarium Parisiensem quod die licencie abstineret a similibus contumeliis et verbis increpatoriis, alias volebant pocius non comparere die licencie in aula Parisiensi, et pocius volebant perdere sumptus examinis et bursarum quos fecerant, quam portare similem confusionem in aula domini Parisiensis. Videntes autem domini doctores grandem eorum humilitatem et pacienciam, adeo insteterunt precibus ac monitis apud dominum cancellarium Parisiensem, quod eisdem promisit doctoribus nichil mali contra privatos illos loqui, licet hoc multum invitus fecerit, etc.

[22 Avril.] Die lune xxii Aprilis, convocatis dominis per cedulam, comparuerunt apud cameram examinis domini Johannes de Courcellis, Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubri, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray. Et ibi confectus fuit rotulus super vocacione baccalariorum presentatorum cancellario Parisiensi pro licencia obtinenda. Fuit autem omnium dominorum consensu ordo positus in hunc modum : magistri Cosmas Guimier, Petrus Regis, Robertus La Longue, Theobaldus Marcel, Daniel Ogerii, Arnulphus de Marchel, Johannes de La Planche, Johannes Chardeti, Vincencius Veranneman, Johannes Warin, Bertrandus Soly, Johannes de Pabran, frater Stephanus Gerardi, Petrus de Ruella, Galterus Tetelli, Jacobus Vernoti. Idem autem rotulus scriptus fuit predicto ordine in pargameno (*sic*), et sigillatus tribus sigillis, clausura precedente optima et firma, sigillo videlicet decani Facultatis in medio, in superiori parte sigillo domini Johannis de Courcellis, antiquioris doctoris, et domini Johannis Gressier, junioris ibi presentis doctoris. Qui rotulus dimissus fuit in manibus decani Facultatis. Copia vero prefati rotuli confecta fuit similiter in pergameno, que data fuit sigillata tribus predictis sigillis dicto decano, etc. Ista autem copia remanet apud decanum, ut, in die licencie et voca-

cionis licenciandorum, ipse videre possit si aliquid cancellarius Parisiensis mutaverit in ordine rotuli sibi dati. Fuitque conclusum quod post prandium decanus Facultatis presentabit dictum rotulum domino cancellario Parisiensi una cum aliis dominis doctoribus deputatis, videlicet dominis Johanne Picart, Johanne du Pleis et Johanne Gressier.

Eodem die, convenerunt in domo domini cancellarii Parisiensis decanus Facul- 22 Avril.
tatis cum aliis tribus dominis doctoribus deputatis, hora tercia post meridiem. Qui quidem decanus exposuit eidem domino cancellario Parisiensi qualiter domini doctores Facultatis processerant ad confectionem rotuli pro vocacione baccalariorum in die licencie, eo ordine quo singulorum virtus, vita atque doctrina merebantur. Que quidem rotuli confectio et ordo ille positus atque in similibus actibus ponendus ad ipsos solos dominos doctores spectat et pertinet. Ipsum autem sic confectum rotulum, clausum tribus cordulis obsignatumque tribus sigillis, presentavit idem decanus prefato domino cancellario Parisiensi, protestaciones faciendo solitas, videlicet quod nullomodo debeat aut possit idem dominus cancellarius aut quivis alius aperire eundem rotulum, sigillum ipsius aliquod violare, aliquid de contentis in eo videre seu cognoscere, nisi in aula domini episcopi Parisiensis, die et hora licencie imparciende eisdem baccalariis licenciandis, et non prius; sed pocius illum integrum debet cancellarius in omnibus et per omnia conservare usque in illam diem licencie. Quas quidem protestaciones acceptavit idem (F° 20 r°) dominus cancellarius, et rotulum recepit, et promisit ita facere eciam cum juramento, sicut pecierat decanus; de quibus peciit instrumentum sibi fieri idem decanus, etc.

Illico his peractis, comparuerunt eadem die prefati domini apud domum domini Johannis de Courcellis, vocati quidem per cedulam, et ibidem omnes domini doctores convenerunt, demptis dominis Johanne Gressier et Nicolao de Grucy. Et ibidem domini optarunt licenciandos hoc ordine, videlicet dominus Johannes de Courcellis optavit magistros Cosmam Guimier; dominus Martinus de Fraxinis, Bertrandum Soli; ego Ambrosius de Cambray, Theobaldum Marcel; Nicolaus de Conti, Johannem de La Planche; Jacobus Aubry, Petrum Regis; Robertus Tulleu, Danielem Ogerii; Stephanus de Veteri Villa, Johannem Chardeti; Jacobus Junii, Vincencium Veranneman; Johannes Picart, Arnulphum de Marchel; Johannes du Pleis, Robertum La Longue; Andreas Wasselin, Johannem Warin; Ambrosius de Cambray, pro domino Johanne Gressier, Johannem de Pabreu; Stephanus de Veteri Villa, pro domino Nicolao de Grucy, fratrem Stephanum Gerardi; iterum Johannes [de] Courcelles, Petrum de Ruella; Martinus de Fraxinis, Jacobum Vernoti; Ambrosius de Cambray, Gaucherum Tetelli. Et fuit ordinatum quod inscribatur ordo rotuli licenciandorum cum annotacione ad singulos eorum, quis dominorum doctorum eos optavit, ut servetur mos antiquus solitusque, etc.

[23 Avril.] Die martis XXIII Aprilis, comparentibus apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum dominis Martino de Fraxinis, Nicolao de Conty, Jacobo Aubry, Stephano de Veteri Villa, Andrea Wasselin, Johanne Gressier et me Ambrosio de Cambray, et ibidem existentibus XVI licenciandis et quibusdam aliis baccalariis juris canonici, omnibus quidem tam doctoribus quam aliis cum cappis, bidellisque precedentibus tam generalibus Facultatis, cum bac(c)ulis et massis argenteis, quam bidellis dominorum doctorum, cum virgis li[g]neis; precedebant bidelli doctorum, postea Facultatis; consequenter erant baccalarii, postea licenciandi, quos sequebantur domini doctores quorum juniores preibant, et omnes quidem bini et bini incedebant. Novissimo autem loco erat turba ma(n)gna virorum nobilium, civium, licenciandorum et baccalariorum et scolarium. Et omnes illo ordine processerunt a dicta ecclesia Sancti Johannis Jherosolimitani usque ad aulam domini episcopi Parisiensis. Et ibi sederunt omnes suo loco solito, sed maxime dicti licenciandi sederunt in certa bancha specialiter pro ipsis ordinata, et illo ordine sederunt quo erant in aula examinis. Recesserunt autem ex eo loco domini Robertus Tulleu, Johannes Picart, Johannes Gressier et Ambrosius de Cambray, et iverunt ad domum domini cancellarii ecclesie Parisiensis, magistri Dionisii le Herpeur, sacre theologie doctoris eximii, sitam in claustro Parisiensi, sibi significando quod Facultas Decretorum cum suis licenciandis convenisset apud aulam domini episcopi Parisiensis, ut ibidem veniret et rotulum pro vocacione licenciandorum sibi traditum die precedenti, nomine Facultatis, secum deferret; ab eodem eciam domino cancellario postulando et requirendo quod eundem rotulum ipsis dominis doctoribus ibidem presentibus exhiberet, ut discernere videreque possent si fuisset quoquomodo apertus, vel tria sigilla in illo posita essent violata. Qui quidem dominus cancellarius illum eundem rotulum confestim palam ipsis dominis doctoribus tradidit; quo rotulo diligenter per eos inspecto, visitato et examinato, compertoque quod omni ex parte sanus esset nec fuisset apertus aut sigilla violata, decanus Facultatis iterum eundem rotulum restituit dicto domino cancellario. De quibus omnibus peciit decanus a notario publico, testibus presentibus, sibi et Facultati Decretorum publicum fieri instrumentum per magistrum Floridum Arnaldi. Tunc domini cancellarius Parisiensis et subcancellarius simul, et prefati domini doctores Decretorum simul progressi sunt usque in aulam domini episcopi Parisiensis; et sedente domino cancellario in capite aule, sedentibusque dominis doctoribus Decretorum loco suo solito, assistenteque ibidem copiosa multitudine prelatorum, nobilium, virorum consularium, sacre theologie doctorum ac medicine, et aliarum Facultatum graduatorum, et populo grandi, idem dominus cancellarius Parisiensis predictum rotulum pro vocacione licenciandorum tunc et non prius palam aperuit, et illum illico tradidit magistro Roberto du Gué, majori bidello Facultatis, ut juxta illius tenorem et ordinem licenciandos in illo descriptos ad licenciam suscipiendam evocaret; quod quidem fecit idem

magister Robertus bidellus. Interim autem, dum bidellus eundem rotulum legeret, decanus Facultatis tenebat similem rotulum, ut in illo videret si aliquid fuisset immutatum, aut si bidellus in aliquo deviaret. Prefati vero licenciandi, juxta ordinem quo vocabantur, surgebant a bancha qua prius sedebant, et veniebant sedere in altera bancha vacua, existente ex opposito et proxima ante dominum cancellarium, et ibi sederunt illo ordine quo vocati sunt. Tunc predictus dominus cancellarius, oracione per ipsum eleganter habita, eisdem XVI baccalariis sic evocatis auctoritate ap(p)ostolica licencie gradum impendit. De quibus omnibus dictus decanus nomine Facultatis peciit fieri publicum instrumentum per magistrum Floridum Arnaudi. Tunc descenderunt domini doctores et XVI licenciati inferius, et stantes suo ordine gracias agebant dominis omnibus qui illum actum sua presencia decoraverant.

Quibus peractis, se retraxerunt domini doctores una cum XVI licenciatis et aliis pluribus ante cap(p)ellam inferiorem domini episcopi Parisiensis; et ibi regraciati sunt dominis doctoribus prefati XVI licenciati de honore et gracia sibi per dictos dominos in examine, discursu ipsius et licencie actu impensis, et pro laboribus assumptis per ipsos dominos doctores circa examen, etc. Eisdem loco et hora, magister Cosmas Guimier supplicavit admitti ad gradum doctoratus, offerens omnia efficere (F° 20 v°) requisita juxta statuta Facultatis Decretorum. Quibus dominis modicum ad partem retractis, per organum decani eidem fuit responsum quod ipse veniret in prima missa Facultatis, ibidem de novo supplicaturus, et tunc dabitur sibi responsum conforme ad statuta ipsius Facultatis.

(F° 20 v°). Verum, die lune XXII Aprilis ejusdem anni [millesimi quadringentesimi] septuagesimi quinti, fuit grandis altercacio inter dominos doctores pro adopcione quam facere volebat et fecit dominus Stephanus de Veteri Villa pro domino Nicolao de Grucy, jamdiu notorie absente a civitate Parisiensi et qui non fuerat in aliquo actu examinis et licencie dictorum licenciandorum; quapropter videbatur ipsum ab hujusmodi adopcione fore excludendum. Tandem fuit conclusum a majori et saniori parte collegii, quod hujus beneficii et adopcionis debebat esse particeps quemadmodum erat omnium et singulorum aliorum emolumentorum Facultatis, tanquam verus doctor regens; quia eo quod Facultas sibi concesserat mensem graciosum cum rigoroso, qui quidem duo menses nundum (*sic*) erant expirati, (F° 21 r°) ideo omnia et singula poterat accipere, et sibi debebantur, uti alteri doctori regenti, et maxime in his que sunt alicujus emolumenti. Predicta autem adopcio emolumentum futurum secum importat, etc. [22 Avril.

Die mercurii XXIII Aprilis, missa et collegium celebrantur, ubi interfuerunt domini Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri [24 Avril.]

Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray.

Ista die, supplicavit magister Theobaldus Marcel admitti ad gradum doctoratus, offerens facere que Facultas super hoc ordinaret. Quo ad partem retracto ac deinde revocato, dictum sibi extitit quod visitabuntur statuta Facultatis, et in proxima missa domini sibi dabunt super hoc responsum.

Quoniam plures baccalarii Decretorum Parisius non fuerant die martis proxima cum cappis et habitu requisito ad associandum licenciandos die licencie ab ecclesia Santi Johannis Jherosolimitani usque ad aulam domini episcopi Parisiensis, ut facere tenentur ex antiqua observancia Facultatis et de honestate sic servata, ideo fuit conclusum quod citentur ad proximum collegium, die videlicet secunda Maii; item quod citabuntur ad eandem diem magister [Petrus] Remigii et quidam alius religiosus ordinis Sancti Augustini commorans in collegio Belvacensi, ambo baccalarii in jure canonico Parisius, eo quod fuerant illius conjuracionis facte per quatuor baccalarios privatos. Et fuit ordinatum quod examinabuntur super illo facto, etc., per dominos Robertum Tulleu, Stephanum de Veteri Villa, Johannem Gressier et me Ambrosium de Cambray, et eorum deposicio redigetur scripto sub forma autentica.

Fuit similiter conclusum quod impetrabuntur littere regie in forma examinis ad futura, et virtute illarum cogetur per commissarium regium magister Bertrandus Soli dicere veritatem eorum que negavit dicere coram dominis doctoribus deputatis per Facultatem, qui examinarunt omnes licenciandos die jovis xvm Aprilis proxime preterita super dictis monopolio et conjuracione.

Ordinatum fuit magistro Roberto du Gué, majori bidello, quod scribat omnes baccalarios in jure canonico Parisius, qui receperunt gradum licencie in aliis Universitatibus, et quod citentur coram officiali Parisiensi, et ab eis petantur pensiones sive locaciones scolarum quas retinuerunt pro lectura sua; similiter ab eis petantur somme pec(c)uniarum sive pene quas incurrerunt pro def(f)ectibus per eos commissis in missis Facultatis et aliis actibus juxta statuta, etc.; et quod prosequatur causam magister Guillermus de Melun, procurator Facultatis, etc.

Dictum fuit insuper, quod per cedulam monerentur in scolis et publice omnes baccalarii juris canonici super pluribus et juxta tenorem cedule que in scolis majoribus fuit publice lecta per bidellum et deinde valvis scolarum affixa. Tenor autem cedule sequitur :

« Quoniam, examine diligenti ac informacione prehabitis, compererunt veridice domini doctores Facultatis Decretorum Parisius, quod baccalarii in eadem Facultate, licet medio juramento astringantur per statuta ter in septimana ad minus in scholis Clausi Brunelli et non alibi legere horis per Facultatem ordinatis, et pariter interesse omnibus disputacionibus et repeticionibus dominorum doctorum, vesperiis doctorisandorum, cum libris et cappa eciam ab inicio ingres-

sus scholarum induta usque in finem actus; similiter et interesse lecturis solemnium Decretalium et lectioni Decreti sui doctoris; nichilominus prefati baccalarii, sui honoris, sue promocionis et fame obliti, minime legunt, non frequentant actus scolasticos, sed dissolutis habitibus incedentes, sue condicionis et status immemores oc(c)io vacant et non intendunt studio litterarum, neque alias proficiunt; quin pocius suo more ceteris juvenibus et sequacibus perniciosum inde prestant exemplum, in sue anime periculum perjurium incurrentes, in detrimentum sui ipsius, in scandalum Universitatis, perniciem rei publice, et in aliqualem notam ipsorum dominorum doctorum Facultatis. Quapropter prefati domini doctores, pro onere sibi injuncto proque debito sue vocacionis, qui tanquam pastores invigilare tenentur gregi sibi commisso, ne pereat, de quo sunt coram Altissimo racionem aliquando reddituri, omnes baccalarios hujus Facultatis Decretorum admonent et hortantur, et nichilominus sub debito juramenti precipiunt quatenus ipsi baccalarii de cetero legere habeant saltim ter in septimana, et suam lecturam continuent juxta ipsius statuta Facultatis, que, cum ipsi illa juraverint, non possunt aut debent eorum effectum ignorare; cum intimacione, quod hi qui modo predicto non legerint, non acquirent aliquod tempus quod eis prof(f)iciat ad licenciam obtinendam hic vel in alia Universitate. Circa hec autem prefati domini severius in futurum quam precedenti tempore se habebunt ergaque def(f)ectuosos attencius vigilabunt. In ceteris vero adeo se benignos et modestos prestabunt, quod nullus inde merito poterit querelari. Insuper precipiunt vobis omnibus baccalariis, quod de cetero missas Facultatis in habitu et cappa frequentetis, sub penis in statutis declaratis. Nichil enim a vobis aliud querunt quam ut prof(f)iciatis, quo vobis sit honor et gloria, ipsis vero exaltacio proveniat. »

Die jovis secunda Maii, fuit missa et collegium, ubi interfuerunt domini Johannes de Courcellis, Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes (F° 91 v°) Gressier et ego Ambrosius de Cambray. Et ibidem retulit (*sic*) magistri Robertus du Gué et Claudius Poculot, bidelli, quod plures baccalarios citassent, prout in missa novissima fuerat ordinatum, comparituros personaliter ad istam diem et istis loco et hora. Ex omnibus autem citatis quinque solum comparuerunt, videlicet magistri Nicolaus du Ru, Johannes Huet, Johannes Louchart, Petrus de Valle et Guillermus Fabri, qui per decanum graviter fuerunt increpati, quare non associassent XVI licenciatos et dominos doctores in die licencie, maxime cum fuisset publicatum in scholis quod comparere haberent in habitibus quibus in scholis legere solent. Ipsi vero baccalarii, errorem suum publice confitentes et veniam cum humilitate petentes, aliquas excusaciones al[l]egabant. Tandem Facultas hanc eis offensam remisit pro hac vice, eos

commonentes quod de cetero in similibus actibus intersint, similiter quod legant et alia faciant juxta cedulam publicatam in scholis, cujus tenor immediate precedenti articulo inseritur. Contra alios vero absentes baccalarios, ipsis primo vocatis per bidellum in hostio collegii et non comparentibus, data est contumacia.

Item, et quia a quibusdam dictum extitit quod prefatus Louchart dixerat multa verba inhonesta contra honorem Facultatis et actum licencie et contra ipsos licenciandos et alios baccalarios, fuit conclusum quod diligens fiat super his informacio, quod citetur idem Louchart personaliter compariturus ad primum collegium, videlicet ad diem martis septimam Maii, et ibi compareat promotor Facultatis, cujus nomine fiant citacio et informacio.

Item, quia relatum fuit Facultati quod aliqui baccalarii Facultatis Decretorum Parisius jam iverant Aureleanis, et alii intendebant ire quam breviter, ut ibi licencie gradum reciperent in festo Penthecostes proximo, quod quidem cum sit in enervacionem Studii Parisiensis pro Facultate Decretorum, eo quod baccalarii Parisienses nichil curant mandatis doctorum obedire, nolunt legere spernuntque mandata et comminaciones eorum, quoniam sperant neque dubitant baccalarii, docti sint vel ignari, posse licencie gradum Aureleanis obtinere, etc.; ideo ad providendum his abusibus, conclusum extitit quod fiet ex deliberacione consilii requesta sive supplicacio curie Parlamenti, quod, attento processu pendente in dicta curia inter Facultatem Decretorum Parisius et doctores Aurelianenses in casu novitatis et appelli, etc., per dictam curiam fiat inhibicio dictis doctoribus Aurelianensibus et quibuscumque aliis, quod in prejudicium litispendencie nichil attemptetur sub gravissimis penis. Et insuper, quia baccalarii Parisienses, qui ita propter eorum ignorenciam (*sic*) confugiunt ad Aurelianenses, nullam faciunt fidem doctoribus Aurelianensibus de gradu suo baccalariatus neque de lectura ad quam tenentur post ipsum gradum susceptum et de tempore suo acquisito pro licencia obtinenda, doctores vero Aurelianenses passim et indifferenter sic eos recipiunt et admittunt ad licencie gradum; ideo petatur provisio a dicta curia Parlamenti, quod, pendente processu predicto et sine illius prejudicio, nullus baccalarius Parisiensis in jure canonico possit recipere gradum licencie in eodem jure per doctores Aurelianenses et scolasticum ecclesie Aurelianensis aut alium, nisi prius ille baccalarius exhibuerit doctoribus Aurelianensibus suas litteras gradus baccalariatus et cedulas suarum lecturarum et temporis quesiti, juxta statuta dicte Facultatis; et dictis scolastico et doctoribus inhibiciones fiant ne aliquid in contrarium faciant.

[4 et 6 mai.] Fuit consilium advocatorum convocatum die sabbati quarta Maii, ex quorum deliberacione fuit confecta requesta modo supradicto: et die lune vi Maii, fuit porrecta curie sup(p)reme Parlamenti; per quam curiam fuerunt deputati quinque commissarii ad audiendum partes, videlicet domini Matheus de Xanthodoro, se-

cundus presidens [1], Johannes Aprilis [2], Amedeus le Viste [3], Guillermus de Vitry [4] et Martinus de Belfaie [5], regis consiliarii in curia Parlamenti. Et eodem die fuit intimatum per hostiarium Parlamenti procuratori Universitatis et scolastici Aurelianensis, quod coram eisdem dominis commissariis conveniret in exitu Parlamenti et in camera Parlamenti. Et ibidem placitata per partes hinc inde materia, fuit data certa dilacio brevis parti adverse, etc.

Die martis VII Maii, celebrantur missa et collegium, et ibi comparuerunt do- [7 Mai.]
mini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray. Ibi vero non comparentibus pluribus ex illis baccalariis qui fuerant citati comparere personaliter ad diem istam, fuerunt per bidellum debite vocati in hostio cap(p)elle, ut moris est. Contra vero non comparentes data fuit iterum contumacia; nomina vero citatorum scribuntur in citacione facta per bidellum, fuitque propterea ordinatum quod de novo citabuntur ad proximam missam comparituri personaliter, sub pena perjurii, etc.

Illo die et ibidem fuerunt visa compota magistri Roberti du Gué, et clausa subsignataque manu dominorum doctorum ad hoc deputatorum; et singulis dominis auditoribus distributi sunt quatuor solidi Parisienses.

Eodem die, comparuerunt coram dominis doctoribus plures baccalarii ob causas suprascriptas citati et contra quos data fuerat bina contumacia. Qui excusacionibus honestis suam contumaciam purgantes, cum bona humilitate multa dixerunt, adeo quod, ipsis cognoscentibus culpam incurrisse et offensam commisisse in suos patres et doctores atque Facultatem, petentes benigne sibi graciam et misericordiam impendi, fuit eisdem omnibus per Facultatem remissa offensa omnis, et eisdem fuit dictum quod intenderent studio et profectui suo, etc.

Apud domum domini Johannis Gressier, sitam in vico Sancti Victoris Parisius, convenerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, idem dominus Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray, coram quibus comparuit magister [Petrus] (F° 22 r°) Remigii, baccalarius in Decretis Parisius, coram ipsis citatus

[1] Mathieu de Nanterre, reçu conseiller en 1437, fut élu premier président et installé le 26 décembre 1461. Mais, en 1465, Louis XI le transféra au Parlement de Toulouse et nomma Jean Dauvet à sa place. Rappelé à Paris la même année, il rentra au Parlement en qualité de second président, office qu'il exerça jusqu'à sa mort, survenue en 1467. Cf. J.-B. de L'Hermitte-Souliers et François Blanchard, *Les Eloges de tous les premiers presidens du Parlement de Paris*, p. 37.

[2] Jean Avril avait été reçu conseiller le 2 avril 1454 [1455]. Cf. Blanchard, *Catal. de tous les conseillers du Parlement de Paris, depuis l'an 1260 jusques à present*, p. 25 *b*.

[3] Amé le Viste était conseiller depuis le 9 décembre 1461. *Ibid.*, p. 26 *b*.

[4] Guillaume de Vitry était le fils aîné de Gilles de Vitry, maître des monnaies. Sa réception au Parlement remontait à l'année 1436. Il mourut en 1479. *Ibid.*, p. 20.

[5] Martin de Bellefaye, seigneur de Ferrières en Brie, reçu au Parlement entre les années 1462 et 1469, mourut en 1502 et fut inhumé à Saint-Germain-l'Auxerrois. *Ibid.*, p. 28 *b*.

personaliter compar[er]e. Qui quidem Remigii per decanum Facultatis adjuratus dicere veritatem de his que sibi petentur, et per ipsum prestito juramento, interrogatus super facto conjuracionis et monopolii factorum per ipsum et alios baccalarios Parisienses a prima Decembris citra, ipse in omnibus et per omnia deposuit, sicut deposuerant alii baccalarii tunc licenciandi, examinati die jovis XVIII Aprilis novissime lapsa; de cujus quidem Remigii deposicione fuit confectum instrumentum per magistrum Floridum Arnauldi, quod reconditur in archivis Facultatis.

[8 Mai.] Die mercurii VIII Maii, fuit obitus domini Johannis Chuffart [1], quondam doctoris Facultatis et cancellarii ecclesie Parisiensis, ubi comparuerunt domini Johannes de Courcellis, Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray. Et post obitum celebratum, comparuit coram dictis dominis magister Johannes Louchart, pater illius contra quem fiebat informacio de qua supra, secundo articulo eorum que acta sunt die jovis secunda Maii; et ibidem narravit quod miserat filium suum Aurelianis pro acquirenda sciencia juris civilis, et propterea idem filius suus erat absens. Ipse autem pater, qui se filium obedientem Facultatis profitebatur et in eadem licencie gradum receperat, comparebat coram eadem Facultate propter duo, primum ut excusaret suum filium super ejus absencia; secundum, cum ipse et filius ejus ignorent causam dicte citacionis, venit ut illam a dominis sciret, paratus omnia emendare, si in aliquo filius ejus errasset vel ipsam Facultatem offendisset. Quo ad partem retracto, post deliberacionem dominorum, qui consideraverunt gravitatem patris simul et devocionem quam semper gessit erga Facultatem, similiter eciam considerantes domini etatem puerilem et immaturam filii, videlicet XXI annorum, magis in partem misericordie et compacionis (*sic*) quam rigoris justicie condescenderunt; et dicto Louchart patre revocato, decanus Facultatis ei exposuit, quod Facultas ordinaverat quod omnes baccalarii Decretorum die licencie venirent more solito et comparerent apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum de mane, hora octava, cum habitibus suis et cappis quibus in scolis legere consueverunt, et exinde suo ordine associarent dominos doctores et baccalarios tunc licenciandos usque ad aulam domini episcopi Parisiensis, et ibidem starent usque in finem actus licencie imparciende, et hoc sub pena perjurii; et licet hoc fuisset publicatum in scolis majoribus Facultatis, hora lecture ordinarie de mane, cedulaque hujusmodi publicacionis et precepti fuisset affixa valvis

[1] Sur Jean Chuffart, doyen de la Faculté de Décret en 1444-445, voy. l'Introduction de M. A. Tuetey à son édition du *Journal d'un bourgeois de Paris*, 1405-1449 (Paris, 1881, in-8°), et dans l'Introduction au tome IV du *Chartul. Univ. Paris*, le chapitre du P. Denifle et d'É. Chatelain : *Num Johannes Chuffart opus dictum* Journal d'un bourgeois de Paris *scripserit* (p. XIV et suiv.).

scolarum predictarum, ita ut nullus verus scholaris aut baccalarius posset ignorranciam eorum pretendere, nichilominus dictus Louchart junior, baccalarius in ista Facultate, qui gradum et honorem suscepit ab ipsa et vices gratitudinis et beneficii accepti deberet pro viribus rependere, impedivit quominus plures baccalarii dicte Facultatis non susciperent ipsum habitum in dicta ecclesia Jherosolimitana, qui ipsum decreverant portare et associare dominos doctores et baccalarios licenciandos. Dicebat enim publice aliis baccalariis dicte Facultatis, quod essent infames si cum habitu associarent illos licenciandos; nam illis licenciatis et ipsis baccalariis remanentibus in eodem habitu quo licenciati, ipsi videbuntur chiffrati sive repulsi a licencia tanquam indigni. Nec contentus his, neque quod gestasset habitum Facultati obediendo et quod alios baccalarios gestare impediverit, mala malis accumulando, quasi delectans confusionem inferre licenciandis simul et Facultati, dicebat omnibus ibi presentibus idem Louchart quod mirabatur stulticiam illorum baccalariorum, qui cum habitibus intererant illi actui; nam licencia data xvi licenciandis, alii baccalarii cappati reputabuntur repulsi tanquam indigni, etc. Ultra hec, perfecto actu licencie, ipse pluribus digito ostendebat baccalarios non licenciatos, et palam dicebat : « Videte, isti sunt repulsi ab isto gradu, et sunt infames et chiffrati, etc. » Et ista verba sepe iteravit, plures advocando, et eis illos baccalarios cappatos ostendendo et dicendo : « Isti venerunt sperantes consequi licenciam quemadmodum alii, et erant propterea induti simili habitu; sed tanquam ignari, illiterati et ydiote repelluntur, etc. » Quibus verbis et accusacionibus Johannis Louchart junioris per patrem auditis, idem pater dampnavit plurimum verba filii et ipsius actum et intencionem, et confessus fuit quod hec injuria merebatur grandem penam, nisi dominorum gracia suppleret delicta juventutis. Quapropter rogavit multum instanter, humiliter ac devote, quatenus Facultas dignaretur supersedere prosecucionem contra filium suum, donec scripsisset satis super his diffuse filio suo; cujus habito responso et veritate cognita, sive ex litteris filii sive alias, ipse pater erat paratus offensam atque delictum judicio et arbitrio Facultatis emendare, supplicans tamen semper pro gracia et misericordia Facultatis erga suum filium. Cujus quidem patris honestate atque oblacione honesta consideratis, conceditur eidem quod non procedetur contra suum filium hinc ad mensem, et interim faciat quod se informet super veritate, etc.

Die jovis xvi Maii, fuit missa et collegium, ubi interfuerunt domini Johannes de Courcellis, Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray. Et tunc acta sunt que secuntur. [16 Mai.]

(F° 92 v°). Quoniam ordine suo et sue promocionis dominus Martinus de Fraxinis erat lecturus Decretalem solemnem in festo Penthecostes proximo, venit

ad Facultatem, exponens quod jam xxx annis et ultra regentaverat in Facultate, onera continuo ipsius subeundo, quodque solverat Facultati suum jubileum, videlicet prandium toti Facultati, ut de cetero esset exemptus ab omnibus oneribus Facultatis, et nichilominus in omnibus esset reputatus regens, percipiendo omnia et singula emolumenta que actu regentes presentes percipiunt. Quapropter supplicavit denuo ut a lectura solemnium Decretalium, lectura ordinaria, Decreti repeticionibus et aliis quibuscumque eximatur, ad que astringuntur domini doctores regentes presentes, et quod nichilominus ipse continuo percipiat omnia et singula emolumenta, tam missarum, collegiorum, examinis et bursarum baccalariorum et harengarum, congregacionum, missarum et processionum Universitatis, quam eciam licencie et licenciandorum et eciam doctorisandorum, et generaliter in omnibus quibuscumque, etc. Cui, attentis pluribus et consideratis, Facultas sibi hoc indulsit.

Pro eadem gracia supplicavit dominus Johannes de Courcellis, omnium Facultatis antiquior doctor, cui similiter eadem gracia conceditur.

Convocatis dominis per cedulam specialiter super condendis certis statutis et juramentis de quibus supra, in congregacione celebrata die lune xii Februarii et consequenter die jovis xv Februarii novissime lapsis, et pro tercia et ultima convocacione, fuit omnium dominorum judicio atque opinione sanctitum, primum videlicet, quod omnes de cetero qui ad gradum baccalariatus assumentur, tenebuntur jurare, cum aliis juramentis, quod non recipient licencie gradum alibi quam [in] Universitate Parisiensi, nisi petitis per eos et obtentis littera sui gradus baccalariatus, cedulis suorum voluminum sive cedularum, a decano et collegio dicte Facultatis Parisius, et eciam prius per eos satisfacto de debitis Facultati, legenti atque bidellis, et quod hujusmodi juramentum inscribetur libro statutorum suo loco, quod et factum est.

Duo autem statuta sunt hec, videlicet : primum est, quod baccalarii teneantur singulis diebus legibilibus aut saltim ter in septimana legere in scolis Clausi Brunelli, et non alibi, hora et spacio temporis et modo atque in habitu juxta statuta Facultatis. Alias, si non fecerint, non computabitur eis tempus ad licencie gradum suscipiendum et acquirendum, sed eis defalcabitur de tempore illa porcio temporis quo se a legendo abstinuerint. Et quod singulis annis fiat exactissima per decanum et Facultatem inquisicio super continuacione vel omissione lecturarum a predictis baccalariis. Et in dorso cujuslibet cedule inscribatur vera annotacio temporis quesiti simul et obmissi, ut tempore licencie possit facile discerni qui bene profecerint et qui non, et qui habent tempus suum quesitum, et qui non. Aliud statutum est, quod nullus baccalarius admittatur ad licenciam, nisi debite legerit spacio xl mensium, secundum statuta Facultatis, videlicet observando dum legit omnia que volunt et mandant dicta statuta, exceptis prelatis, ma(n)gnis, nobilibus, licenciatis in jure civili et aliquibus qui manifeste cognoscentur plus

ceteris profecisse actusque scolasticos frequentasse; quibus sufficiet quod legerint spacio XXXVI mensium, juxta articulos statutorum Facultatis. Et fuit dictum et conclusum per dominos quod similiter hec duo statuta inscribantur libro statutorum sub sua rubrica. Quod factum fuit postea, etc.

Die martis XXI Maii, post exactissimas diligencias factas super expedicione requeste date per Facultatem venerande curie Parlamenti productionibusque factis hinc inde coram dominis commissariis ejusdem curie, et per ipsos commissarios relacione facta coram tota curia Parlamenti, tandem per judicium curie Parlamenti et ipsius arrestum, conclusiones petite per dictam Facultatem Decretorum fuerunt adjudicate et concesse ipsi Facultati, cum inhibicionibus petitis contra doctores et scolasticum Aurelianenses et contra quoscumque baccalarios Facultatis Decretorum Parisius, qui in futurum voluerint recipere gradum licencie in alia Universitate quam Parisiensi, prout hec omnia lacius in dicto arresto continentur; quod quidem arrestum est in archivis Facultatis, etc. [21 Mai.]

Die mercurii XXII Maii, celebratur missa et collegium, ubi interfuerunt domini vocati per cedulam super condendis illis duobus statutis de quibus in proximo precedenti articulo. Domini autem presentes fuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray. Et tunc deliberatum et conclusum fuit pro secunda missa quod condantur illa duo predicta statuta, et de verbo ad verbum libro statutorum suo loco inscribantur, etc. [22 Mai.]

Ista die, supplicavit dominus Johannes Gressier pro mense gracioso cum rigoroso, hoc est dicere quod ex consuetudine et statutis Facultatis quilibet dominorum doctorum potest se absentare a civitate Parisiensi per spacium unius mensis utilis, quo durante reputatur regens et emolumenta singula Facultatis in omnibus et per omnia percipit ac si esset presens et frequentans omnes actus Facultatis. De consuetudine eciam Facultatis solet doctor, si necessitas rerum suarum expostulet, supplicare Facultati quod sibi Facultas concedat eandem graciam durante uno adhuc mense extra mensem primum, et quod durante illo secundo mense, pariter percipiat omnia emolumenta et reputetur regens. Primus vero mensis dicitur rigorosus, quia non potest per Facultatem sibi denegari, licet teneatur significare Facultati quando ipse recipit illum suum mensem; secundus vero mensis dicitur graciosus, eo quod omnino pendeat ex gracia omnium et singulorum dominorum doctorum, et tenetur pro utroque simul vel successive doctor supplicare, etc.

(F^o 23 r°). Die jovis XXX Maii, missa et collegium, ubi interfuerunt domini Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, [30 Mai.]

Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, (recessit) Henricus Beauclerc, hostiarius curie Parlamenti, recessit a civitate Parisiensi cum litteris regiis et arresto novissime per Facultatem obtento contra Universitatem Aurelianensem, scolasticum et alios[1]; quod quidem arrestum idem hostiarius executioni debite mandavit juxta ipsius formam et tenorem, prout per ipsius relacionem lacius constat[2]. Que omnia sunt in capsa dicte Facultatis.

[1] Cet arrêt a été publié par Marcel Fournier, *Statuts et privilèges des Universités françaises*, t. I, p. 242, n° 327.

[2] Voici le texte de l'arrêt du Parlement auquel fait allusion Ambroise de Cambray : « *Du vingtiesme jour de may 1476.* — Sur la requeste baillée à la Court par les doyen et docteurs du collège de la Faculté de Decret en l'Université de Paris, par laquelle ilz requeroient inhibicions et defenses estre faittes aux docteurs et scolastieque de l'Université d'Orleans, en peine de cent marcs d'or et de perdicion de cause, qu'ils ne procedent à examiner pour la licence ne aussi à licencier en decret en ladite Université d'Orleans aucun bachelier de Paris, s'il n'a fait son cours d'estude selon les statuz de ladite Faculté de Paris, et que pour en faire apparoir, le bachelier fust tenu sur lesdites peines produire et exhiber sa lettre de degré de bachelerie et aussy ses scedules de la lecture par luy faicte et du temps acquis pour parvenir à ladite licence selon lesdits statuz, ou autrement leur estre pourveu sur le contenu en ladite requeste, tout par manière de provision durant le procès pendant en icelle court entre lesdites parties;

Veue par la Court ladite requeste, et oy le rapport de certains commissaires commis par elle pour sur ce oyr lesdites parties summairement et de plain, lesquelz ont dit et rapporté à ladite court que pardevant eulx les procureur et conseil desdits doyen et docteurs de la Faculté de Decret en l'Université de Paris, demandeurs, a esté requis l'enterinement de leurdite requeste, et par les procureur et conseil des docteurs, recteur, procureur general et scolastique de l'Université d'Orleans, defendeurs, a esté requis avoir delay pour avoir instructions pour defendre à ladite requeste; disans oultre que si ladite requeste estoit enterinée, ce seroit en effet decider le procès d'entre lesdites parties qui estoit appointé en droit, et pour ce requeroient estre oys et avoir delay pour avoir instructions de leurs memoires; et par lesdits procureur et conseil desdits demandeurs avoit esté dit que, puisque lesdits defendeurs delayoient, par provision leur devoit estre faite defense de non proceder à la licence d'aucuns bacheliers de ladite Université de Paris, sinon qu'ilz leur fissent foy de leurs lettres de bachelerie, et aussi leur fissent apparoir, par scedulles ou autrement, deuement de leurs lecture et temps suffisant acquis pour parvenir au degré de licence et ce sur grans peines, offrant que pareillement defiences leur fussent faites comme ausdits defendeurs, et tout consideré;

Il sera dit que lesdits docteurs, recteur, procureur general et scolastique de l'Université d'Orleans seront oys, et vendront dire ce que bon leur semblera sur le contenu en ladite requeste pardevant lesdits commissaires au mois prochain venant; et ce pendant seront faites et fait ladite Cour inhibicion et defence à chacune desdites parties, en peine de cent marcs d'or et de perdicion de cause, qu'elles ne facent aucune chose ou prejudice du procès pendant entre elles en ladite Court, et mesmement que aucun d'eulx ne procedent à licencier, examiner ne recevoir à l'examen de licence aucuns bacheliers se prealablement il ne leur appert de leurs lettres de bachelerie, et qu'ilz soient deuement informés par lettres ou autrement deuement que lesdits bacheliers aient leu et continué l'estude depuis leur bachelerie par temps compettant et requis par les statuz des Facultés desdites Universités dont ilz seroient partis pour parvenir au degré de licence; et enjoinct ladite Court à chacune desdites parties qu'ilz ne refusent ausdits bacheliers leurs lettres de bachelerie et scedulles de leur lecture, sur la peine que dessus, tout par manière de provision, sans préjudice des droiz et procès d'entre lesdites parties et jusques à ce que par ladite Court autrement en soit ordonné. » — En marge : « [Martin de] Bellefaye ». — « Dit aux parties le xxie may. » — Archives nationales, X^1a^ 1487, fol. 61.

Item, in eadem missa, domini vocati per cedulam super facto duorum statutorum in precedentibus proximis missis et collegiis advisatorum, fuit pro tercia et ultima conclusione dictum et ordinatum, quod dicta duo statuta conveniunt honestati Facultatis et profectui scolarium, et propterea tanquam utilia et necessaria acceptantur per Facultatem, et regestrabuntur in libro statutorum suo loco, etc.

(F° 23 r°). Die sabbati prima junii, vigilia Penthecostes, dominus Johannes le Gressier legit Decretalem solempnem (*Majores*) *Cum Marte* de baptismo, in scolis majoribus Facultatis, hora matutina et consueta; legit autem loco domini Nicolai de Grucy, tunc absentis, ea condicione quod idem de Grucy in Nativitate Domini legeret Decretalem similem pro eodem domino de Gressier; alias tenebitur idem dominus de Grucy satisfacere predicto le Gressier de suis laboribus, juxta taxam alias per Facultatem in simili casu sepius ordinatam [1]. [1er Juin.

Die jovis sexta Junii, celebrantur missa et collegium Facultatis, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray, et ibi nichil actum est quod sit scribendum pro regestro atque memoria futura, etc. [6 Juin.

Die jovis xiii Junii, fuit missa et collegium Facultatis, et ibi comparuerunt domini Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [13 Juin.

Die jovis xx Junii, fuit missa et collegium, absente decano qui infirmabatur, gravi valetudine detento, propter labores nimios quos pro negociis Facultatis susceperat lubens ac ex animo. Qui quidem decanus misit librum et claves domino Stephano de Veteri Villa, ut, cum consensu Facultatis, vices ejus suppleret usque ad perceptam convalescenciam. [20 Juin.

Die jovis xxvii Junii, fuit missa et collegium, absente decano infirmo. [27 Juin.

Die mercurii tercia Julii, fuit missa et collegium, infirmo adhuc decano et absente. [3 Juillet.

Post receptam valetudinem per decanum Facultatis, idem decanus diligenter perquisivit a domino Stephano de Veteri Villa, ipsius substituto, si aliquid fuisset

[1] On lit dans la marge, d'une main peu postérieure : « Displicet subscribere bone memorie viro qui per varia negocia distractus inter scribendum titulum pro titulo scripsit; etenim *Cum Marthe* est in titulo *de celebratione missarum* (Decretales Gregorii papæ IX. . . . Paris, 1687, in-fol., t. II, fol. 191 *b*; c. 6, X, III, 41); *Majores* in titulo proxime sequenti *de baptismo et ejus effectu.* » (*Ibid.*, fol. 194 *a*; c. 3, X, III, 42.) En réalité, le mot *Majores* a été biffé par le doyen.

medio tempore et sue absencie actum, quod scribi et memorie commendari mereretur. Ipse autem affirmavit nichil omnino actum fuisse, et propterea nichil scripsi sub illis collegiis actis a xx Junii usque ad terciam Julii inclusive. Hoc equidem ita evenisse (et) ob illam causam solam arbitror, quoniam omnes tempestates Facultatis evanuerant, et ipsius inimici humiliati fuerunt justicia mediante; consummacio enim omnium turbacionum finem accepit in novissimo arresto lato xxi Maii novissime lapsi.

[10 Juillet.] Die mercurii x Julii, celebrantur missa et collegium, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Nicholaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray.

Aliqui dominorum gravi querela turbati sunt, propterea quod non legeretur extraordinarium more solito, affirmantes quod quamplures Facultatis emuli obloquebantur. Cum autem suo ordine promocionis haberet illud extraordinarium legere dominus Nicolaus de Conti, et ipse esset absens Ambianis, satis visa est materia perplexa, eo quod idem de Conti nulli onus hujus lecture commisisset. Fuit propterea facta instancia apud aliquos ex dominis doctoribus, quod vices domini de Conti vellent supplere, ne Facultas notam pateretur et scandal(l)um. Pluribus autem onus istud renitentibus, solus dominus Jacobus Junii obtulit supplere ipsius domini de Conti absenciam usque ad xv dies, et quod interim mittatur pro eo. Et fuit conclusum quod decanus mittat proprium nuncium Ambianis, cum litteris Facultatis, ad dictum dominum de Conti, ut veniat; et hic quidem nuncius sit expensis domini de Conti, recuperando sumptus super eo in distribucionibus Facultatis. Et ita factum est.

Fuit insuper dictum quod per decanum videantur memorialia data alias magistro Petro de Mota, que ipse reaportavit et restituit eidem decano, eo quod non reperisset Rome Guillermum de Castilliono, condoctorem Facultatis, et re infecta sibi commissa redierat [1]; hec autem memorialia erant super facto fiende licencie singulis annis per eandem Facultatem, de quibus quidem tactum est superius in his que acta sunt die sabbati xvm Novembris, die jovis xvm Januarii; et videretur si expediret litteras apostolicas expedire juxta dicta memorialia, vel si aliquid sit immutandum, vel si res et expedicio debeat obmitti vel differri. Quibus visis, communicavit hanc materiam particulariter quasi omnibus dominis doctoribus. Quorum quasi omnium sentencia et opinione visum est pocius hanc materiam alia via temptari et experiri, videlicet quod, cum hec materia non afferat cuiquam prejudicium, non Universitati, non alteri Facultatum, non cancellario Parisiensi, non scolaribus aut aliis quibuscumque, quod similiter statuta Universitatis, Facultatis, cancellariatus Parisiensis non sint huic rei adversa, dictum est

[1] Sur cette mission de Pierre de La Motte, cf. plus haut.

quod Facultas ipsa facto experietur hanc provinciam cum certis medis, videlicet in primis quod domini Johannes de Courcellis, Johannes Picart, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray adirent dominum cancellarium ecclesie Parisiensis et cum eo tractarent quod esset contentus quod fieret dicta licencia. Secundum fuit quod, ubi prefati deputati obtinuissent a prefato domino cancellario consensum ipsius, tunc Facultas instabit apud dominum regem quod rex scribat Facultati pro licencia alicujus, non obstante quod non sit annus jubileus; hec autem littere regis erunt pro excusacione aliquali Facultatis contra obloquutores. (F° 93 v°). Harum autem litterarum regiarum impetrandarum fuit commissa diligencia decano Facultatis, tempore et loco competentibus, etc.

Die jovis XXIII Julii, missa et collegium, ubi interfuerunt domini Johannes de Courcellis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [18 Juillet.]

Supplicarunt pro lectura prima ordinaria, vacante per obitum quondam magistri Humberti Paterii[1], viri docti, gravis moribus et etate, magistri Robertus La Longue, Theobaldus Marcel, licenciatus in jure canonico, Dionisius Aligret[2], in jure civili licenciatus et in jure canonico baccalarius, et Nicolaus du Ru, baccalarius in jure canonico. Quibus ad partem retractis, considerantes domini doctores quod istud officium esset ma(n)gni laboris et ma(n)gne consequencie, quod eciam legens ordinarium portabat pondus majus et gravius totius Facultatis, judicarunt hoc officium non esse committendum favore aut gracia alicujus, sed pocius illi quem Facultas cognoverit sufficienciorem ac ydoniorem. Et quoniam hujus rei non potest melius fieri experimentum quam quod singuli supplicancium ipsam lecturam certis diebus ordine suo experiantur, et quod domini doctores qui voluerint, poterunt adire scholas ab extra et illos legentes audire, quo melius veritatem referant Facultati; quibus quidem supplicantibus revocatis, dixit decanus ea que inter dominos fuerant conclusa. Et fuit ordinatum magistro Dionisio Aligret quod in crastinum legeret et continuaret usque ad proximam missam; magister Theobaldus Marcel legeret post eum; magister Robertus La Longue, tercio loco, et magister Nicolaus du Ru legeret quarto loco, et quilibet eorum per spacium unius septimane. Magister vero Robertus La Longue noluit suo loco legere.

Die mercurii XXVIII Julii, fuit missa et collegium, ubi interfuerunt domini Nicolaus de Conti, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, [28 Juillet.]

[1] Sur Hubert Patier, voy. plus haut, p. 227.

[2] Denys Aligret, sur lequel on trouvera plus loin quelques détails, succéda comme doyen à Robert Gaguin et mourut en 1500, au cours de son décanat. On lit en effet cette note au fol. 16 du t. III des *Memoriaux* : « Ego Nicholaus Dorigny feci conscribi registrum domini Aligret, quia obiit tempore sui decanatus. »

Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

[31 Juillet.] Die mercurii ultima Julii, celebrantur missa et collegium Facultatis, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

[8 Août.] Die jovis VIII Augusti, missa et collegium, absente decano et ipsius locum tenente domino Stephano de Veteri Villa.

[13 Août.] Die martis XIII Augusti, convocatis dominis per cedulam et juramentum apud cameram examinis, post prandium, hora secunda post meridiem, quia pauci ex dominis comparuerunt, remissa fuit dies in crastinum, et fuit ordinatum quod de novo vocentur per cedulam et juramentum ad diem crastinam, post missam ordinariam, apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum.

[14 Août.] Die mercurii XIII Augusti, missa et collegium, ubi interfuerunt domini Johannes de Courcellis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleys, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et ibi relacione facta a dominis doctoribus qui omnes tres qui legerant audiverant, informacione eciam diligenti habita a licenciatis, baccalariis et scholaribus super ydoneitate aut insufficiencia illorum qui pro eadem lectura supplicabant et quos pariter in scholis audiverant, tandem omnium dominorum doctorum unanimi consensu electus est pro primo legente ordinarium magister Dionisius Aligret. Quia vero ma(u)gna relacio fiebat de magistro Nicolas du Ru, fuit sibi per Facultatem concessum quod posset legere secundum ordinarium Facultatis, si voluerit. Ipse autem Aligret humiliter reddidit gracias dominis doctoribus et prestitit juramenta solita. Magister vero Nicolaus du Ru neque acceptavit lecturam secundam neque similiter accept(er)are negavit.

[22 Août.] Die jovis XXII Augusti, fuit missa Facultatis et collegium, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Nicolaus de Conty, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

[30 Août.] Die veneris XXX Augusti, fuit missa Facultatis et collegium, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, supplicarunt pro mensibus rigoroso et gracioso domini Jacobus Junii et Johannes Picart; quibus fuit concessum, proviso quod similiter hec gracia concedatur omnibus dominis doctoribus aliis qui eadem gracia voluerint uti.

Fuit ordinatum quod per cedulam convocentur domini aliqua die ad videndum quibus mediis, quo ordine et qua forma et via celebrabitur licencia in jure canonico hoc anno proximo non jubileo, etc.

Quoniam ad instanciam aliquorum dominorum doctorum aut favore vel gracia sepe solet accidere quod plures scolares qui volunt suscipere gradum baccalariatus tam repente nituntur a Facultate expediri, ut quasi eodem die et in momento vo(l)lunt promoveri sibique per decanum assignari capitulum super quo debent examinari, etc., communantes aliquando ipsi scolares quod, si eorum examen differatur, ibunt alibi pro gradu predicto recipiendo, quasi existimantes quod domini doctores parum aut nichil faciant collacionem gradus, dummodo pecuniam pro bursis habeant, et ideo sepe petebant dicti studentes sibi assignari per decanum Facultatis capitulum super quo habeant examinari, et sepenumero ita factum est precedenti tempore. Omnibus tamen per dominos recte pensatis, considerata eciam antiqua Facultatis gravitate, que eidem Facultati dignitatem et decus antehac attulit, decretum est quod per decanum Facultatis sua auctoritate vel ad instanciam cujuscumque nulli de cetero assignetur capitulum pro examine alicujus baccalariandi extra colleginm; quinymo teneatur quicumque volens baccalariari primo supplicare in Facultate, et ibi per decanum assignetur capitulum pro dicto examine in presencia collegii; quod si secus fecerit decanus, nullomodo admittatur talis scolaris ad examen; sed si supplicaverit postea, tunc sibi assignabitur aliud capitulum quam quod per decanum privato loco fuerat assignatum prius, etc.

(F° 24 r°). Die jovis quinta Septembris, fuit missa et collegium, ubi interfuerunt domini convocati per cedulam super facto licencie celebrande hoc anno in Facultate. Et fuerunt presentes ibidem domini Johannes de Courcellis, Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et ibidem refricatis his que actitata sunt die x Julii in collegio Facultatis, de quibus ibidem ultimo articulo, etc., fuit conclusum quod celebrabitur hoc anno licencia, dummodo reperiantur baccalarii qui habeant tempus quesitum simul et doctrinam; et quod tractetur apud dominum cancellarium Parisiensem quod sit contentus de licencia celebranda hoc anno, etc. Quem quidem cancellarium domini Courcelles, Du Pleis et Cambray adierunt, et communicacione satis ampla super hoc habita cum eo, obtulit se facturum quecumque petebat Facultas tanquam rem justam et honestam, et multum laudavit propositum super hoc Facultatis, etc. [5 Septembre.]

Eadem die, comparuit in Facultate personaliter Petrus Bradde, presbiter, curatus de Creciaco [1], Meldensis diocesis, qui citatus fuerat ad instanciam promotoris Facultatis; qui promotor proposuit contra eum, quod multa inhonesta verba dixisset de persona mei Ambrosii de Cambray apud Creciacum, in odium certe sentencie obtente per dictum de Cambray contra eundem Bradde pro visitacione dicte cure de Creciaco. Qui omnia negavit, et propterea fuit continuata dies dicto Bradde usque [ad] diem jovis XII Septembris, et quod ibi personaliter compareat, etc.

[12 Septembre.] Die jovis XII Septembris, celebratur missa et collegium Facultatis, ubi interfuerunt domini Johannes de Courcellis, Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et fuit ordinatum quod, propter paucitatem scolarium, non legetur parvum ordinarium per dominos doctores legi consuetum; sed in istius compensacionem dominus Nicolaus de Conti, qui legit extraordinarium, leget quinque vel sex lectiones usque ad festum Omnium Sanctorum, pro aliquali exercicio et continuacione lecture doctoralis, etc.

Isto die, non comparuit Petrus Bradde, et data est contra eum contumacia, ipso debite pluries prius vocato, etc.

Quidam Anthonius Champerii, clericus, Lugdunensis diocesis, baccalarius in jure canonico, supplicavit quod darentur sibi cedule suorum voluminum, et quod intendebat ire Aurelеanis ad suscipiendum gradum licencie. Cui fuit responsum quod domini ignorabant si esset baccalarius vel non, et quod regestra Facultatis visitarentur, eciam illa decani et bidelli majoris, que quidem non erant ibi, sed erant apud domos decani et bidelli. Quod si reperiretur esse baccalarius, deferrentur ipsius cedu(l)le in proxima missa et collegio Facultatis, celebrandis die jovis XIX Novembris, et quod tunc idem Champerii ibidem compareret, et sibi darentur dicte cedule juxta Facultatis statuta. Et quia ipse a notario quem secum ad[d]uxerat sepenumero peciit instrumentum, quod domini nolebant dare sibi cum instancia petenti suas cedulas voluminum, domini similiter pecierunt ab alio notario publico instrumentum, quod non negabant eidem, sed eas offerebant in proxima missa, etc., et hujusmodi dilacio erat justa et honesta propter causas dictas hic superius, etc.

[19 Septembre.] Die jovis XIX Septembris, convocatis dominis per cedulam super visitacione et

[1] Crécy-en-Brie (Seine-et-Marne). — Dans les registres du Châtelet, à la date du 25 juin 1491, on voit «Pierre Brade, licencié en loix, condamné envers Pierre Bezon en tels depens que ledit Beson pourra prouver». Bibl. nat. *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 66. — On rencontre, le 10 août 1491, un personnage de la même famille, «Anthoine Brade, marchant à Meaux», qui plaide contre Jean de Bethisy, tanneur à Paris, et Odo Grandeau, peintre, son propre beau-frère. *Ibid.*, p. 80.

opcione scholarum, fuit missa et collegium. Et ibi interfuerunt domini Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et ipsi domini optarunt scholas quas anno precedenti optaverant, nichil immutando, etc.

Tunc ego Ambrosius de Cambray, decanus, supplicavi quod domini michi concederent cameram prope aulam examinis, quam pro scholis optaveram anno proxime preterito et hoc presenti anno, quod eam haberem ad vitam meam, adeo quod non sint optabiles per alios dominos presentes et futuros, eciam in absencia mea, ita quod non possint michi auferri. Quod quidem michi grato animo concesserunt, prout et alias michi concesserant. Et de hoc michi cedulam signatam eorum signis manualibus dederunt, et idem michi concesserant die x Octobris anni Domini millesimi cccc septuagesimi quarti, ut scribitur in registro decanatus illius anni, sub domino Stephano de Veteri Villa[1]. Ea tamen condicione adjecta concesserunt, quod in absencia mea a civitate Parisiensi, vel ubi presens essem Parisius et non possem aut nollem legere, aliquis ex dominis doctoribus vel aliqui eorum successive et diversis temporibus poterit vel poterunt in eadem camera sive schola legere; sed dicto Ambrosio superveniente vel legere volente, ipse Ambrosius libere poterit dictam cameram sive scholam sine consensu alicujus intrare et ibi legere, nec sibi super hoc poterit quodcumque dari impedimentum, etc.

Eo die, comparuit coram Facultate prefatus Anthonius Champerii, petens cum instancia suorum voluminum cedulas sibi dari. Et quia domini perceperant ipsum dolose fuisse missum per doctores Aurelianenses (erat enim idem Champerii alterius doctorum Aurelianensium nepos), et mittebatur per Aurelianenses, qui sperabant Facultatem sibi denegare dictas cedulas, et sic facere contra arrestum novissime datum per curiam Parlamenti inter Facultatem et Aurelianenses, ex quo Facultas penas arresti incurrisset, etc. Ex alia autem parte dicebant Aurelianenses quod si dicto Champerii Facultas dederit suas cedulas, ipsi Aurelianenses poterunt illum licenciare, et concludebant quod, exemplo istius Champerii, possent ceteri baccalarii Parisienses transire Aurelianis pro recipiendo gradu licencie, (F° 24 v°) et sic ex consequenti frustratorium redderent suis dolis dictum arrestum datum in favorem Facultatis contra Aurelianenses. Facultas autem, hanc intelligens maliciam, sua prudencia dolosum eorum Aurelianensium conceptum superavit, et cum omni honestate ac veritate. Convocavit enim ad se Facultas magistrum Guillermum Melun, notarium publicum, et duos testes, in quorum presencia et dicti Champerii decanus nomine Facultatis recitavit peticionem factam per eundem Champerii, xii presentis mensis, in presencia Facultatis, responsum

[1] Voir plus haut, p. 227.

eciam sibi datum per Facultatem; que omnia confessus fuit dictus Champerii et nichil negavit. Tunc exhibuit idem decanus cedulas voluminum dicti Champerii, et eidem dixit quod Facultas erat parata sibi illas dare, servatis et adimpletis aliquibus juxta statuta Facultatis. Et ideo decanus adjuravit dictum Champerii si legisset in scholis Clausi Brunelli ultra primam lectionem, et quod domini bene erant informati de veritate, et propterea monebant eum ne incurreret perjurium. Ipse autem medio juramento affirmavit quod nunquam legisset nisi illam primam suam lectionem quando primo fuit baccalarius, neque continuavit postea aliquam lectionem. Post quam quidem deposicionem dicti Champerii, domini legi fecerunt per decanum in presencia dicti Champerii quoddam statutum Facultatis, quod incipit : *Item omnes baccalarii teneantur legere singulis diebus*, etc., situm sub rubrica que incipit : *Secuntur statuta tangencia baccalarios legentes*. Postmodum, ipsum fecerunt retrahere ad pa[r]tem extra collegium. Tunc domini, visitatis statutis dicte Facultatis, volentes se conformare statutis predictis, scribi fecerunt in dorso dicte cedule pro primo volumine dicti Champerii verba que secuntur, et voluerunt quod illa hic insererentur pro copia et forma, si futuro tempore similibus Facultas indiguerit, etc.:

« Quia medio juramento Anthonius Champerii in albo nominatus affirmavit coram dominis decano et collegio venerande Facultatis Decretorum Parisius atque notario publico et testibus, quod post hic susceptum per eum baccalariatus gradum in eadem Facultate, non nisi primam et unicam lectionem in jure canonico legit in scholis Parisius; ideo per eosdem dominos decanum et collegium, se conformantes statutis ipsius Facultatis, que quidem ipsi coram prefato Anthonio Champerii legi fecerunt, extitit declaratum presentem cedul(l)am in nullo suffragari posse dicto Anthonio Champerii quoad tempus aliquod sibi acquisitum vel acquirendum pro licencia in eodem jure canonico obtinenda. »

Erat insuper subscriptum signum manuale magistri Roberti du Gué; et in albo dicte cedule, sub sigillo decani Facultatis et annotacione proclamacionis facte per bidellum, erat hoc quod sequitur scriptum : « Videatur in dorso presentis cedule quid fuerit ordinatum per Facultatem Decretorum Parisius. » Istud autem fuit positum, ne doctores Aurelianenses vel alii possent pretendere ignoranciam eorum que in dorso scripta erant, et dicere potuisset homo subdolus et malignantis spiritus : « Nescivi quod aliquid esset scriptum in dorso, et illud ignoravi », et pretextu illius ignorancie crasse et sup(p)ine promoverent doctores Aurelianenses similes baccalarios non legentes et qui tempus non acquisierunt, pretextu exhibicionis cedularum, etc.

De omnibus autem istis petitum fuit publicum instrumentum a dicto Melun, quod in capsa Facultatis reconditur. Quibus peractis, et vocato dicto Champerii, domini sibi dederunt suam cedulam voluminis primi. Monuerunt autem eum quod solveret pensionem scolarum, quas retinuerat, et in quibus fuerat pro-

clamatus pro primo volumine, et quas inaniter tenuerat loco alterius; et quia hoc facere recusavit, domini fecerunt eum citari coram cancellario ecclesie Parisiensis, etc.

Die jovis XXVI Septembris, fuit missa et collegium, ubi interfuerunt domini Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Jacobus Junii, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray. Et ibi magister Dionisius Aligret, legens ordinarium primum, supplicavit quod domini haberent ipsum excusatum pro def(f)ectibus per eum commissis circa lecturam ordinariam; secundo, quod vellent sibi de novo committere onus et officium dicte lecture ordinarie. Quo quidem Aligret ad partem retracto, postea revocato, domini habuerunt ipsum excusatum, et de novo sibi dictam lecturam primam commiserunt. Qui, gracias humiles persolvens Facultati, rursum supplicavit sibi dari per Facultatem et assignari librum quem pro futuro anno legeret. Domini autem decreverunt et sibi dixerunt quod continuaret librum quem novissime legisset, videlicet primum Decretalium; quo finito, veniret prefatus Aligret ad Facultatem, que tunc sibi provideret de lectura alterius libri. His autem factis, prestitit juramenta jurari solita per primum legentem idem Aligret, tanquam noviter assumptus ad dictum onus sive exercicium, etc. [26 Septembre.]

Die dominico sequenti XXIX Septembris, recessit decanus Facultatis profectus ad curiam regis ex speciali ipsius mandato, etc., et dimisit claves et librum statutorum Facultatis apud dominum Nicolaum de Gruey. [29 Septembre.]

Rediit autem idem decanus Facultatis die martis quinta Novembris immediate sequentis, et recepit penes se librum statutorum et claves Facultatis e manibus prefati domini Nicolai de Gruey, quem inquisivit si aliquid medio tempore factum aut ordinatum fuisset, quod scribendum foret in presenti regestro; qui constanter affirmavit nichil intervenisse, etc. Quapropter obmittuntur hic omnes misse et collegia que fuerunt celebrata a XXVI Septembris usque ad quintam Novembris inclusive, etc. [5 Novembre.]

Fuerunt autem quinque misse ordinarie et collegia, videlicet jovis tercia, jovis V. jovis XVII. jovis XXIII et jovis ultima mensis Octobris, etc., et nichil in illis actum scriptura dignum.

Finis regestrorum anni M IIII^c LXXV et partis [M CCCC] LXXVI. — A. de Cambray.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS.

2. LICENCES.

(F° 20 v°). Sequitur vera annotacio ordinis quo vocati sunt sexdecim numero baccalarii Decretorum ad licenciam in jure canonico obtinendam, die martis xxiii Aprilis, anni Domini millesimi quadringentesimi septuagesimi quinti, cum adopcione dictorum baccalariorum facta per dominos doctores, etc.

[1476-23 Avril.]

Cosmas Guimier	Hunc adoptavit dom. Johannes de Courcellis.
Petrus Regis	dom. Jacobus Aubry.
Robertus La Longue	dom. Johannes du Pleis.
Theobaldus Marcel	dom. Ambrosius de Cambray.
Daniel Ogerii	dom. Robertus Tulleu.
Arnulphus de Marchel	dom. Johannes Picart.
Johannes de La Planche	dom. Nicolaus de Conti.
Johannes Chardeti	dom. Stephanus de Veteri Villa.
Vincencius Veranneman	dom. Jacobus Junii.
Johannes Warin	dom. Andreas Wasselin.
Bertrandus Soly	dom. Martinus de Fraxinis.
Johannes de Pabrau	dom. Johannes le Gressier.
Frater Stephanus Gerardi	dom. Nicolaus de Grucy.
Petrus de Ruella	dom. Johannes de Courcellis.
Galterus Tetelli	Ambrosius de Cambray.
Jacobus Vernoti	dom. Martinus de Fraxinis.

3. BACCALAURÉATS.

(F° 25 r°). Secuntur nomina illorum qui fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico per consultissimam Decretorum Facultatem Parisius, a die ix mensis novembris anni Domini iiii^{c} septuagesimi quinti usque ad septimam diem ejusdem mensis anni iiii^{c} lxxvi.

xxix Novembris... Mercurii xxix Novembris mag. Vincencius Veranneman, mag. in art., Tornacensis dioc., qui supplicaverat die mercurii xxii precedenti

admitti ad examen baccalariatus, et cui fuerat Decretalis pro ipso examine assignata, fuit hoc die examinatus et admissus ad gradum baccalariatus, et solvit quatuor scuta auri, atque prestitit juramenta solita.

xxiv Januarii . . . . Mercurii xxiiii Januarii, in collegio Facultatis, post missam ordinariam, supplicarunt admitti ad examen baccalariatus Evenus Kermenec, mag. in art., Corisopitensis dioc., et Guillelmus Heredis, clericus, Eduensis dioc., quibus per decanum fuit assignata Decretalis pro examine predicto. Et die jovis prima Februarii, fuerunt ambo examinati et admissi ad prefatum gradum baccalariatus. Solverunt pro bursis, dictus Evenus duo scuta et quindecim undenos, et prefatus Heredis unum scutum regis et aliud de Guienna, prestiteruntque juramenta solita.

xxiii Februarii . . . Veneris xxiii Februarii, posteaquam supplicavit in Facultate Guido Cointerel, Carnotensis dioc., admitti ad examen baccalariatus, et sibi per decanum assignata Decretali pro ipso examine, fuit die prima Martii admissus ad gradum baccalariatus, examine premisso. Et solvit pro bursis tria scuta auri, et prestitit juramenta solita.

vi Marcii. . . . . Mercurii vi Marcii, in Facultate, post missam ordinariam, supplicarunt admitti ad examen baccalariatus Johannes Mauparlier, presbiter, Parisiensis dioc.[1]; Guillelmus Tyson, presbiter, rector parroch. ecclesie Beate Marie Albermi[2], Constanciensis dioc., et Johannes Perrée, mag. in art., dioc. Parisiensis. Et eis assignata Decretali per decanum, fuerunt examinati et admissi ad predictum gradum baccalariatus, die lune xi Marcii, apud cameram dominorum, juxta aulam examinis. Et pro bursis solverunt quilibet eorum tria scuta

Le Parlement rendit contre Jean Mauparlier, curé de Sarcelles, le 8 avril 1489, un très curieux arrêt dont voici la teneur (Bibl. nat., *Franç.* 21364, fol. 693 v°) : « Veu par la Cour les charges et informacions faictes par ordonnance d'icelle cour a l'encontre de Me Jean Mauparlier, curé de Sarcelles, sa confession et confrontacions d'aucuns des tesmoings desdictes informations, il sera dit que un des huissiers de ladicte cour se transportera au lieu de Villiers le Bel, devant le four de Jean Noel, demeurant audit lieu, aux despens dudict Mauparlier, et y fera inhibicions et deffenses de par ladicte cour sur grandes peines audit Mauparlier ou à son procureur, en la presence de douze des enfans de l'escolle dudict Sarcelles, à chacun desquelx sera donné un eschaudé, aussi aux despens d'icelluy Mauparlier, de ne faire directement ne indirectement chose ou prejudice de l'arrest de ladicte cour donné le xxiiie jour de fevrier dernierement passé, au proufit de Denis le Breton, sieur dudict Villiers, à l'encontre dudict Jean Noel et Jean du Plessis, sieur dudit Sarcelles, adjoinct avecq luy, ne de l'execution d'icelluy. Et au surplus, pour les parolles scandaleuses et injurieuses dites par ledict Mauparlier ou content de ladicte cour dudict arrest et execucion d'icelluy, ladicte cour l'a condemné et condemne en vingt livres parisis d'amende, dix desquelles seront baillées aux religieuses de Sainct Guillaume des Blancs Manteaux en ceste ville de Paris, et les autres dix livres aux novices des Freres Prescheurs de ladicte ville, et tiendra prison jusques a plaine satisfaction de ladicte somme. » — En 1493-1494, sous le rectorat de Jean Le Clerc, Jean Moparlier (*sic*), maître ès arts et licencié en décret, se présente à la collation du chapitre du Saint-Sauveur de Lapruse, diocèse de Bourges, et à celle du chapitre de Romorantin, diocèse d'Orléans. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 59, fol. 54 *bis*.

[1] S'agit-il d'Auvergny (Eure, arr. d'Evreux, c^on^ de Rugles) ? En ce cas, il faudrait supposer une erreur d'Ambroise de Cambray dans l'indication du diocèse.

auri; sic novem scuta pro ipsis tribus, prestitis per eos juramentis solitis.

xiv Martii. . . . . Jovis xiiii Marcii, postquam fuit admissus ad examen baccalariatus Johannes de Buyssi[1], Cathalaunensis dioc., supplicacione per eum facta, et sibi assignata Decretali(s) pro dicto examine, die lune sequenti, xviii Marcii, apud cameram examinis, fuit examinatus et admissus ad predictum gradum baccalariatus, prestitis per eum juramentis solitis. Et pro bursis solvit duo scuta, quoniam paupertate mediocri tenebatur.

xxii Aprilis. . . . . Lune xxii Aprilis, apud cameram examinis supplicarunt pro admissione ad examen baccalariatus Oliverius Blondel, presbiter, mag. in art., Ebroicensis dioc., et Petrus de Manso, Cameracensis dioc. Quibus fuit per decanum assignata Decretalis. Et Mercurii xxiii sequenti, fuerunt examinati et admissi ad gradum baccalariatus, et fuit dispensatum cum dicto Blondel super invitacione, etc.; prestiterunt solita juramenta. Et solverunt, predictus Blondel sex scuta, sponte illa offerens Facultati, ex quibus Facultas voluit duo sibi restituere, sed recipere omnino recusavit, et dictus de Manso (solvit) duo scuta cum xii undenis.

xvi Maii. . . . . [Die] jovis xvi Maii, in collegio Facultatis celebrato post missam ordinariam, supplicavit admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico Johannes du Pleis, mag. in art., Rothomagensis dioc. Cui assignatur Decretalis per decanum Facultatis pro examine.

xxii Maii. . . . . Et [die] mercurii sequenti, xxii ejusdem mensis, fuit examinatus et admissus ad eundem gradum, prestitis per eum solitis juramentis, qui solvit pro bursis quatuor scuta auri.

xxvii Maii. . . . . Die lune xxvii Maii, nobilis et potens dominus Carolus de Gaucourt, miles, locumtenens generalis regie sacre majestatis in civitate Parisiensi et insula Francie[2], misit pro me Ambrosio de Cambray, decano Facultatis, et per eum michi exposito quod Ludovicus, ejus filius, jam per biennium et ultra studuerat in Facultate Decretorum Parisius sub me decano; quodque christianissimus dominus rex noster Ludovicus instabat pro sua promocione ad ecclesiam Ambianensem vac(e)antem per obitum quondam domini Johannis de Gaucourt, fratris dicti Ludovici[3]; petebat idem dominus locumtenens filium suum Ludovicum admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico; petebat insuper quod non expectaret idem Ludovicus

[1] Bussy, départ. de la Marne, c^on de St-Amand.

[2] Cf. plus haut, p. 270. On y verra que Charles de Gaucourt avait des droits à la reconnaissance et aux services d'Ambroise de Cambray et de la Faculté de Décret.

[3] Jean de Gaucourt, administrateur, puis évêque du diocèse d'Amiens depuis 1473, mourut à Paris le 4 mai 1476. Ce passage des *Mémoriaux* établit que, contrairement au témoignage de Josse Bade (cité dans le *Gallia Christ.*, t. X, col. 1202), c'est bien Jean de Gaucourt qui précéda son frère Louis sur le siège épiscopal. Robert Gaguin félicita Charles de la promotion de son fils Jean dans la lettre relative aux magnifiques peintures d'un ms. de la *Cité de Dieu* et qui a été récemment remise en lumière par Louis Thuasne, *François Foucquet et les miniatures de la Cité de Dieu de saint Augustin*, dans la *Revue des Bibliothèques*, t. VIII (1898), p. 33 et suiv. Cf. un article de M. L. Delisle, dans le *Journal des Savants*, sept. 1898.

usque ad diem jovis, qua die erat missa ordinaria, quoniam erat omnino idem Ludovicus recessurus ad regem in crastinum, vel die mercurii, de mane, mandatus cum festinancia a dicto rege; instabat ulterius quod idem decanus assignaret eidem Ludovico Decretalem pro examine. Et licet idem decanus certissime sciret omnes dominos Facultatis velle sue dominacioni in omnibus complacere, tamen propter dignitatem et auctoritatem ipsius, simul et ob ipsius singulares virtutes et gracie dona quibus habundat maxime, cum propter grandia obsequia et beneficia per ipsum collata eidem Facultati tam in generali quam in speciali, noluit tamen idem decanus aliquid predictorum sue dominacioni concedere vel concedendum per dominos affirmare; sed eidem respondit quod post prandium quantocius sibi super his responsum daret, sibi bonam spem super premissis donando. Et confestim idem decanus, quia vidit non posse tam brevi tempore Facultatem convenire, singulariter (F° 25 v°) convenit et locutus est cum dominis Facultatis fere omnibus super peticionibus dicti domini de Gaucourt. Omnes autem domini prefati libenter in omnibus annuerunt suis peticionibus. Quapropter redii ego decanus ad eumdem dominum de Gaucourt, et assignavi dicto Ludovico Decretalem. Die vero mercurii XXIX sequenti, comparuerunt in domo habitacionis mee domini Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, coram quibus et me decano supplicavit admitti ad examen gradus baccalariatus prefatus Ludovicus de Gaucourt. Quo ad partem retracto et postea revocato, fuit exaudita supplicacio ejus, et super Decretali assignata sibi per decanum die precedenti fuit examinatus; quo sufficienti reperto, fuit admissus ad eumdem gradum. Et prestitis solitis per eum juramentis, ipse narravit quod, ex speciali et festinanti regio mandato, erat illo mane iturus ad dominum regem pro sua promocione ad episcopatum Ambianensem, et propterea non posset observancias Facultatis adimplere, ad quas tenetur quilibet baccalarius noviter admissus; quare super his omnibus petebat humiliter per Facultatem secum dispensari. Supplicavit et pariter magister Johannes Darli[1], licenciatus in theologia, ejusdem Ludovici pedagogus sive ductor, et hoc nomine domini de Gaucourt. Domini

[1] «Johannes Derly», Jean Darly (J. Masselin, *Journal des États généraux de France tenus à Tours en 1484*, éd. Bernier, p. 718 et 739) ou plutôt Jean de Rély, chanoine de Notre-Dame de Paris, le futur évêque d'Angers (1er déc. 1491), qui paraît avoir succédé à l'humaniste Pierre de Bory comme précepteur des frères de Gaucourt. On lit, à la fin de son *Traictié des troys vœux*, adressé à une religieuse, la note suivante : «Ce present traictié a esté escript et finé à Orleans par moy Jehan de Rely, chappelain et domestique de vostre cousin germain Reverend pere en Dieu Monsr Loys de Gaucourt, evesque d'Amiens, le XXVIIe jour du moys de may l'an mil CCCC et IIII^{xx}.» Bibl. nat. *Franç.* 1896, fol. 93 v°. Très mêlé ensuite aux affaires diplomatiques de son temps, il intervint en particulier dans les négociations relatives à l'arrestation de Jean Pic de La Mirandole, en 1488. Cf. Léon Dorez et Louis Thuasne, *Pic de La Mirandole en France*, p. 90. Voy. encore, sur cet important personnage, Claude de Seyssel, *Hist. de Louis XII* (éd. Th. Godefroy, 1615), p. 170; Jean de Roye, *Chronique scandaleuse* (éd. B. de Mandrot), t. II, p. 398.

autem doctores omnia eidem concesserunt, videlicet remiserunt sibi invitacionem que solet fieri. Super autem proposito et harenga per eum fiendis, domini prorogarunt sibi tempus usque comode facere possit. Et insuper, sponte et ultro domini remiserunt sibi omnia jura tam Facultatis quam harange et bidellorum, contemplacione domini gentioris sui.

xiii Junii ..... [Die] jovis xiii Junii, in collegio Facultatis, post missam ordinariam, supplicacione facta per Helbinum de Vaucelles, clericum, Atrebatensis dioc., quod admitteretur ad examen baccalariatus, et sibi Decretali assignata per decanum, die jovis xx ejusdem mensis fuit examinatus et admissus ad gradum predictum, prestitis per eum solitis juramentis. Et solvit pro bursis duo scuta solum, eo quod esset familiaris et servitor commensalis dom. Jacobi Junii.

xviii Junii..... [Die] jovis xviii Julii, in collegio Facultatis, post missam ordinariam, supplicavit admitti ad examen baccalariatus Jacobus Pison, in leg. bac., Pictavensis dioc., cui per decanum assignata Decretali pro dicto examine, ipse Pison, die mercurii xxiii ejusdem mensis Julii, fuit examinatus et admissus ad eumdem gradum, prestitis per eum solitis juramentis. Et pro bursit solvit tria scuta auri.

viii Augusti..... [Die] jovis viii Augusti, in collegio Facultatis, post missam ordinariam, supplicarunt admitti ad examen baccalariatus Paulus de Torday, presbiter, mag. in art. Sagiensis dioc., et Nicolaus Lallier, clericus Eduensis dioc.; quibus decanus assignavit Decretalem pro examine. Et die mercurii xiii Augusti, fuerant examinati et admissi ad predictum gradum baccalariatus, prestitis per eos solitis juramentis. Solverunt autem pro bursis, prefatus de Torday, quatuor scuta, et dictus Lallier, tria scuta.

xxx Augusti..... [Die] veneris xxx Augusti, in collegio Facultatis, post missam ordinariam, supplicavit Petrus Fallaise, clericus, dioc. Aurelianensis, admitti ad examen baccalariatus; et sibi assignata Decretali per decanum pro examine, die jovis quinta Septembris, fuit examinatus et admissus ad eundem gradum, prestitis per eum solitis juramentis. Qui quidem pro bursis solvit duo scuta et xii solidos Parisienses.

xii Septembris . . . . [Die] jovis xii Septembris, in collegio Facultatis, post missam ordinariam, supplicavit admitti ad examen baccalariatus Johannes Boisz de Waldeck, clericus, Treverensis dioc., canonicus ecclesie majoris Maguntine. Fuit eidem assignata Decretalis per decanum pro examine; et die jovis xix sequenti ejusdem mensis, fuit examinatus et admissus ad eundem gradum baccalariatus, prestitis per eum solitis juramentis. Qui pro bursis solvit quatuor scuta auri.

Hoc anno fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico Parisius decem et octo numero, et non plures, propter guerrarum discrimina. — A. de Cambray.

4. HARANGUES [1].

[1] Aucune mention.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

SEQUITUR COPIA CEDULARUM PER BACCALARIOS IN JURE CANONICO PARISIUS VOLENTES TEMPUS ACQUIRERE PRO LICENCIA OBTINENDA EXPEDITARUM A DECANO ET COLLEGIO FACULTATIS. QUE PER BIDELLUM MAJOREM PROCLAMATA FUERUNT IN SCOLIS MAJORIBUS DICTE FACULTATIS, A DIE XX MENSIS NOVEMBRIS ANNI DOMINI MILLESIMI QUADRINGENTESIMI SEPTUAGESIMI QUINTI USQUE AD DIEM SEPTIMUM EJUSDEM MENSIS ANNI PROXIMI SEQUENTIS SEPTUAGESIMI SEXTI.

Egidius de Fonte, dioc. Carnotensis, bac. in jure canonico, hodie in nonis B. Jacobi incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Thome, et hoc pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Et continuabit ad voluntatem audiencium. Datum Parisius anno domini M CCCC LXXV. [Novembre 1475 Septembre 1476.]

(F° 27 r°). Frater Odardus Medici, elemosinarius monasterii Celle, ord. S. Benedicti, Trecensis dioc., bac. in dec., in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum Parisius, die XXVI Novembris, anni Domini M CCCC LXXV.

(F° 26 r°). Nicolaus de Bivo, clericus de Parisius, bac. in jure canonico, hodie in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scolis posterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini. Et hoc pro tercio anno et tercio vol. sue lecture, et continuabit ad voluntatem audiencium. Datum Parisius, die VII mensis Decembris, anni Domini M IIII^C LXXV.

Guillelmus Heredis, clericus, Eduensis dioc., bac. in jure canonico, hodie in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, et hoc pro primo anno et primo vol. sue lecture, et continuabit ad voluntatem audiencium. Datum anno quo supra, XII mensis Februarii.

Johannes Perrée, in art. mag. et in jure canonico bac., de Parisius oriundus, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die VIII mensis Marcii.

Johannes Mauparlier, in art. mag. et in dec. bac., rector parroch. ecclesie de Cerselis [1], Parisiensis dioc., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal, in scolis superioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XIII Marcii.

Johannes Tison, presbiter, Constanciensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie, incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XV mensis Marcii.

Johannes de Buissi, clericus Cathalaunensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Ja-

[1] Sarcelles, département de Seine-et-Oise, arrondissement de Pontoise, canton d'Écouen. — Voyez plus haut, p. 303, n. 1.

cobi, incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra LXXV, [die] XXI mensis Marcii.

Petrus de Manso, clericus, Cameracensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno Domini M CCCC LXXVI, die XXVI mensis Aprilis.

Oliverius Blondel, in art. mag. et in jure canonico bac., Ebroicensis dioc., in nonis B. Jacobi incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra LXXVI, [die] XIII mensis Aprilis.

Jacobus Languort, subdiac. nobilis Maguntine dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie Virginis incipiet I librum Decretal., in scholis ma(n)guis Facultatis, et hoc pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M CCCC LXXVI, die XIII mensis Maii.

(F° 26 v°). Germanus Regnart, presbiter, Autheseodorensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M CCCC LXXVI, die XXI mensis Maii.

Richardus Bony, clericus, Lemovicensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, et hoc pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno quo supra, die XXIII mensis Maii.

Johannes du Pleis, Rothomagensis dioc., mag. in art. et bac. in jure canonico, hodie, in nonis B. Marie, incipiet I librum Decretal., in majoribus scholis Facultatis anterioribus, et hoc pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XXX mensis Maii.

Helbinus de Vaucelles, clericus, Attrebatensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, et hoc pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XXIII mensis Junii.

(F° 26 r°). Guido Cointerel, clericus Carnotensis dioc., bac. in jure canonico, hodie in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, XIII mensis Julii.

(F° 26 v°). Laurencius de Bosco, in art. mag. et in dec. bac., Tornacensis dioc., in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, et hoc pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum ut supra, die XIII mensis Julii.

Jacobus Pison, presbiter, Pictavensis dioc., bac. in jure canonico, rector parroch. ecclesie de Longavilla[1], Lucionensis dioc., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XVIII Julii.

Firminus Pingueré, clericus, Ambianensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, et hoc pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die VIII mensis Augusti.

Nicolaus de Rivo, clericus, de Parisius, bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet V librum Decretal., in scolis secundis Facultatis inferioribus, et hoc pro quinto anno et quarto vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die VIII mensis Augusti.

Paulus de Torday, presbiter, Sagiensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scolis secundis anterioribus Facultatis, et hoc pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra LXXVI, die XVII mensis Augusti.

[1] Longeville, département de la Vendée, arrondissement des Sables-d'Olonne, canton de Talmont.

Nicolaus Lailler, in art. mag. et in jure canonico bac., Eduensis dioc., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, et hoc pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XVII mensis Augusti.

Bertrandus d'Aubusson, nobilis, clericus, Lemovicensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die VI mensis Septembris.

Petrus Serizes, clericus, Claromontensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, et hoc pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die VI mensis Septembris.

Petrus Falaise[1], clericus, Aurelianensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Castri. Et hoc pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die VI mensis Septembris.

(F° 27 r°). Frater Petrus Bartonis, ord. S. Benedicti, Lemovicensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scolis secundis inferioribus Facultatis, et hoc pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum anno quo supra [M CCCC] LXXVI, die XI mensis Octobris. (Octobre 1476)

(F° 26 v°). Firminus Pingueré, clericus, Ambianensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, et hoc pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XI mensis Octobris.

Frater Lucas....., ord. S. Augustini, Sagiensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet IV librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Thome, et hoc pro quinto anno et quinto vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XII mensis Octobris.

Oliverius Blondel, in art. mag. et in dec. bac., presbiter, Ebroicensis dioc., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, et hoc pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XII mensis Octobris.

(F° 27 r°). Frater Odardus Medici, elemosinarius monasterii Celle, ord. S. Benedicti, Trecensis dioc., bac. in decretis, in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scolis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum Parisius, XXVI Novembris, anno Domini M CCCC LXXV[2].

Frater Odardus Medici, de quo in precedenti proximo articulo, incipiet V librum Decretal., in nonis B. Marie, in scolis inferioribus, ad intersignium B. Thome, pro quarto anno et quarto vol. sue lecture. Datum anno Domini M III^c LXXVI, die XII Octobris.

Egidius Morelet, presbiter, Ebroicensis dioc., mag. in art. et in jure canonico bac., in nonis B. Marie incipiet V librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Castri, et hoc pro quinto anno et quinto vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die VIII mensis Octobris.

Nicolaus de Rivo, clericus, de Parisius, bac. in jure canonico, in nonis B. Marie, incipiet V librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, et hoc pro quinto anno et quinto vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die VIII mensis Octobris.

Egidius de Fonte, presbiter, Carnotensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi,

[1] Le 12 mars 1482 [1483], au Châtelet, «honnorable homme et sage maistre Pierre Falaize, licencié en decret, a esté receu advocat». Bibl. nat., *Coll. Clairambault*, vol. 764.

[2] Malgré la différence des dates, il a été impossible de séparer cette mention de la suivante. Elles ont été très évidemment écrites le même jour.

incipiet v librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, et hoc pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum ut supra, die XIII Octobris.

(F° 26 v°). Petrus Falaise, presbiter, Aurelianensis dioc., in decretis bac., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium S. Thome, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum loco, annoque quibus supra, die XIII Octobris.

(F° 27 r°). Johannes Mauparlier, presbiter, Parisiensis dioc., mag. in art. et in jure canonico bac., in nonis B. Marie, incipiet II librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium B. Thome, et hoc pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, XXI die Octobris.

(H, f° 27 r°). Johannes Louchart, clericus, de Parisius, mag. in art. et in jure canonico bac., in nonis B. Jacobi incipiet III librum Decretal., in scolis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, et hoc pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum Parisius, anno quo supra LXXVI, die XXII mensis Octobris.

DÉCANAT D'AMBROISE DE CAMBRAY.

NOVEMBRE 1476 À NOVEMBRE 1477.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Cambray.

(F° 28 r°). Anno Domini mil[l]esimo quadringentesimo septuagesimo sexto, die jovis septima mensis Novembris, convocacione per cedulam facta omnium et singulorum dominorum doctorum regencium in veneranda Facultate Decretorum, apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum, super continuandis aut eligendis de novo decano et thesaurario ejusdem Facultatis, post peractas lectiones doctorales, et missa ordinaria celebrata, congregatis collegialiter dominis Johanne de Courcellis, Martino de Fraxinis, Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Johanne Gressier, Nicolao de Gruey et me Ambrosio de Cambray, supplicavimus dominus Jacobus Aubry, thesaurarius, et ego Ambrosius de Cambray, decanus Facultatis, haberi ab ipsis dominis pro excusatis circa administracionem nostrorum officiorum, uterque nostrum libros, claves et regestra consignando in manibus dicti domini Johannis de Courcellis, tanquam antiquioris doctoris regentis et decani naturalis. Qui quidem domini doctores unaniniter nos continuaverunt in predictis que habueramus officiis, prefatum scilicet dominum Jacobum Aubry in thesaurarium, et me Ambrosium de Cambray in decanum; et, per utrumque nostrum prestitis que ad officia nostra spectant juramentis in manibus supranominati domini Johannis de Courcellis, idem nobis restituit libros, regestra et claves que ad officia nostra respective spectant. In votis autem et deliberacionibus predictis servatus est ordo inter dominos sue promocionis, uti anno immediate precedenti. [7 Novembre.]

Decanus Facultatis exhibuit illo die dominis ibi presentibus litteras missorias regis nostri christianissimi, directas ipsis et cancellario ecclesie Parisiensis super facto licencie celebrande hoc anno non jubileo, quas secum ap[p]ortaverat decanus a curia domini regis[1]. Que quidem littere erant confecte juxta intencionem Facul-

[1] Ces lettres de Louis XI ne sont mentionnées ni dans l'*Inventaire des Archives de l'Université*, rédigé en 1623-1624 (Bibl. nat. *Franç.* 22394), ni dans l'*Index chronologicus* de Ch. Jourdain.

tatis, de quibus mencio fit ultimo articulo eorum que acta fuerunt die mercurii x Julii[1]; que grate fuerunt Facultati; et fuit ordinatum quod domini Johannes de Courcellis, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray ipsas presentabimus domino cancellario ecclesie Parisiensis[2], simul et ab eo adhuc sciemus suam circa hoc intencionem, etc.

Retulit idem decanus quod in favorem Facultatis obtinuerat a christianissimo domino nostro rege graciam pro omnibus et singulis dominis doctoribus ejusdem Facultatis regentibus, pro omnibus legentibus ordinarium matutinum, atque eciam pro duobus bidellis, clavigero singulisque bidellis singulorum dominorum doctorum, tam presentibus quam futuris, quod singuli eorum habeant causas suas possessorias et personales commissas coram consiliariis regiis requestarum Palacii, instar consiliariorum regiorum in curia Parlamenti, et quod rex preceperat et mandaverat suo secretario litteras patentes super hoc in forma expediri; et licet plures dominorum Facultatis sepius instetissent apud eumdem decanum pro dicta gracia impetranda[3], dum regis presenciam adiret, tamen aliqui ipsorum, gracia obtenta, tepuerunt nimis pro expedicione litterarum regiarum dicte concessionis ob aliquam levem impensam, etc. Et sic res in suspenso manet.

[14 Novembre.] Die jovis XIII Novembris, celebrantur missa et collegium, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray.

Illa die, magister Robertus du Gué, major bidellus[4], et Claudius Poculot, subbidellus Facultatis, in presencia decani et Facultatis deposuerunt virgas sive

(1) Cf. ci-dessus, p. 295.

(2) Cf. ci-dessus, pp. 295 et 297.

(3) Ambroise de Cambray était maître des requêtes, et c'était surtout à ce titre qu'il avait entamé la négociation.

(4) Robert du Gué mourut probablement vers la fin de 1499; en tout cas, il était déjà mort le 16 janvier 1499[1500] : «Raoul Guillier, procureur au Chastelet, ayant la garde de Jehanne Guillier, sa fille, et de feue Perronne du Gué, sa femme, requerant avoir par retrait une maison et ses appartenances, rue Gallande, près la place Maubert, où pend le *Pressoir*, qui fut Robert du Gué, ayeul de ladite Perronne, et depuis à Jacques Le Jay et Marie du Gué, sa femme, fille et héritière en partie dudit Robert, contre honorable homme et sage m. Jehan Louchart, advocat au Parlement; après qu'il est aparu audit Guillier ladite maison avoir esté adjugée par decret audit Louchart, et que m. Jehan du Gué, bedel en l'Université, oncle de ladite mineure, avoit mis ledit Louchart en procez pour raison avoir; dit est que ledit Louchart est absous de la demande dudit Guillier.» Bibl. nat., *Collection Clairambault*, vol. 765, p. 323. — Sa veuve, Philippe de Longueil, est nommée comme telle dans un acte du 28 avril 1500 : «Les religieux, abbé et couvent de Sainte Geneviefve, demandeurs, contre madamoiselle Philipes de Longveil, veufve de feu m. Robert du Gué, m. Jehan du Gué, Guillier, procureur au Chastelet, tuteur de Jehanne Guillière, sa fille, heritière de feu Perine du Gué, sa mère; lesdits Perine et Jehan du Gué et Marie du Gué, frère et seurs, heritiers dudit feu Robert du Gué, lesdits Du Gué condamnez à exhiber les tiltre[s] d'une maison acquise par le lit feu Robert du Gué, estant de la censive desdits religieux.» *Ibid.*, p. 354. Le 16 novembre 1500, Jean du Gué est mentionné dans les registres du Châtelet avec la qualité de «grand bedel de la Faculté de Decret». *Ibid.*, p. 305; cf. pp. 323 et 382.

massas ambas argenteas et eas in manibus eorum dederunt, supplicantes admitti ad renovacionem juramentorum officium bidellatus tangencium. Quibus ad partem retractis et bac(c)ulis sive massis ibidem remanentibus, domini attendentes quod supplicacio dictorum bidellorum erat tenuis nimis et macra neque exponebant ea ad que tenentur; quod officia eorum erant annalia et admovibilia ad nutum Facultatis; quod ipsarum massarum deposicio in manibus Facultatis erat hujus rei evidens testimonium, quasi ipsi bidelli erant officio illo functi et insignia propterea bidellatus deponebant; insuper, quod pre[de]cessores ipsorum ita semper fecerant, quod singulis annis renunciabant expresse dicto officio, simul et massas deponebant, et hoc facto supplicabant quod per Facultatem ipsis de novo committeretur exercicium dicti officii pro unico anno proxime futuro; et quia de novo illis eisdem sepe committebatur, ideo de novo habebant renovare juramentum, sicut decanus, thesaurarius Facultatis continuati et legentes de mane renovant juramentum, etc., quia de novo committuntur, etc.; quoniam autem res ita esset maxime importancie et in prejudicium auctoritatis Facultatis posset in futurum cedere, ibi autem erant domini in pauco numero, fuit ordinatum quod in proxima missa domini convocabuntur per cedulam, sed in cedula nichil exprimetur aut declarabitur eorum propter que domini sunt convocandi, ne ad noticiam bidellorum perveniat, qui ipsam cedulam ad singulos dominorum deferunt [1]. Tenor autem cedule est iste :

« Ex ordinacione venerande Facultatis Decretorum Parisius, compareant omnes domini doctores regentes in eadem Facultate, die jovis vicesima prima mensis Novembris 1476, apud sanctum Johannem Jherosolimitanum, hora octava post missam ordinariam Facultatis, super aliquibus que honorem, libertates, commodum et auctoritatem dicte Facultatis maxime concernunt. »

Fuitque conclusum quod, ubi materia occurret que non debeat bidellis manifestari, servabitur de cetero forma predicta, etc. Insuper fuit commissum decano quod ex regestris aliis Facultatis (F° 28 v°) extraheret nomina bidellorum Facultatis qui dictis officiis specialiter renunciarunt singulis annis, similiter et omnia illa que huic rei inservire poterant. Revocatis autem dictis bidellis, dictum extitit eisdem per decanum quod reciperent virgas suas, et quod in proxima missa redeant et de novo supplicent, etc.

Die jovis XXI Novembris, fuit missa et collegium, et ibi comparuerunt domini Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray, convocati quidem per cedulam; et ibi [21 Novembre.

[1] C'est le commencement de la grande affaire des bedeaux qui émut alors tout le monde universitaire. Cf. Jourdain, *Index chronol.*, p. 298, n° 1405 (statut de la nation française), et Du Boulay, *Remarques sur les bedeaux de l'Université* (Paris, 1670, in-4°), p. 38.

venerunt ambo bidelli Facultatis, magister Robertus du Gué et Claudius Poculot, qui supplicacionem suam nudam et macil(l)entam iterarunt, ea forma qua fecerant in missa precedenti, et massas restituerunt Facultati more solito, sicut fecerant in novissimo collegio. Quibus fuit per decanum dictum quod annis precedentibus ipsi et pre[de]cessores sui in eisdem officiis consueverunt resignare singulis annis in manibus Facultatis dicta sua officia atque massas deponere, etc. Et omnia dicta sunt eisdem atque recitata que in proximo precedenti articulo continentur, hoc insuper adiciendo quod plures bidelli, sui pre[de]cessores, in assumpcione sui officii jurarunt specialiter et expresse dicta officia singulis annis resignare. Eorum autem omnium in promptu facta fuit eisdem fides, et exhibita fuerunt regestra antiqua Facultatis, videlicet regestrum de anno Domini M IIIc decimo sexto, tempore domini Johannis de Servavilla, decani, in quo fuit repertum, folio xxi, prima pagina, tercio et quarto articulis; item LI folio, secunda pagina, tercio articulo ejusdem regestri de anno IIIc vicesimo primo; item LV folio, primo articulo secunde pagine; item LXIII folio, primo et secundo articulis secunde pagine; item LXXV folio, quarto articulo prime pagine; item nonagesimo octavo folio, quarto articulo prime pagine; item CLIII folio, tercio articulo prime pagine; item centesimo LXXI folio, secundo articulo prime pagine; et hec omnia ex antiquiori regestro [1]. Item, ex secundo regestro, de anno Domini M IIIc quinquagesimo, folio IIIxx III, tercio articulo prime pagine, et breviter octo alii articuli in eodem regestro [2]; similiter quatuor articuli in tercio regestro [3]. Qui quidem omnes fuerant per decanum extracti, inservientes huic negocio pro dicta Facultate contra ipsos bidellos. Ex quibus constat quod Bertrandus de Edio, major bidellus, Lucas de Alneto, subbidellus, Dionisius Courtiller, major bidellus, et alii in sua assumpcione ad officium jurarunt quod singulis annis, in proxima missa et collegio Facultatis post festum Omnium Sanctorum, resignarent dicta sua officia, virgas et massas argenteas restituendo Facultati. Quibus quidem racionibus Facultatis auditis visisque prefatis regestris, iidem du Gué et Poculot, cognoscentes peticionem Facultatis esse racioni consonam, dixerunt non obmisisse supplicacionem facere, ut decebat, malicia, sed ignorancia; ideo acquiescentes voluntati et peticioni dicte Facultatis, supplicacionem iterarunt sub alia forma, videlicet quod dimittebant officia sua bidellatus, simul et virgas seu massas argenteas in manibus ejusdem Facultatis, supplicabantque haberi pro excusatis circa suorum administracionem officiorum pro tempore preterito, atque humiliter supplicarunt quod domini doctores ipsis dignarentur de novo concedere dicta officia et ipsorum ex(c)ercicium pro futuro hoc anno eisdem committere. Domini autem prefatis magistro Roberto du Gué officium majoris bidellatus et Claudio Poculot officium subbidellatus, pro anno isto finiendo, in

[1] Voy. tome Ier, pp. 144, 166-168, 217, 234-235, 239-241, 253, 313 et 395.

[2] Ce second registre est perdu (cf. ci-dessus, p. 206); il comprenait vraisemblablement les années 1442 à 1473.

[3] C'est-à-dire le présent registre.

proxima missa Facultatis ordinaria post festum Omnium Sanctorum, quo computabitur annus gracie mil[l]esimus m^c^ septuagesimus septimus, commiserunt, ipsis massas argenteas restituendo. Qui quidem du Gué et Poculot, gracias habentes Facultati et supplicantes haberi pro supportatis et commendatis in futurum, prestiterunt omnia et singula juramenta per suos pre[de]cessores prestari solita, eciam illud de resignandis dictis officiis et deponendis ac restituendis massis argenteis in manibus Facultatis singulis annis in prima missa, ut dictum est, etc.

Isto die, fuit relatum Facultati per decanum quod dominus cancellarius ecclesie Parisiensis viderat ad longum litteras christianissimi regis nostri quas sibi presentaverant domini Johannes de Courcellis, Johannes du Pleis et Ambrosius de Cambray, deputati ad hoc per Facultatem. Qui grato animo eas suscepit ac legit, ac postmodum respondit velle in omnibus et per omnia facere que idem dominus rex mandabat, eratque paratus illos licenciare hoc anno quos Facultas sibi presentaret ydoneos. Cujus domini cancellarii andito per Facultatem responso, dicta Facultas deliberavit procedere ad licenciam celebrandam, juxta tenorem dictarum litterarum regiarum, etc.

Item, quia baccalarii in dicta Facultate his temporibus nichil aut parum curant suorum voluminum sive lecturarum cedulas expedire singulis annis, ut tenentur, fuit conclusum quod per cedulam publicandam in scholis nequeant[1] dicti baccalarii levare suas cedulas infra octo dies sequentes post publicacionem, sub penis in dicta cedula contentis. Tenor vero dicte cedule hic est; et in capite cedule erat scriptum :

« *Ex parte dominorum decani et collegii venerande Facultatis Decretorum Parisius.*

« Quoniam omnis ars et doctrina per ex(c)ercicium suscipit incrementum, majores nostri statuto et ordinacione ipsius Facultatis merito decreverunt (F° 29 r°) ut omnes baccalarii in eadem Facultate singulis annis lecturas suas resumerent et inciperent die secunda legibili post festum Beati Dionisii[2], et super hoc cedulam a dicto decano recipiant ac ipsam proclamari faciant per bidellum generalem Facultatis in lectione ordinaria matutinali. Cum autem plures ipsorum baccalariorum desides nimium circa hoc et negligentes his diebus comperiantur in sui profectus et honoris detrimentum inque scandalum dicte Facultatis, monemus ac districte precipimus omnibus et singulis baccalariis hujus Facultatis, sub debito juramenti aliisque penis contentis in prefatis statutis, ut infra octo dies a tempore publicacionis presencium suas lectiones incipiant, eas continuando; alias, elapso dicto termino, non amplius hoc anno proclamabuntur sine speciali et expressa dispensacione ipsius Facultatis collegialiter congregate. Datum Parisius, in nostra congregacione generali apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum celebrata, die

[1] *Ms.* niqueantur. — [2] La fête de Saint-Denis tombe le 9 octobre.

jovis XXI mensis Novembris anni Domini millesimi quadringentesimi septuagesimi sexti, sub sigillo officii decanatus dicte Facultatis. »

[23 Novembre.] Die sabbati, XXIII Novembris [1], ex speciali mandato Christianissimi regis nostri, convenit omnis populus Parisiensis, videlicet ecclesiastici tam prelati quam alii, nobiles, domini Parlamenti, requestarum Domus, requestarum Palatii, camere Compotorum, generalium, Thesaurii, Castelleti, et omnium aliorum statuum homines Parisienses, simul et Universitas Parisiensis studii; qui omnes obviam occurrerunt serenissimo regi Castelle. Legionis et Port(h)ugalie Alfonso, confederato fratri et amico christianissimi domini regis nostri Ludovici; ordine hoc autem posito inter illos : dominus de Gaucourt, locumtenens regis [2], cum copiosa nobilium multitudine, ivit usque ad Burgum Regine [3]; postea sequebatur prepositus Parisiensis [4], qui cum balistariis, arc(h)itenentibus, servientibus regiis tam equestribus quam peditibus, unacum milite excubiarum [5] et suis servientibus in armis, progressi sunt usque ad leprosariam que per leucam distat a civitate Parisiensi [6], quos quasi per jactum lapidis sequebantur duo locumtenentes Castelleti [7] cum omnibus notariis, advocatis, procuratoribus et aliis officiariis Castelleti [8], in habitibus honestis et longis; postmodum cancellarius Francie, dominus Petrus de Oriola, quatuor presidentes [9], magistri requestarum Domus, consiliarii requesta-

[1] Tout ce récit est à rapprocher de la *Chronique scandaleuse* (éd. B. de Mandrot, t. II, p. 26-29), avec laquelle il présente les plus frappantes analogies. On peut supposer, sans invraisemblance, que l'auteur de la *Chronique* a eu connaissance de la relation d'Ambroise de Cambray. Le doyen entendait faire œuvre d'historien et il l'a très nettement déclaré au cours de son travail.

Sur ce voyage d'Alphonse V de Portugal, voyez en outre : Ruy de Pina, *Chronica d'el Rei D. Affonso V*, cap. 203, p. 584 (t. I de la *Collecção de livros ineditos da hist. portug.*, publiée par l'Acad. royale des Sciences de Lisbonne); Visconde de Santarem, *Quadro elementar das relações politicas e diplomaticas de Portugal*, t. III (Paris, 1843, in-8°), p. 136-138; Félibien, *Hist. de Paris*, t. II, p. 870; R. Francisque-Michel, *Les Portugais en France et les Français en Portugal* (Paris, 1882, in-8°), p. 14-16.

[2] Charles de Gaucourt avait été nommé à la charge nouvelle de lieutenant général pour le roi et gouverneur de la ville de Paris, par lettres du 21 juin 1472. Cf. le P. Anselme, t. VIII, p. 371 D.

[3] Bourg-la-Reine, arrond[t] et canton de Sceaux.

[4] C'était alors Henri de Livres qui, cette année même, avait succédé à Guillaume le Comte, seigneur de Voisinlieu, conseiller du Roi et grainetier à Paris, et fut continué pendant huit ans. Cf. Chevillard, *Noms, qualitez, armes et blazons des prévosts des marchands et échevins de la ville de Paris depuis l'an 1268 jusqu'à présent* (1702). Bibl. nat. *Franç.* 11746, fol. 4.

[5] Sous cette belle dénomination latine se cache le chevalier du guet, Jean de Harlay, qui remplit cette charge de 1464 jusqu'en 1485 ou même 1492. Cf. *Franç.* 11746, fol. 31, 32 et 35; *Franç.* 23328, fol. 23 v°.

[6] La léproserie dite de la Banlieue, qui existait déjà en 1220. Cf. L. Legrand, *Les Maisons-Dieu et les léproseries du diocèse de Paris au milieu du XIVe siècle*, dans les *Mém. de la Soc. d'hist. de Paris et de l'Ile de France*, t. XXV (1898), p. 94.

[7] Le lieutenant civil était Jean le Vilain (1473-1483), et le lieutenant criminel, Pierre de La Dehors (1470-1484, pour la seconde fois). Cf. Bibl. nat. *Franç.* 23328, fol 17 v° et 19 v°.

[8] *Ms.* Castalleti.

[9] Les quatre présidents étaient alors Jean le Boulanger, premier président depuis le 8 décembre 1471, Mathieu de Nanterre, président depuis 1466, Guillaume de Corbie, depuis le 26 novembre 1463, et Jean de Popincourt, depuis le 6 janvier 1472. Cf. Bibl. nat. *Franç.* 32987, p. 119, 120 et 121.

rum Palacii, presidentes et consiliarii tam Parlamenti, Camere compotorum quam generalium, thesaurarii Francie et secretarii regis, simul advocati et procuratores in eisdem curiis sive tribunalibus, pervenerunt obviam dicto regi usque ad molendinum quod vento movetur, et ibidem oracione eleganti habita per dominum cancellarium, responsoque eidem dato, pervenit rex usque ad portam civitatis que Sancti Jacobi dicitur [1]. Cui regi per prepositum mercatorum et scabinos civitatis Parisiensis fuerunt claves civitatis presentate et tradite; et inde cum pallio aureo super capite suo portato per quatuor civitatis scabinos, civitatem ingreditur usque ad locum habitacionis sue, que fuit prope ecclesiam Sancti Eustacii, videlicet in domo magistri Laurencii Herbelot [2]. Prinsquam autem ibidem applicaret, rector Universitatis Parisiensis [2 bis] cum infinita multitudine doctorum theologie,

[1] Construite à l'extrémité de la rue Saint-Jacques, sous Philippe Auguste, elle fut abattue en 1684. Cf. Jaillot, *Recherches critiques*. . . , t. IV, quartier Saint-Benoît, p. 128.

[2] Qualifié de notaire et secrétaire du Roi dans un acte du 16 janvier 1465 (Bibl. nat. *Franç.* 26089, p. 362), nommé le 12 janvier 1476 contrôleur de Normandie, malgré les droits de Jean Bourré sur cet office (J. Vaesen, *Notice biogr. sur J. Bourré*. . . , dans la *Bibl. de l'École des Chartes*, 1884, p. 502, n° 919; cf. *Franç.* 20684, fol. 651 r°, et 20489, fol. 49), Laurent Herbelot était un des plus riches bourgeois de Paris à la fin du XVe siècle. Fils de Dimanche Herbelot, marchand bourgeois de Paris, et de sa femme Perrette, fille de Jean le Pelé, il fut émancipé, le 9 septembre 1448, à l'âge de 22 ans; il était donc né en 1426. — Le 22 décembre 1462, «Jehan de l'Olive [est] condamné à payer à Laurans Herbelot la somme de XXII escus d'or pour cause de la loge de la Rose qu'il a tenu en la foire du Lendit dernier passé dudit Harbelot audit pris». Bibl. nat. *Coll. Clairambault*, vol. 763, p. 365. — Une quittance de 1465 nous le montre en relations avec Guillaume Colombel, le beau-frère d'Ambroise de Cambray: «Je Laurens Herbelot, commis de par le Roy nostre sire à recevoir les quatre livres tournois pour muy de sel au-dessus et au dessoubz que ledict sieur a voulu estre cueilliz et levez sur les marchans de sel qui ont eu pris excessifz sur ledict sel par eulx vendu et distribué ès greniers à sel de ce royaume hors Languedoc, confesse avoir eu et receu de Jehan Thierry, grenetier du grenier à sel de Rouen, sur ce qu'il peult devoir à cause desdictes mu t. t. de chascun muy de sel vendu audict grenier l'année dernièrement passée, et dont j'ay pour ce baillé ma cedule à sire Guillaume Colombel, commis a en faire le contrerolle, qui en ceste a mis son signe, la somme de dix neuf livres neuf solz et onze deniers tournois: laquelle j'ay receue pour convertir et employer ou recouvrement des terres de Picardie engagées par le traictié d'Arras à Monseigneur le duc de Bourgoigne. De laquelle somme je me tiens pour content. En tesmoing de ce j'ay signé ces presentes de mon seing manuel, le dernier jour de decembre l'an mil CCCC soixante cinq. — G. Colombel. — L. Herbelot.» Bibl. nat., *Pièces orig.*, vol. 1513, d. 34, 270, p. 1. Cf. *Chronique scandaleuse* (éd. B. de Mandrot), t. II, p. 5. — Dans un compte de Pierre de Lailly (1476), on lit: «Laurens Herbelot, pour XVIe arcs et trousses que le Roy a fait prendre de luy. . . VIe IX l. XVI s.» *Franç.* 32511, fol. 363 v°. — Sa fortune, surtout en propriétés immobilières, devait être considérable, si l'on en juge par les procès auxquels elle donna lieu. Le 28 novembre 1477, Herbelot se fait adjuger, après opposition, «une certaine somme de deniers estant es mains de Nicolas de la Motte, marchand drappier chaussetier, deüe à Jacques Lombart, procureur au Chastelet, pour la vendition d'une maison assise devant le Palais, où pend le *Chapeau Rouge*». Bibl. nat. *Collection Clairambault*, vol. 764, p. 111. — Le 27 janvier 1478 [1479], il est en procès contre «Jehan de Soissons et sa femme, garans de Pierre Blosset et sa femme à cause d'elle, sur ce que ledit Herbelot proposoit que, dès le lundi 25 avril 1474, feu messire Anthoine de Craon, chevalier, seigneur de Dommartin et de Clessy, luy vendit et transporta un hostel à Paris, anciennement appelé *l'hostel du Moustier*, contenant jardin et autres edifices, ayant issue par derrière ès rues

Decretorum et medicine, simul licenciatorum, baccalariorum et aliorum supposi-
torum Universitatis, cum cappis foderatis et capuciis, more solito, cumque bi-

des Truyes et de Grant Cul de sac, et luy promit garentir. Ce nonobstant, messire Nicole de Sains a mis en procez ledit Herbelot pour raison de la proprieté de la moitié dudit hostel, auquel procez ledit Herbelot a sommé ledit feu de Craon qui n'a voulu prendre lesdites garantie et deffense, et par faulte de ce, ledit Herbelot a succombé et a esté condamné à delaisser la moitié dudit hostel et payer les fruits et les despens qui ont esté taxés à XIIII l. ... Et depuis ledit messire Anthoine de Craon est allé de vie à trespas; pourquoy requeroit ledit Herbelot contre ledit Soissons et sa femme qu'ils fussent condamnez à le faire jouyr; lesquels deffendeurs ont fait certaines offres audit Herbelot et offert payer la somme de CL l. faisant moitié de IIIe l. qu'il a payé pour l'acquisition de ladite maison, ensemble les despens, dommages et interests tels que de raison, qu'il a souffers en la poursuite contre lui faite par ledit des Sains. Et après que ledit Herbelot a aequiescé auxdites offres, lesdits Jehan de Soissons et Jehanne de Craon sa femme ont esté condamnez à payer ladite somme suivant leurs offres». *Ibid.*, p. 173. — Le 10 juillet 1479, «Melchior Dancourt, marchand bourgeois de Paris, et Jehanne Moutonne, sa femme, [sont] condamnez comme detenteurs d'un hostel rue Garnier Saint Ladre [Grenier Saint-Lazare], envers messire Laurans Herbelot, bourgeois de Paris, à lui payer XXII l. par. de rente, en quoy ils se sont obligez dès le 18 juin 1474 audit Herbelot de lui payer pendant sa vie». *Ibid.*, p. 190. — Le 26 octobre 1479, il plaide «contre Denis le Bossu, pour raison de XXII l. par. de rente que ledit Herbelot disoit avoir droit de prendre sur une maison derrière Saint Christophe en la Cité, où pend l'*Image de Nostre Dame*, qui fut à Marcel Dancourt, à cause de pareille rente que lui devoit ledit Dancourt pour l'usage d'une maison rue Garnier Saint Ladre où pend pour enseigne le *Jeu de Paume*. Après que ledit le Bossu a déclaré ladite maison appartenir à l'Hostel Dieu, il est absous de ladite demande». *Ibid.*, p. 194. — Le 29 avril 1480, «messire Laurans Herbelot, *conseiller du Roy*, [est] renvoyé ès requestes contre messire Pierre Blancpignon». *Ibid.*, p. 207. — Le 11 juillet 1480, Herbelot est condamné, «comme detenteur d'une maison (celle du *Jeu de Paume*) en la rue Garnier Saint Ladre, à payer à Jacquet Cordon, marchand drapier, LXVIII s. de rente dont ladite maison est chargée». *Ibid.*, p. 212. — Un arrêt analogue est prononcé contre la veuve de Herbelot le 1er février 1482 [1483]. *Ibid.*, p. 284. — Le 30 avril 1482, il est encore «condamné envers noble homme Olivier le Dain, capitaine de Meulant, en tels despens qu'il pourra procurer en poursuivant certaine mainmise sur les heritages dudit Laurans». (*Ibid.*, p. 262.) La femme d'Olivier le Dain s'appelait Marguerite Herbelot, comme le prouvent les trois mentions suivantes, et était peut-être la sœur de Laurent. «Le 17 mars 1484 [1485], la veufve de feu messire Olivier le Dain, paravant femme de feu Pierre de Gregy, bourgeois de Paris, (qui) a fait proceder par voye d'execution sur un arpent de vigne assis près Nostre Dame des Champs, pour raison de XX frans d'arrerages qu'elle a droit de prendre sur une maison qui fut Jehan Rebuc.» *Ibid.*, p. 317. Et le 20 juillet 1485, «honorable homme et sage messire Eustache de Sansac, clerc des Comptes, [a procez] contre Simon de la Mote, carreleur de souliers, condamné à acquitter ledit de Sansac dans un mois envers Margueritte Herbelot, veufve Pierre de Gregy, marchand bourgeois de Paris, de III l. par. de rente qu'elle avoit droit de prendre sur une maison rue d'Avron, faisant le coing de la rue Jehan Tizon, lesquelles III l. par. feu Jehan Arnault, dit d'Auvergne, vendit le 28 février 1465 audit Pierre de Gregy et à sa femme; laquelle maison, ledit Simon et sa femme avoient vendu audit de Sansac». *Ibid.*, p. 330. Le 22 août suivant, «le procureur du Roy du Chastelet, qui avoit fait saisir les biens de *feue* Marguerite la Herbelote, en son vivant femme de feu messire Olivier le Dain, contre Mons. l'evesque de Paris, dit qu'il en sera fait inventaire». *Ibid.*, p. 333. — Laurent mourut entre le 30 avril 1482, date de la perte de son procès contre Olivier le Dain, et le 24 juin 1482, jour de la dation de tuteurs à ses enfants mineurs : «Au tesmoignage de Jehanne Cornue, veufve de messire Laurans Herbelot, mère, Christophe Herbelot, oncle paternel, Jehan Hue, oncle à cause de sa femme, Philippes Foucault, cousin germain, Jehan Lombart, oncle à cause de sa femme, Jacques Cardon, idem, Jehan Cornu et Thomas Cornu, oncle du costé maternel, et Simon Ba-

dellis Nationum et Facultatum deferentibus massas argenteas et ligneas, affuit ante ecclesiam Beati Stephani de Grecis [1], et ibidem proposicione brevi facta responsoque accepto, processit usque ad ecclesiam Beate Marie Parisiensis idem rex, etc. Sed ab introitu porte civitatis Parisiensis usque ad ecclesiam Parisiensem,

zannier, procureur au Chastelet, amy et affiné de Claude, Nicolas, Geneviefve et Jehan, enfans mineurs dudit deffunt et veufve, ont esté donnez tuteurs ladite veufve, Jehan Lombart et Jehan Hue.» *Ibid.*, p. 267. — Après la mort de Laurent et après celle de sa femme, les procès continuèrent au Châtelet. Le 25 septembre 1484, on voit «noble homme Antoine de Broilly, escuyer, requerant avoir par retrait lignagier de la veufve de feu Mr Laurans Herbelot, bourgeois de Paris, le fief, terre et seigneurie de Deffoy, assis en la prevosté de Montdidier, que ledit deffunt Herbelot avoit acquis de Robert de Broilly, frère dudit Anthoine, auquel ledit fief estoit advenu par le decez de feue damoiselle Marie Fromentine, femme de feu Colart de Broilly, leur père et mère». *Ibid.*, p. 275. — En 1484, Jean de Rueil est «subrogé tuteur au lieu de feue Jehanne Cornu, jadis femme de feu messire Laurans Herbelot, tuteresse, avec Jehan Lombart et Jehan Hue, des enfants dudit deffunt et d'elle». *Ibid.*, p. 303, 305, etc. — Le 20 décembre 1484, «Pierre de Prunay, demeurant à Compiègne, [plaide] contre Jehan de Rueil et Christophle Herbelot [ce dernier désigné au lieu de Jean Hue, le 24 novembre 1484], tuteurs des enfans mineurs de feu Laurans Herbelot et de Jehanne la Cornue, qui sont condamnez à payer doresnavant VI l. par. de rente qu'il a droit de prendre sur un hostel assis audit Compiègne, qui fut à Pierre Danez et depuis audit Herbelot, sauf la garantie sur ledit Danez». *Ibid.*, p. 310; cf. p. 424. — Le 7 mai 1488, «messire Jehan de Rueil, conseiller, et Christophle Herbelot, tuteurs des enfans mineurs de feu messire Laurans Herbelot, [sont] appelez à la requeste de messire Jehan de la Porte le jeune, pour raison de VI l. XIII s. par. de rente que ledit de la Porte pretendoit avoir droit de prendre sur la terre et seigneurie de Baincourt [Balincourt, Seine-et-Oise?]; duquel procez lesdits tuteurs se sont departis». *Ibid.*, p. 358. — Le 10 mars 1491, «pouvoir par provision [est] donné à Pierre Parent, [notaire et secretaire du Roy et changeur du Tresor], et à sa femme Claude Herbelot, et stipulant pour Nicolle Herbelot, frère de sadite femme, enfans de feu Laurans Herbelot, bourgeois de Paris, seigneurs proprietaires du fief terre et seigneurie d'Ansac en Beauvoisis, où jadis ot chastel et maison environnez de fossez, de pouvoir faire des reparations, edifices, labours et defrichemens necessaires audit lieu d'Ansac». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 37; cf. vol. 764, p. 427, et vol. 765, pp. 17, 31, etc. — Le 23 novembre 1492, les héritiers Herbelot font déguerpir Guillaume Chapelart, boucher, «d'une maison et eschope en la boucherie de Gloriette, ausdits Herbelots appartenant de leurs propres; laquelle maison avoit esté vendue audit Chapelart par feu Jean de Rueil, tuteur desdits Herbelots; a quoy ledit Chapelart est condamné». *Ibid.*, vol. 765, p. 159. Sur la boucherie de Gloriette, voir Jaillot, *Recherches critiques...*, t. IV, quartier Saint-Benoît, p. 102. — Quant à l'hôtel de Laurent dont il est ici question, il était situé, comme on le verra un peu plus loin, dans cette rue des Prouvelles ou des Prouvaires, où Guillebert de Metz avait admiré, au commencement du XVe siècle, l'hôtel de Jacques Duchié; voy. sa *Description de la ville de Paris*, publiée par Le Roux de Lincy, 1855, in-8°, p. 67; cf. Le Roux de Lincy-Tisserand, *Paris et ses historiens* (1867, in-4°), p. 199. — [1] Jacques Batelier, de la maison de Sorbonne, avait été élu recteur le 10 octobre précédent. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris*, t. V, p. 723.

[1] Cette église était située dans la rue du même nom, dans le quartier Saint-Benoît. Son surnom, qui lui venait très probablement des degrés (*de gressibus*) par lesquels on y accédait et non pas des *Grecs* (confusion à rapprocher de celle de Saint-André-des-Arcs), lui avait été donné pour la distinguer de l'autre église voisine, Saint-Étienne-du-Mont. Cf. Jaillot, *Recherches critiques...*, t. IV, quartier Saint-Benoît, p. 48 et suiv. — Raoul de Presles dit cependant: «Saint Estienne des Grieux, qui par corruption de nom est appelée Saint-Estienne de Grés.» Le Roux de Lincy-Tisserand, *Paris et ses historiens*, pp. 95 et 114. Guillebert de Metz (*ibid.*, p. 142) s'exprime à peu près dans les mêmes termes.

erant a dextris viri ecclesiastici seculares cum sericis et aureis cappis et jocalibus plenis reliquiis sanctorum; a sinistris vero Mendicantes erant et alii religiosi diversorum Ordinum similiter cum cappis et reliquiis. In introitu vero ecclesie Parisiensis episcopus [1] et canonici ecclesie cum cappis et reliquiis regem susceperunt cum cruce et aqua benedicta, et prebentes osculum Ewangelii, cantatoque hym(p)no *Te Deum laudamus*, et pulsatis organis habitaque brevi harenga, processit rex ad domum sue habitacionis. Per totam autem civitatem vici erant cooperti et tentoria posita, domusque ubique erant tapetis et aliis paramentis ornate, et regem preibant tubicine ipsius regis numero sex, cum suis insigniis et armis, similiter et heraldi dicti regis, induti tunicis armorum regis Alfonsi predicti. Omnes autem ubique acclamabant *Noel* pre gaudio. Est enim idem rex Alfonsus princeps omni virtute preditus, forma et decore honestus, mediocris stature, annorum XLVI vel eo circa, in sermone rarus, gestu gravis, factis constans et operum effector ac perseverans ubi aliquid facere statuit, cum tamen nichil concludat nisi consilio virorum bonorum. Ipse est qui ultra mare Mediterraneum sua virtute et armata militia in Af(f)rica duo regna infidelium sue dic(t)ioni subegit et orthodoxe fidei adjunxit; qui septem bella ordinata previsaque ac predita obtinuit nullumque perdidit, etc. Nemo autem ab octoginta annis [2] alium regem viderat in regno Francorum amicum regis nostri. Quapropter in omnibus regni civitatibus, in quibus transitum habuit, receptus fuit eo modo quo rex Francorum in suo primo adventu recipitur. Captivos ubique liberavit rex Alfonsus, remissiones criminosis dedit, magistros mechanicorum mesteriorum pro arbitrio creavit, et alia hujusmodi fecit, etc.

Missa ordinaria Facultatis erat publicata ad diem jovis XXVIII Novembris; sed quia rex Alfonsus predictus erat illo die venturus ad curiam Parlamenti, visurus dignitatem, auctoritatem et modum ejusdem curie, et ex mandato regio per dominum cancellarium Francie et locumtenentem regis nostri, dominum de Gaucourt, fuerat mandatum, sub penis gravibus, (F° 29 v°) quod nullus presidencium, magistrorum requestarum, consiliariorum et advocatorum deficeret comparere in camera Parlamenti hora septima de mane, cum vestibus honorabilioribus, mantellis et cappuciis foderatis; honorabilia autem supposita dicte Facultatis sunt domini Johannes de Courcellis, Jacobus Junii, Johannes Picart, consiliarii regis in dicta curia Parlamenti, et Ambrosius de Cambray, consiliarius dicti regis et

[1] Louis de Beaumont de La Forest (1473-1492).

[2] Ambroise de Cambray fait peut-être allusion à la venue en France de l'empereur Wenceslas IV, qui eut à Reims une conférence avec les conseillers du roi Charles VI, pour aviser aux moyens de mettre fin au grand schisme d'Occident (1398). Mais peut-être aussi son calcul est-il très approximatif et a-t-il voulu parler de la visite de l'empereur Charles IV à Paris, en 1377. Cf. Le Roux de Lincy et Tisserand, *Paris et ses historiens*, p. 234, n. 5, et p. 235, n. 1. L'expression de la joie du doyen, si dévoué à Louis XI, est, en tout cas, très remarquable.

magister requestarum ordinarius domus ipsius, qui tenebantur et cogebantur mandato regio obedire : propterea communicavit hanc materiam decanus Facultatis cum pluribus dominis doctoribus Facultatis, quorum sententia atque ordinacione idem decanus prorogavit missam Facultatis ad diem veneris sequentem, XXIX Novembris; hanc autem prorogacionem per cedulam intimavit omnibus dominis doctoribus, et eciam dici fecit per bidellum Facultatis cappellanis Sancti Johannis Jherosolimitani; et unacum hoc convocari fecit per eamdem cedulam omnes dominos doctores ad dictam diem XXIX super aliquibus que honorem Facultatis tangebant.

Die veneris XXIX Novembris, missa et collegium, et convocatis dominis per ce- [29 Novembre.]
dulam, ibi interfuerunt domini Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et quia quibusdam dominis Facultatis visum fuerat magis expedire quod non publicaretur in scolis apercio examinis pro licencia celebranda hoc anno in jure canonico, eo quod non esset iste annus jubileus, sed quasi extraordinarius actus videretur, et si publicabitur, materia obloquendi dabitur emulis et detractoribus Facultatis, poteruntque Facultati impingere hanc celebracionem licencie fieri propter questum, tamen hoc die gravioribus et validioribus racionibus contrarium visum est, et conclusum quod publicacio fiet in scolis, sub certis tamen modificacionibus, juxta tenorem cedule sequentis. In capite hoc fuit scriptum:

« *Ex parte dominorum decani et collegii venerande Facultatis Decretorum Parisius.*

« Quoniam proximis diebus supremus dominus noster Rex christianissimus suis litteris et nunciis instetit plurimum apud dominos cancellarium ecclesie Parisiensis atque decanum et collegium ejusdem Facultatis, ut hoc presenti anno, quam cicius commode fieri poterit, quosdam sue Majestati caros licenciaret in jure canonico, unacum aliis qui forsan pariter volnerint examen intrare licencie, hinc est quod, convocacione Facultatis solemni super hoc facta, communicacioneque habita pro parte Facultatis cum prefato domino cancellario Parisiensi, atque omnibus circa hanc materiam recte pensatis matureque digestis, deliberavit eadem Facultas obtemperare huic regio mandato. Quapropter omnes baccalarii in jure canonico volentes ingredi examen pro licencia in eodem jure obtinenda compareant die jovis proxima, quinta hujus mensis Decembris, hora octava, apud ecclesiam Sancti Johannis Jherosolimitani, post missam Facultatis, coram collegio dominorum doctorum ipsius Facultatis Decretorum, audituri aliqua que ipsis baccalariis dicentur per eosdem decanum et collegium concernencia factum ipsius examinis et licencie predicte. »

Hec autem cedula lecta fuit et publicata in scolis majoribus Facultatis, hora

lectionis ordinarie, et postmodum fuit affixa valvis scolarum cum sigillo decani Facultatis.

Fuit ordinatum quod omnia instrumenta tangencia Facultatem, que sunt apud quondam magistrum Floridum Ernaudi[1], rediganter in forma autentica, et illa penes se recipiat decanus; similiter et instrumentum confectum per magistrum Guillermum de Melun[2] contra quendam Anthonium Champerii, de quo supra, folio CXX, prima pagina[3], sub collegio celebrato XII septembris et XIX septembris, et quod de omnibus istis satisfaciat magister Robertus du Gué, bidellus major.

Dictum fuit insuper quod omnes tituli spectantes ad cap(p)ellam Facultatis, tam super juribus et possessionibus ejusdem, quam eciam super unione facta Facultati de eadem cap(p)ella, similiter eciam littere notariorum empcionis domus ruinose facte per Facultatem ab ecclesia Sancti Benedicti Benetornati recuperabuntur ab illis in cujus manibus sunt, et reponentur in manu decani; et pariter omnia munimenta quecumque spectancia et tangencia Facultatem recipiet penes se decanus, ut de illis omnibus vera annotacio et inventarium fiat fideliter.

Item, conclusum extitit ulterius quod omnia quecumque predicta, tam libri, tituli, instrumenta et alia que idem decanus habet et recuperabit, cum omnibus et singulis que apud capsam Facultatis obcluduntur, diligenter per decanum visitentur cum aliis quibusdam dominis doctoribus quos secum idem decanus vocaverit, et de illis fiat fidele inventarium bono et convenienti ordine; quod quidem inventarium cum omnibus predictis reponetur in eadem capsa Facultatis. Et quoniam experiencia comprobatum est sepenumero litteras, titulos et instrumenta concernencia dictam Facultatem aliquando fuisse extracta ab ipsa capsa Facultatis et diversis personis tradita fuisse, aliquibus dominis doctoribus, bidellis, procuratoribus et aliis pragticis (*sic*) juxta rerum varietatem, et propterea incuria quadam et oblivione aliquando illa fuerunt deperdita in maximum Facultatis detrimentum, statuitur quod copia predicti inventarii remanebit penes decanum qui pro tempore erit. Ipse autem decanus, qui claves habet predicte capse et a qua nichil potest auf(f)erri ipso inscio, tenebitur racionem reddere de omnibus que in eadem capsa reposita sunt[4]. Et propterea, quando aliquid extrahetur a predicta capsa, tenebitur idem decanus annotare super predicto (F° 30 r°) inventario litteras, titulos, instrumenta aut alia que extracta inde fuerint; similiter quibus personis fuerint tradita et ob quam causam et quo tempore. Tenebitur autem decanus racionem inventarii et contentorum in eo atque in capsa Facultatis reddere suo successori decano; et similiter successor decanus habebit per inventarium recipere.

[1] Cf. plus haut, p. 282 et 283, où il est nommé «Arnaudi» et «Arnaldi»; p. 288, «Arnauldi».

[2] Cf. plus haut, p. 299, où il est nommé «Guillermus Melun»; voy. aussi p. 284.

[3] En réalité, c'est au feuillet XVIII v° de notre registre qu'Ambroise de Cambray a voulu renvoyer.

[4] En marge, Ambroise de Cambray, qui, après avoir organisé la bibliothèque de la Faculté, en organise maintenant les Archives, a écrit ces mots : «Statutum optimum et utile.»

Ille autem decanorum in manibus cujus copia dicti inventarii fuerit, tenebitur Facultati de omnibus contentis in inventario quod reconditur apud Facultatis capsam. Caveat igitur novus decanus[1], ne hujusmodi inventarii copiam a predecessore recipiat, nisi prius per eundem predecessorem sibi omnia restituantur et dentur fideliter, juxta formam inventarii, aut saltim noticiam veram habuerit omnium que extra capsam erunt et apud quos fuerint. Eorum autem que extra capsam fuerint, tenebitur decanus novus noticiam dare Facultati illico. Si vero predecessor decanus distulerit ultra octo dies predicta adimplere, dicat novus decanus eidem Facultati ut provideat. Quod si negligens fuerint, sibi imputabitur et de dampnis omnibus tenebitur.

Si quod forsan singulare ac inauditum in Universitate evenerit, dignum duxi scribendum, eo maxime respectu quod Facultas Decretorum honorabile sit membrum Universitatis, apud quam solam forsan Facultatem eorum memoria permanebit[2]. Eapropter statui non obmittere quod a die XXV Novembris usque ad diem ultimam ejusdem mensis fuerunt celebrate plures congregaciones Universitatis singulis diebus festivis et feriatis, tam mane quam vesperi, et aliquando bis in die fuerunt deputati Universitatis solemnes convocati pro re que pluribus levis videbatur, sed gravioribus viris noscebatur esse maxime importancie et intol(l)erabilis consequencie[3]. Ea res autem que tunc agitabatur, hec est, quod inita confederacione fraterna inter christianissimum regem nostrum Ludovicum XI et serenissimum Alfonsum, regem Castelle, Legionis et Porthugalie, visitavit idem rex Alfonsus eundem regem Ludovicum Turonis; a quo tam magnifice susceptus est ut nichil ultra. Cupiens vero rex Alfonsus videre civitatem Parisiensem, recedens a rege Ludovico, peciit ab eo pro munere singulari uti sua Majestas faceret apud illos de Universitate Parisiensi et cancellarium ecclesie Parisiensis, quod ipsi quemdam magistrum.....[4], presbiterum secularem, confessorem ejusdem regis Alfonsi, qui licencie gradum in theologia jamdiu in Universitate Salamentina susceperat, virum utique etate grandi, moribus atque doctrina dignum, in gremio Facultatis theologie susciperent, eidem insignia doctoralia imparciendo, offerens idem magister..... respondere publice de materia que sibi per Facultatem theologie foret assignata. Rex autem noster christianissimus atque omnium qui vivunt benign[issim]us et liberalissimus, cupiens summopere in omnibus morem gerere regi Alfonso, nedum litteras pro hac re omni

[1] Ici encore, Ambroise de Cambray, toujours très soigneux de sa renommée, a cru devoir signaler par une note à ses successeurs une des dispositions prises à son instigation : « Nota bene, decane. »

[2] Ici se manifeste très clairement l'intention d'Ambroise de Cambray, qui est de rédiger, autant que le lui permet le caractère de son travail, une véritable chronique.

[3] Sur les assemblées de l'Université et ses négociations avec Louis XI et Alphonse V de Portugal au sujet de cette affaire, voy. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 724 et 725.

[4] Le nom de ce licencié de Salamanque est malheureusement resté en blanc dans les Mémoriaux, et il nous a été impossible de le retrouver dans aucun autre document.

affectione et favore plenas scripsit Universitati, cancellario Parisiensi atque aliis diversis particularibus suppositis Universitatis, sed eciam vive vocis oraculo districte commisit[1] dominis de Gaucourt, suo tunc generali locumtenenti Parisius, et similiter domino de Genly, cambellano regio et baillivo Ebroicensi[2], tunc apud regiam Majestatem agentibus, quod ipsi omnino instarent nomine regis nostri pro hac re apud Universitatem et ipsius particulares atque cancellarium Parisiensis ecclesie, ut omni cessante impedimento atque excusacione, eciam statutorum et privilegiorum Universitatis, hanc rem non denegarent vel differrent, quantum formidabant suam incurrere indignacionem. Qui quidem de Gaucourt et Genly, similiter dominus cancellarius Francie, primus presidens Parlamenti[3], prepositus Parisiensis, et alii plures viri consulares, personaliter ad Universitatem venerunt, et pluries insteterunt persuasionibus variis, eciam gravibus minis adjectis, pro impetranda prefata gracia, juxta tenorem litterarum domini nostri regis, quas Universitati presentarunt. Quibus, post celebratas congregaciones et conclusiones Universitatis, fuit sepius et diversis diebus responsum, quod istud esset contra statuta Facultatis theologie, que expresse volebant nullum posse admitti ad licencie et doctoratus gradum, nisi perfecto per illum graduandum certo tempore et continuato in Studio Parisiensi, lecturisque et responsionibus certis peractis et completis; quod ista erant statuta papalia, que singuli doctores in sua promocione juraverant servare; quod contra facientes erat sentencia excommunicacionis apostolice, et quod ipsi doctores non poterant super illis dispensare; quod si aliter facerent, excommunicacionem incurrerent atque perjurium. Hec autem responsio, quantumcumque racioni et honestati conveniret, non fuit per dominos commissarios accepta, sed durius atque acrius perseverarunt in sua priori peticione, inferendo particularibus minas gravissimas, offerentes commissarii satisfacere statutis Facultatis in hoc, quod prefatus..... erat paratus respondere de Sorbonica[4] et omnes alios actus et responsiones publice facere, se

[1] C'est là une de ces formules de la chancellerie romaine qui reviennent parfois sous la plume de l'ancien référendaire apostolique.

[2] Jean de Hangest, sieur de Genlis, conseiller et chambellan du Roi, qui fut ambassadeur en Angleterre en 1478 et mourut en 1490. Il fut enterré dans l'église des Célestins de Rouen. Cf. le P. Anselme, t. VI, p. 746, et Moreri, *Grand dict. hist.*, t. V, p. 511.

[3] Jean le Boulanger, premier président au Parlement de Paris depuis le 8 décembre 1471, était sieur de Jacqueville en Gâtinais, d'Isles et de Montigny en Brie. Il épousa d'abord Philippe Cothereau, fille de Jean Cothereau, seigneur de Wissinguen et de Puisieux, et de Jeanne Bayart, dont il eut plusieurs enfants; elle mourut le 4 novembre 1473 et fut enterrée au charnier des Innocents. Il se remaria avec Marie Chevalier, fille d'Étienne Chevalier, général de France, et de Catherine Budé, dont il eut une seule fille; Marie mourut le 25 septembre 1521 et fut enterrée à l'église Saint-André-des-Arcs. — Un de ses enfants du premier lit, Jean le Boulanger, présenta des lettres de provision pour un office de conseiller au Parlement le 3 septembre 1481. Son père était mort le 24 février 1481 et avait été enterré auprès de sa première femme. Cf. Bibl. nat. *Franç.* 24072, fol. 74. Il avait eu avec Jean de Reilhac un procès au sujet de l'héritage de Dreux Budé, audiencier de France, en 1478. Cf. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 141.

[4] Le ms. porte la forme barbare, surprenante sous la plume du doyen, de *cerbonica*.

eciam exponendo examini generali omnium dominorum doctorum, et si imperitus compereretur, a Facultate repelleretur; si vero doctus et meritus, reciperetur; comminando quod, nisi Universitas hoc faceret, dominus Rex omnia privilegia Universitatis revocaret. Tandem deliberacione constanti quatuor Facultatum unanimi, in ultima congregacione conclusum extitit quod nunquam Universitas et Facultas theologie hoc fieri concedet; nam hoc exemplum posset in consequenciam venire, nedum in Facultate theologie, sed eciam aliarum Facultatum; quod esset totalis destructio ipsarum Facultatum et Universitatis. Hoc quidem conclusum fuit, eciam si deberent omnia privilegia Universitatis revocari. Et profecto constanter et virtuose super aliis Facultatibus superioribus[1] se exhibuit semper Facultas Decretorum, eo quod antiquiores et majores Facultatis theologie tam remisse et timorate se habebant, ut ignavi penitus viderentur.

(F° 30 v°). Cum autem res ista perplexos nimium plures redderet, et quod angustie undique erant, fuit consultum per aliquos ex dominis Facultatis Decretorum prudentes et rerum expertos, quod Universitas cum omni gravitate, pompa et ornatu, iret salutatum regem Alfonsum, congratulando suo adventui, ipsum omni ex parte laudibus ac regnum ejus preconiis attollendo, offerens se et sua, etc., et quod articulus specialis esset hortatorius et imprecatorius, quod sua Majestas non esset causa et inicium tam perniciosi exempli tamque reprobande consequencie, eumdem regem informando super statutis papalibus, sentenciis excommunicacionis et perjurii, etc. Hoc autem consilium placuit omnibus deputatis. Quapropter, celebrata congregacione generali Universitatis die sabbati sequenti, fuit istud idem per Universitatem conclusum et ordinatum ac preceptum, sub debito juramenti, ut omnes doctores trium superiorum Facultatum convenirent illo eodem die sabbati, ultima Novembris, hora prima post meridiem, apud ecclesiam Beati Eustacii, similiter procuratores quatuor nacionum, baccalarii theologie, Decretorum ac medicine, simul et regentes arcium, et hi quidem omnes cum cappis foderatis et cap(p)uciis, more solito, et bidelli omnes, tam nacionum quam Facultatum, cum massis et bac(c)ulis argenteis et auratis, associaturi rectorem ad domum regis Alfonsi, qui erat hospitatus in domo magistri Laurencii Herbelot, apud vicum qui dicitur des Prouelles[2]. Quod quidem factum est. Universitatem autem et ipsius supposita, gravitatem, fastum et ornatum Rex ipse tam est admiratus, quam eos benigne ac humanitus suscepit, ac libenter gaudensque audivit. Anditis autem racionibus Universitatis super peticione supra declarata

[1] C'est-à-dire les Facultés des Arts, de Décret et de Médecine.

[2] Sur l'hôtel de Laurent Herbelot et sur Herbelot lui-même, voy. plus haut, p. 317, n. 2. — La rue des Prouelles ou des Prouvelles est actuellement la rue des Prouvaires. Cf. Jaillot, *Recherches critiques*..., t. II, quartier Saint-Eustache, p. 43, et J. de La Tynna, *Dictionnaire des rues de Paris* (1816, in-12), p. 494, qui rappelle le séjour d'Alphonse V de Portugal chez Laurent Herbelot et qualifie ce dernier d'« épicier ».

pro magistro....., ipse Rex, qui ab Universitate fuerat tunc maxime commendatus de justicie severitate, de honestate ac religione, annuit peticioni Universitatis, cum summo omnium et maxime theologorum leticia ac animi exultacione. Hec quidem fuit ma(n)gna Universitatis constancia, tam perseveranter resistere precibus et mandatis duorum regum tam potent[i]um, quorum alter presens erat, et maxime quod tam violenta ac continua fiebat instancia, ut vix explicetur. Imminebat profecto inde ruina statu[t]i Universitatis, maxime Facultatis theologie; nam hac via semel aperta, hanc facile graciam alii postea cum favoribus principum et magnatum impetrassent, et sic rigor ille discipline et observancie studii theologici Parisius ad nichilum devenisset, et quisque magis studuisset sibi conciliare[1] favores potent[i]um, cum quibus potuisset gradum assequi, quam sua virtute, laboribus atque studio comparare sibi scienciam, cum qua juste gradum meruisset. Quod et similiter in Facultatibus Decretorum et medicine factum postea fuisset[2].

[1er Décembre.] In crastinum, die dominico prima Decembris, celebrate fuerunt solemnes processiones Universitatis hoc ordine, videlicet quod omnia Universitatis supposita intervenerunt sub debito juramenti; doctores vero, licenciati et baccalarii trium superiorum Facultatum erant cum cappis foderatis et cap(p)uciis; similiter regentes artium, et omnes suo ordine solito incedebant; medicantes vero cum cappis sericeis, deferentes reliquias sanctorum ornatas auro et argento. Eos autem omnes precedebat turba magna magistrorum in artibus et aliorum scolarium Universitatis juratorum, quam dinumerare nemo poterat. Bidelli vero nacionum et Facultatum cum massis et bac(c)ulis argenteis atque deauratis suo loco incedebant similiter, et alii particulares bidelli doctorum cum virgis ligneis. Processerunt autem predicti omnes, bini et bini, ab ecclesia Sancti Mathurini usque ad vicum de la Tonnellerie[3], et inde, transeuntes ante ecclesiam Beati Eustacii, ingressi sunt vicum des Prouvelles, ut transitum haberent ante domum regis Alfonsi; inde progredientes ad ecclesiam Sancti Germani Authiseodorensis (*sic*), ubi celebrata fuit missa solennis per episcopum Trecensem, presidentem generalium[4], pro

[1] Ms. *consiliare*.

[2] Cette déclaration montre combien l'Université de Paris était jalouse de ses droits et comment, en dépit de ses dissensions intestines, elle savait s'unir pour résister aux tentatives faites contre ses privilèges.

[3] La rue de la Tonnellerie aboutissait d'un côté dans la rue Saint-Honoré, et de l'autre aux Halles. Cf. Jaillot, *Recherches critiques...*, t. II, Quartier des Halles, p. 35. — Quant aux Mathurins, ils étaient situés dans le quartier Saint-André-des-Arts, et l'Université tint ses assemblées dans une salle de cette maison jusqu'en 1764. *Ibid.*, t. V, Quartier Saint-André-des-Arts, p. 105.

[4] Louis Raguier, conseiller au Parlement en juillet 1438, évêque de Troyes en 1450, président de la cour des Aides en 1465, était un personnage considérable. Louis XI l'avait envoyé aux Liégeois en 1467. Il fut exécuteur testamentaire d'un de ses plus illustres compatriotes, Jean Juvénal des Ursins, archevêque de Reims. Il mourut le 19 août 1488 et fut enterré dans l'église cathédrale de Troyes. Cf. *Gallia Christ.*, t. XII, col. 515-516, et Bibl. nat. *Franç.* 20233, fol. 113.

felici statu regis Alfonsi principaliter, et similiter regis christianissimi Francorum; et eciam fuit predicacio publica divini verbi dignissima, etc. Rex autem Alfonsus astabat in fenestris sue habitacionis cum magno aureo paramento, astante sibi copiosa nobilium turba Gallorum et Hispanorum [1], qui omnes admirabantur nec mirari sufficiebant gravitatem et dignitatem Universitatis.

Et quoniam clarum erat instanciam predictam pro prefato magistro..... a rege nostro christianissimo fieri ad peticionem regis solius Alfonsi, quo sedato ac pacato, non erat dubium regem nostrum Ludovicum fore contentum; pro majori tamen cautela, ordinatum extitit litteras nomine Universitatis ad dictum christianissimum regem mandari, quibus predicta significentur, et regem Alfonsum esse contentum, etc.

Die jovis quinta Decembris, missa celebratur et collegium, ubi interfuerunt [5 Décembre.
domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Illo die se presentarunt magistri Dionisius Aligret [2], primus legens ordinariam

[1] Alphonse V était venu en France avec 16 navires et 2,200 hommes. Cf. Santarem, ouvr. cité, t. III, p. 128.

[2] C'était sans doute un descendant de maître Simon Aligret, «phisicien» du duc Jean de Berry, à qui son patron avait donné, le 13 octobre 1402, une somme de 600 écus d'or «pour lui aidier à achapter une maison en la ville de Paris» (Bibl. nat., *Pièces orig.*, vol. 38, dossier 753, pièce 3), et duquel paraît dater la fortune de cette famille de robe. — Parmi les membres de cette famille, on remarque Hugues Aligret, sieur de Chézy, greffier criminel au Parlement, dès avant 1467. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 7. Le 27 juillet 1473, on lui accorde, ainsi qu'à sa femme, Isabeau de Vienne, «pouvoir de faire reparer une maison rue de la Vieille Draperie, où pendoit l'*Image Saint Pierre*, que naguères ils ont acquise». *Ibid.*, p. 34. Hugues avait eu, d'un premier mariage avec Charlotte d'Asnières, un fils nommé Nicolas, âgé de 24 ans en 1473, et auquel on donne comme curateur, le 9 septembre de cette même année, Guillaume d'Asnières, son oncle maternel. *Ibid.*, p. 36. Quant à Isabeau de Vienne, elle vivait encore à la fin de l'année 1491. *Ibid.*, vol. 765, p. 161. Un autre fils de Hugues fut Jean Aligret, licencié en lois, notaire et secrétaire du Roi, puis avocat au Parlement, dès 1484, et lieutenant civil de la prévôté de Paris depuis le 26 mai 1496 (*Franç.* 23328, fol. 17 v°), seigneur de Clichy-la-Garenne et «du fief, terre et seigneurie de la Chamberlaune assis lez la porte de Neuilly», qui vivait encore au commencement de l'année 1501. *Ibid.*, vol. 764, p. 295, 369 et 432; vol. 765, p. 113, 421 et 440; *Franç.* 21278, fol. 95 v°. Il hérita (1484) de son oncle Étienne Aligret, procureur au Parlement en 1481, qui avait épousé Jeanne la Contesse. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 295, 236 et 322. — Jean eut deux fils, Guillaume et Olivier, tous deux bacheliers en Décret, qui, le 13 février 1499, sont «reçeus advocats au Chastelet et ont choisy leur lieu du costé des fenestres». *Ibid.*, vol. 765, p. 330; sur Guillaume, p. 208. Leur mère s'appelait Claire le Gendre et était la fille de Jean le Gendre, seigneur de Villeroy, trésorier des guerres. Guillaume mourut sans postérité. Olivier devint avocat général au Parlement, mourut le 23 septembre 1532 et fut enterré à Saint-André-des-Arts; sa femme mourut le 10 octobre 1548 et fut inhumée avec lui. Cf. *Pièces orig.*, vol. 38, dossier 753, pièce 19. Nous ne saurions dire quelle était au juste la parenté de Denis Aligret avec ces divers personnages. Il devint procureur de la nation de France le 3 juin 1471. En juin 1480, étant recteur de l'Université de Paris (depuis le 24 mars), il eut un procès avec Pierre Doujan au sujet de la cure de Saint-Germain-le-Vieil. Cf. Du Boulay, *Hist. Univ. Paris*, t. V, p. 737 et 871. — Le 7 décembre 1480,

lectionem, licenciatus in jure civili, et Egidius de Fonte, baccalarii in jure canonico Parisius, supplicantes admitti ad examen licencie hoc anno presenti celebrande. Quibus ad partem retractis et postmodum revocatis, dictum extitit quod eorum cedule voluminum visitarentur per decanum et alios deputatos Facultatis, et quod die jovis proxima dabitur eis responsum super eorum supplicacione.

Eodem die, fuit ordinatum quod de novo publicabitur in scolis examen pro licentia proxima aperiendum, et cedula publicationis legetur in scolis per bidellum, sed non affigetur valvis scholarum, propter bonas causas. Que quidem cedula fuit confecta et publicata in scholis die x Decembris.

[12 Décembre.] Die jovis xii Decembris, missa et collegium, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubri, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray; et ibi comparentes magistri Dionisius Aligret et Egidius de Fonte, supplicacionemque suam iterantes pro ingressu examinis, eisdem fuit responsum (F° 31 r°) quod visitate fuerant eorum cedule, et comperto de tempore per eos acquisito juxta statuta Facultatis, domini eos admittebant ad examen licencie, et prestitis per eos juramentis solitis pro intrando examen magnarum cedularum, ipsis dictum extitit quod deferant suas magnas cedulas ad singulos dominos doctores infra primam diem Januarii.

Ipso die, supplicavit admitti ad examen licencie predicte magister Nicolaus de Rivo, magister in artibus et baccalarius in jure canonico Parisius. Cui fuit responsum quod visitabuntur ipsius cedule voluminum sive lecturarum per dominos deputatos, et quod, die sabbati proxima, revertatur post missam de *Rorate*[1] pro habendo super hoc responso.

Supplicavit eciam idem de Rivo quod possit legere secundum ordinarium, juxta concessionem sibi factam xii Augusti novissime lapsi. Fuit super hoc ordinatum quod eo respectu quod idem de Rivo non legisset dictam secundam lectionem ordinariam a tempore quo sibi per Facultatem hec gracia et honor tantus fuissent sibi concessa, et propterea videbatur illam concessionem sic sibi factam sprevisse, convocabuntur omnes domini doctores per cedulam super hoc articulo specia-

vient au Châtelet l'affaire de Denis, « maistre ès ars et nagnères recteur de l'Université de Paris, qui a fait saisir quarante bottes de parchemin de Bretaigne aux Mathurins sur Alain Grosseteste ». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 220. — A peu près à cette même date, Du Boulay (t. cité, p. 737) parle d'un procès de l'Université avec un parcheminier nommé Nicolas le Vannier, dont le recteur avait fait saisir la marchandise. — Le 26 juillet 1499, nouveau procès de Denis « contre Jean de Sallezart, escolier à Paris, pour raison de la chanoinie et prebende de l'eglise de Paris que souloit jouir et posseder feu M. Jehan de Molin. Dit est par provision que les fruits de ladite prebende seront regis sous la main du Roy ». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 282. D'après Du Boulay, Denis Aligret vivait encore à la date du 15 décembre 1508 (t. cité, p. 871). Au cours de nos recherches sur la famille Aligret, nous avons encore rencontré un autre Aligret, Mathieu, prieur de Viches, écolier à Paris, qui, le 2 janvier 1485 [1486], plaide contre messire Charles de Beaufort, marquis de Canillac. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 344.

[1] Introït du quatrième dimanche de l'Avent.

liter ad dictam diem sabbati VIII hujus mensis. Datum autem fuit responsum dicto de Rivo quod compareat eadem die sabbati pro responso.

Sabbati VIII Decembris, convocati domini per cedulam, post missam de *Horate*, (6 Décembre.) comparuerunt apud Sanctum Johannem Lateranensem domini Jacobus Aubri, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray; et iterum de novo supplicavit magister Nicolaus de Rivo pro secunda lectura ordinaria; pro qua re domini in varias sententias ceciderunt multis de causis justis. Tandem, omnibus in unum resolutis, concesserunt dicto de Rivo quod legat secundam lectionem ordinariam. Qui prestitit juramenta per legentes prestari solita.

Fuit etiam eidem de Rivo dictum quod domini visitaverant suas cedulas voluminum, compertoque quod haberet sumn tempus requisitum juxta statuta Facultatis, (et) propterea ipsum admittebant ad examen licencie; prestitis autem per eum solitis juramentis, fuit eidem injunctum quod infra primam diem Januarii deferat suas magnas cedulas ad singulos dominos doctores et ad eorum domos.

Die jovis XIX Decembris, fuit missa et collegium, et ibidem comparuerunt (14 Décembre.) domini Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray, et nichil actum est.

Die lune XXIII Decembris, previgilia Nativitatis Christi, dominus Nicolaus de (23 Décembre.) Gruey legit solempniter in majoribus scolis Facultatis, hora matutina consueta, Decretalem : *Firmiter*, titulo *de summa Trinitate fide catholica* situatam. Legit autem in loco domini Johannis Gressier, eo quod pro eodem Nicolao legerat in festo Penthecostes. In festo vero Pasche proximo debet suo ordine legere dominus Andreas Wasselin; post ipsum dominus Johannes du Pleis; et sic de aliis consequenter, ascendendo usque ad antiquiorem dominum doctorem regentem, etc.

Die martis XXIIII Decembris, vigilia Nativitatis Christi, missa et collegium, (24 Décembre.) absente decano[1], qui in domo ville Parisiensis agebat, vocatus cum aliis commissariis deputatis specialiter a domino rege super quibusdam gravibus negociis; qui decanus vices suas commisit et librum statutorum cum clavibus tradidit domino Stephano de Veteri Villa.

Die jovis secunda Januarii, missa et collegium, ubi interfuerunt domini Nico- (1477. 2 Janvier.)

[1] Ambroise de Cambrai lui-même. Il se plaît à faire remarquer qu'il est mêlé aux plus importantes affaires politiques de son temps par la confiance de Louis XI.

laus de Conti. Jacobus Aubry. Stephanus de Veteri Villa. Andreas Wasselin. Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, supplicavit admitti ad examen licencie magister Laurencius Christiani[1], magister in artibus et baccalarius in jure canonico Parisius. Cui datum est responsum quod in prima missa revertatur, et interim domini visitabunt ipsius cedulas parvas, et tunc sibi ac sue peticioni respondebunt juxta statuta Facultatis, etc.

[9 Janvier.] Die jovis IX Januarii, celebrantur missa et collegium Facultatis, ubi interfuerunt domini Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Illa die, de novo supplicavit magister Laurencius Christiani admitti ad examen licencie. Cujus visitatis per deputatos cedulis, compertoque quod tempus suum haberet requisitum juxta statuta Facultatis, fuit admissus ad delacionem suarum magnarum cedularum; qui prestitit solita juramenta. Et eidem fuit injunctum quod infra octo dies habeat deferre singulis dominis doctoribus, ad eorum domos, suas magnas cedulas, etc.

Attendendum est, neque silencio potuissem preterire graciam exuberantem quam proximis diebus nobis ex alto concessit omnipotens Deus. Die namque sabbati XI Januarii, venerunt nova Parisius, quibus omnis spiritus rectus et fidelis pre gaudio grandi exultavit : videlicet quod, die dominico precedenti, quinta Januarii, vigilia Epifanie, dominus dux Lotharingie, Renatus nomine, etatis XXI annorum, cum parva manu suorum et ex(c)ercitu in(h)ermi Helveciorum sive Suissiorum, fudit Carolum, ducem Burgundie, qui castra tenebat ante villam de Nancy, in Lothoringia, cum grandi et valido ex(c)ercitu nobilium et aliorum armatorum, vallato omni municione ac fortificacione omnium generum machinarum, etc. Ibidem fuerunt occisi dux ipse Burgundie, cum pluribus aliis principibus, militibus, baronibus, nobilibus et aliis armigeris, ad numerum XVIII^{M}: plures pariter captivi ma(u)gni nobiles et alii fuerunt. Iste dux Carolus, tempore quo principatum tenuit, vixit inhumaniter, sanguinem siciens, dignitates et dominia appetens, semper in armis; juste vel injuria nichil faciebat, dummodo sibi dominia pararet. Ipse turbo fuit pacis Gallorum et omnium vicinorum, temerarius tamen et qui sola sua opinione cuncta ordinabat que consuleret. Potens quidem fuit dominiis, militibus atque pec(c)uniis; quinque ducatus, novem comitatus et plura alia dominia pacifice possidebat; duos ducatus et quatuor comitatus ultra predicta (F° 31 v°) sue dic(t)ioni vi armorum adjecit; civitatem Leo-

[1] On trouve, dans le *Cartul. Univ. Paris.*, t. IV, p. 322, un personnage du même nom : « Fr. Laurentius Christiani, lic. in theol., Ord. Carmel. » ; mais, comme il figure dans une liste dressée d'août à octobre 1416, ce n'est sûrement pas le nôtre sur lequel on peut voir plus haut la note 3 de la p. 232.

diensem delevit ac igne cremavit; rebellis continuo suo sup(p)remo domino regi Francorum, qui eidem nunquam facere voluit juramentum fidelitatis, licet ab eo teneret ducatum Burgundie, comitatus Flandrie, Artesii, de Ponthieu, Bolonie, Burgundie, Anthiscodorensis (*sic*), Matisconensis, Charolois, et alia multa dominia. Extra regnum tenebat pacifice Frisiam, ducatus de Lembourg, de Luxembourg, de Buillon, de Gheldres, de Brabancia, comitatus vero Hannonie, Hollandie, Zelandie, Namursii, de Ferrette, et alia infinita dominia, etc. Hoc Carolo mortuo, pax cunctis Gallis oritur, omnes Deo laudes acclamant, etc. [1].

Die jovis XVI Januarii, celebrantur missa et collegium Facultatis, et ibi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray. [16 Janvier.]

Eo die, supplicavit admitti ad examen licencie frater Odardus Medici, elemosinarius monasterii Celle [2], ordinis Sancti Benedicti, Trecensis diocesis. Et quia per exhibicionem suarum cedularum in promptu apparuit eum fuisse baccalarium ante XVI annos [3] et plures satis cedulas habere quam esset necessarium, ideo sine ulteriori dilacione fuit admissus ad examen primum, quod videlicet fit in delacione magnarum cedularum; et per eum prestito solito juramento, sibi fuit injunctum quod infra Purificacionem Beate Marie [4] suas ma(n)gnas cedulas deferat ad singulos dominos doctores in eorum domibus sive habitacionibus.

Illa eadem die, supplicavit magister Dionisius Aligret, pro se et aliis presentatis ad licenciam, quat(h)enus domini eisdem vellent prefigere terminum et diem introitus examinis, ac similiter assignarent eisdem materiam super qua habent examinari. Quibus fuit prefixa dies jovis VI Februarii pro introitu examinis, et assignata sexagesima tertia distinctio pro materia examinis. Et eis fuit dictum quod interim illam materiam studeant.

Die jovis XXIII Januarii, fuit missa et collegium, decano absente. [23 Janvier.]

[1] Il y avait un parti bourguignon, comme dans la période précédente il y avait eu un parti anglais, parmi les régents et suppôts de l'Université de Paris. Cf. un peu plus bas la colère avec laquelle Ambroise de Cambray dénonce les sentiments bourguignons du recteur Nicolas de La Hermant. — Sur la bataille de Nancy et la mort de Charles le Téméraire, voy., outre Commines (éd. de Mlle Dupont, t. II, p. 60 et suiv.), John Foster Kirk, *History of Charles the Bold, duke of Burgundy* (Londres, 1864-1868, in-8°), t. III, p. 489 et suiv. — La fièvre guerrière de Charles, qui paraît avoir étonné notre doyen, a provoqué les réflexions suivantes de Philippe de Commynes : « Et ne pourroit l'on dire qu'il eust jamais eu ung bon jour, depuis qu'il commencea à entreprendre de se faire plus grant jusques à son trespas. Quel acquist a il eu en ce labeur? Ne quel besoing en avoit-il? luy qui estoit si riche seigneur, et avoit tant de belles villes et seigneuries en son obeyssance, où il eust esté si ayse, s'il eust voulu. » Éd. de Mlle Dupont, t. II, p. 279.

[2] Montier-la-Celle-lez-Troyes.

[3] Depuis 1469, si l'indication est exacte.

[4] La fête de la Purification de la Vierge se célèbre le 2 février.

[30 janvier.] Die jovis XXX Januarii, celebrantur missa et collegium Facultatis, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Ibidem exposuit decanus Facultatis, quod ex speciali Regis mandato erat quam citius ad suam Majestatem iturus[1]. Qui quidem dominus rex tunc progrediebatur ad nanciscendam possessionem ducatus Burgundie, comitatuum Artesii, de Ponthieu et aliorum qui sibi eve[ne]rant morte ducis Caroli Burgundie. Quapropter supplicabat quod in sui absencia Facultas provideret officio decanatus. Recusantibus autem singulis dominis hoc onus assumere, tandem suscepit dominus Jacobus Aubry unacum officio thesaurarie quod habebat. Cui quidem Aubry decanus tradidit librum et claves.

[2 Février.] Die dominico secunda Februarii, celebratur festum Purificationis Beate Marie, et ibi distribuuntur cerei albi, ponderis quilibet unius libre, singulis dominis doctoribus; aliis autem, de cera crocea et alterius ponderis.

[6 Février.] Die jovis VI Februarii, missa celebratur Facultatis. Qua finita, convenerunt domini doctores apud cameram examinis, videlicet domini Johannes de Courcellis, Nicolaus de Conti, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis et Andreas Wasselin, decano quidem absente apud regiam Majestatem. Et ibi eleganter habita oracione per dominum Jacobum Aubry, substitutum decani, ipse distribuit porciones et parcinnculas textus LXIII distinctionis cuilibet ex licenciandis, more solito; et prestito per ipsos solito juramento, eisdem fuit injunctum quod comparerent die jovis proxima XII Februarii, habituri ac dicturi lectiones sive lecturam per eos compositam super parcinnculis sibi assignatis. A camera vero examinis usque ad aulam examinis in qua sedebant licenciandi, processerunt domini doctores, bini et bini, cum cappis et cap(p)uciis foderatis, precedentibus eos bidellis, etc.

[13 Février.] Die jovis XIII Februarii, missa celebratur Facultatis loco consueto. Postmodum domini collegialiter congregantur in camera examinis, videlicet domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Illo die, domini attendentes dignitatem officii primi legentis ordinariam lectionem matutinalem Decretorum, et videntes quod magister Dionisius Aligret, primus legens, in introitu examinis sederat in secunda bancha cum aliis licenciandis, volentes dicti domini doctores honorare Facultatem in officio dicti primi legentis, ac similiter favorisare dictum primum legentem in suo officio, statuerunt

[1] C'est une joie toujours nouvelle pour Ambroise de Cambray que d'enregistrer les témoignages de son influence politique. Cf. plus haut, p. 329, n° 1.

et ordinarunt quod primus legens et similiter secundus et alii (si forsan fuerint) legentes de cetero sedeant in prima bancha, que nobilium dicitur. Ipse autem primus legens hoc facere recusabat, affirmans se debilem facultatibus, et propterea non posset neque vellet duplum, more nobilium, pro bursis solvere. Cui per Facultatem responsum extitit, quod non ad questum Facultas hoc ordinaverat, sed solummodo pro honore Facultatis et ipsius officiariorum, nec intendebat aut volebat Facultas aliquid propter hoc amplius ab eo exigere.

Eodem die et mane, domini doctores cum habitibus doctoralibus intrarunt aulam examinis, et in presencia omnium transivit dictus primus legens de bancha communi ad bancham superiorem nobilium; quo facto, habuit honestam oracionem more solito; qua peracta, quoniam ipse nondum esset paratus pro lectione sua recitanda, fuit ordinatum quod ipse et alii licenciandi revertantur die lune proxima xvii Februarii, ad eundem locum recitaturi suas lectiones super parcinculis eisdem assignatis per decanum Facultatis vel ipsius substitutum.

(F° 32 r°). Nota tunc questionem fuisse inter aliquos dominos doctores, si videlicet licebat alicui ex dominis doctoribus ingredi aulam examinis absque cappa doctorali, attento quod in congregacione generali Universitatis solent aliquando domini doctores Facultatis Decretorum interesse suo collegio sive loco ubi conveniunt in cap(p)itulo Sancti Mathurini absque dicta cappa; similiter eciam sepe intersunt in missis Facultatis ordinariis, in suo collegio et camera examinis dominorum, sine cappa. Et fuit dictum quod hoc facere nemini fuerat unquam permissum, et quod aliqui ex dominis doctoribus qui obtinebant officia regis voluerant alias hoc attemptare, sed omnino fuerunt repulsi, etc.

Die lune xvii Februarii, comparuerunt apud cameram et aulam examinis domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray; et quia magister Nicolaus de Rivo, secundus legens Facultatis, sedebat inter alios licenciandos in secunda et communi bancha, ipso instigante et supplicante, concessit eidem Facultas quod conscenderet bancham nobilium cum primo legente, ea condicione adjecta, quod propterea nichil amplius habebit contribuere pro bursis aut aliis juribus quam si permansisset in alia bancha. Et hic honor quidem sibi fuit exhibitus pro honore Facultatis et suii officii. [17 Février.

Die jovis xx Februarii, celebrantur missa et colleginm Facultatis, et ibi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray. Missa autem celebrata, convenerunt domini apud cameram, inde ad aulam examinis, et ibi audiverunt lectiones dominorum licenciandorum qui restabant dicere. Quo facto, decanus distribuit singulis licenciandis porciones [20 Février.

glosarum pro eorum lectionibus componendis. Quibus fuit ordinatum quod in eodem loco revertantur die jovis proxima, xxvii Februarii, dicturi suas lectiones glosarum predictarum.

Illo die, dominus Johannes Gressier exposuit Facultati quod, pro sua promocione ad cantoriam ecclesie Noviomensis[1], erat necessario personaliter iturus Noviomum, quantum ex tenore quarumdam litterarum, quas exhibuit, fidem fecit; supplicabatque propterea reputari presens usque ad mensem, et quod interim omnia et singula emolumenta Facultatis percipiat. Domini vero, attendentes honorem Facultatis in condoctorum suorum promocione versari, cupientes et insuper ultro alterius invicem provisionem tanquam propriam, sue peticioni libere annuerunt. Ipse autem dominus Gressier post quadriduum dictam cantoriam obtinuit.

[27 Février.] Die jovis xxvii Februarii, fuit missa et collegium, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray. Et illo die recitavit suas lectiones glosarum magister Laurencius Christiani, qui prolixus nimis fuit, sed docte dixit per duas fere horas. Quare remittuntur alie lectiones recitande ad diem lune proximam, terciam Marcii.

Isto die, supplicavit. . ., de Parisius[2], pro nominacione Facultatis habenda; que sibi fuit concessa, eo quod esset baccalarius in jure canonico Parisius. Obtulit autem tunc pro dicta nominacione et sigillo solummodo medium scutum, affirmans se pauperem esse et non habere ampliores pec(c)unias. Visum est tamen dominis pocius debere sibi remitti totum et integrum scutum, causa paupertatis, quam capere dimidium scutum, ne solucio ista dimidii scuti transeat ad consequenciam. Istius enim exemplo, ubi ad aliorum devenisset noticia, plures, qui in futurum peterent similes nominaciones, nollent nisi dimidium scutum solvere; quod esset contra statuta Facultatis, quibus cavetur quod pro simili littera nominacionis solvatur francus aureus, qui valet scutum vetus aureum.

Supplicavit Ambrosius de Cambray, decanus Facultatis, pro mense gracioso post lapsum rigorosi mensis, computando tamen dictos menses a die qua recedet. Cui fuit per omnes dominos concessum quod peciit.

[6 Mars.] Die jovis vi Marcii, celebrantur missa et collegium, et ibi adfuerunt domini Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa,

[1] Il semble avoir été d'abord chancelier de l'église de Noyon. Car on lit, dans la *Seconde partie du troisième livre des Annales ou Antiquitez de l'église de Noyon*, par Jacques Levasseur (Paris, 1634, in-4°), page 1340 : «Jean Gressier, professeur en Décrets à Paris, chanoine et chancellier de l'Église de Noyon», avec cette référence marginale : «Concl. Capit. du 23 aoust 1468.»

[2] Le nom a été biffé avec soin et nous n'avons pu parvenir à le rétablir.

Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et Nicolaus de Gruey, absente decano, occupato in curia Parlamenti, ex speciali regis mandato. Et ibi, in aula examinis, arguerunt domini contra licenciandos, et proposuerunt quolibetta (*sic*), more solito, fuitque ipsis dictum quod redeant quando eis mandabitur.

Die sabbati VIII Marcii, convocatis dominis per cedulam apud domum domini Johannis de Courcellis, hora quarta post meridiem, super his que restabant expediri in facto licenciandorum, eciam quia magister Egidius de Fonte, qui se jamdiu presentaverat cum primo legente ad examen licencie, propter multa que tunc sibi supervenerant insperato dampna, non potuerat prosequi facta examinis et licencie, et similiter magister Nicolaus du Rivo (*sic*), qui alias et die XII Decembris fuerat admissus ad examen licencie, gravi detentus valitudine, non valuerat continuare actum examinis, supplicarunt admitti ad prosecucionem cepti per eos negocii, et fuit eisdem concessum, assignataque porcio tam textus quam glosarum, pro conficiendis suis solitis lecturis in eo quod restabat. Fuit tamen per plures dominos Facultatis notatus ma(n)gna inconstancia et levitate idem de Rivo, qui bina vice supplicavit pro secunda lectura, que, postea quam eidem fuit concessa, non curavit legere. Item, se presentavit ad examen licencie et prestitit juramenta; die tamen aperti examinis disparuit. Iterum supplicavit admitti ad examen et poni in bancha nobilium cum primo legente, et obtinuit; et recitata sua lectione textus, postea omnia deserit. Ideo videbatur aliquibus esse omnino repellendus. Tamen, contemplacione quorundam ipsius consanguineorum pro ipso supplicancium, fuit eidem concessum quod perficiat residuum actus examinis, et de permaxima gracia fuit admissus. Et fuit decano injunctum expresse quod ista presenti registro annotaret. 8 Mars

Eadem die, supplicavit admitti ad examen licencie magister Egidius Morelet, presbiter, ... diocesis; cujus visitatis cedulis (F° 32 v°) quas tunc ibi presentaverat bidellus major Facultatis, et comperto quod tempus suum haberet, ac legisset juxta statuta Facultatis, fuit admissus, prestitisque per ipsum juramentis solitis, decanus sibi porcionem textus et glosarum distribuit pro suis componendis lecturis.

Super expedicione licenciandorum, dictum extitit quod adventus illorum trium, de Rivo, de Fonte et Morelet, tardabat eorum absolutam expedicionem; tamen prefati tres presentati quantocius expedientur, et ipsi alii simul cum eis.

Relatum insuper extitit per decanum et quosdam ex dominis doctoribus, quod aliqui scolares, a modico tempore citra, soliti erant venire ad ipsum decanum et alios dominos doctores pro suscipiendo gradu baccalariatus in jure canonico; sed prius volebant convenire de quot(t)a pec(c)unie pro bursis, quam supplicarent pro examine dicti gradus. Fuit autem conclusum quod nemo de cetero audiatur in similibus, et eis dicatur quod tales peticiones et pro parte dominorum et ipso-

rum petencium sunt inhoneste; quodque pec(c)unie non sunt causa sue promocionis, sed eorum virtus et doctrina, et propterea veniunt primo scolares probandi a dominis doctoribus super litteratura et moribus; qui si ignorantes aut non alias digni comperiantur, profecto omnino a gradu repellentur, in quo casu non erit opus eorum pec(c)unia; si vero docti fuerint et meriti, admittentur ad gradum; quo facto, sermo habendus erit de taxa bursarum, et non prius; igitur veniant de cetero scolares cum ea humilitate qua decet et consuetum est, quia domini doctores non nisi justum ab eisdem petent, et juxta ipsorum singulorum facultates optime scient ipsorum bursas et pec(c)unias moderari. Fuit et insuper adjectum quod pro parte Facultatis inhibetur omnibus dominis doctoribus dicte Facultatis, sub debito juramenti, ne tales admittant scolares, aut eorum peticiones similes audiant, sed eos graviter increpando repellant.

[13 Mars.] Die jovis XIII Marcii, fuit missa et collegium, ubi interfuerunt domini Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray.

Eadem die, in aula examinis recitavit suas lectiones magister Egidius de Fonte; quibus perfectis, fuit examinatus, et quodlibet sibi fuit propositum, more consueto. Et similiter fuit factum magistro Nicolao de Rivo.

[17 Mars.] Die lune XVII Marcii, in aula examinis, presentibus dominis Nicolao de Conty, Roberto Tulleu, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Nicolao de Gruey et me Ambrosio de Cambray, recitavit suas lectiones magister Egidius Morelet, fuitque in omnibus et per omnia more consueto examinatus, etc.

[20 Mars.] Die jovis XX Marcii, celebrantur missa et collegium, et ibi affuerunt domini Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Roberto Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray. Et post missam accesserunt prefati domini ad cameram examinis, ibique licenciandi venerunt, supplicantes humiliter quod dignaretur Facultas eos expedire. Exaudivit autem eorum supplicacionem Facultas, et, habita grandi ac matura deliberacione inter dominos doctores super sufficiencia et meritis licenciandorum, placuit Facultati omnes et singulos sex baccalario examinatos probare tanquam dignos et sufficientes ad licencie gradum in jure canonico suscipiendum, et eos debere presentari ut ydoneos domino cancellario ecclesie Parisiensis. Qua deliberacione et conclusione habitis, ingressi sunt domini doctores aulam examinis in qua sedebant licenciandi, et ibidem, prius oracione habita per decanum, more solito, decanus aperuit atque declaravit ipsis licenciandis quod Facultas eos omnes et singulos probaverat et admiserat, tanquam dignos et sufficientes ad licencie gradum in jure canonico

suscipiendum. Pro quibus dicti licenciandi gratias egerunt dominis doctoribus non parvas; et clauditur tunc examen pro illo anno. Prestitis autem juramentis solitis per prefatos licenciandos, fuit eis injunctum quod comparent post prandium in camera examinis, et satisfaciant de bursis et aliis juribus debitis Facultati et ejus officiariis; qui quidem ita ut fuit eis injunctum fecerunt et satisfecerunt.

Eodem die, supplicarunt licenciandi Facultati quat(h)enus dignaretur ipsis ordinare deputareque certum locum in quo possint signeta licencie celebrare. Quibus per Facultatem fuit assignatus et ordinatus locus collegii Cameracensis [1], et quod ibi et non alibi facerent, sub pena arbitraria. Quam quidem Facultatis ordinacionem licenciandi acceptarunt et Facultati regraciati fuerunt.

Die veneris XXI Marcii, convocatis specialiter omnibus dominis doctoribus per cedulam apud cameram examinis, hora VII de mane, super componendo rotulo sive pro ordine ponendo in vocacione licenciandorum in aula domini episcopi Parisiensis, die licencie, comparuerunt domini Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Gravi autem disputacione habita inter dominos doctores super meritis singulorum licenciandorum, pensatisque ac juste omnibus moderatis, convenerunt omnes domini quod ordo qui sequitur poneretur : Dionisius Aligret, Nicolaus de Rivo, Laurencius Christiani, frater Odardus Medici, Egidius de Fonte, Egidius Morelet. [21 Mars.]

Illo autem ordine descripti fuerunt dicti licenciandi in quodam rotulo pargameni (*sic*), qui clausus fuit firmiter tribus in locis, in medio scilicet, in superiori et inferiori parte, et postmodum extitit sigillatus tribus sigillis, videlicet sigillo decanatus, in medio; sigillo antiquioris ibi doctoris, in superiori parte, et in inferiori, sigillo junioris doctoris (F° 33 r°) fuit obsignatus. Fuit et insuper alius rotulus in omnibus et per omnia similis scriptus, clausus et sigillatus, factus extitit, qui apud decanum remansit, ut in die licencie videat si aliquid fuerit immutatum, vel si bidellus nominando et appellando licenciandos in aliquo deviaret, etc.

Fuit conclusum per Facultatem, illo die, quod prefatos licenciandos decanus Facultatis, cum aliis dominis doctoribus Decretorum, presentabit domino cancellario, tanquam probatos et dignos ad licenciam in jure canonico suscipiendam. Et fuit preceptum bidellis quod intimarent licenciandis quod comparent hac de causa in ecclesia Beate Marie Parisiensis, hora tercia post meridiem.

Eadem die, post prandium, hora ferme quarta, comparuerunt apud domum domini Dionisii le Herpeur, sacre theologie doctoris egregii ac ecclesie Parisiensis cancellarii dignissimi, domini Johannes de Courcelles, Robertus Tulleu, Ste-

[1] Sur le collège de Cambrai ou des Trois-Évêques, cf. Jaillot, *Recherches critiques...*, t. IV, Quartier Saint-Benoît, p. 179.

phanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray. Similiter autem intervenerunt sex predicti licenciandi unacum duobus bidellis Facultatis. Qui quidem domini doctores cum predictis licenciandis et bidellis ex ordine procedentes, idem decanus, brevi habita oracione ad cancellarium, eosdem sex licenciandos, nomine Facultatis, presentavit dicto cancellario tanquam examinatos per dominos doctores ipsius Facultatis et per ipsos approbatos et dignos judicatos licencie gradu in jure canonico, et quorum licenciandorum nomina in quodam rotulo aperto scripta dedit eidem cancellario, ab ipso petens et requirens idem decanus, nomine quo supra, quatenus idem dominus cancellarius Parisiensis eisdem sex baccalariis sic probatis et admissis per Facultatem ipse, auctoritate ap(p)ostolica sibi commissa, licencie benedictionem et gradum impartiretur. Qui quidem dominus cancellarius dictam probacionem baccalariorum licenciandorum atque presentacionem sic ei factam benigne suscepit, addens quod justum erat ut dictis sex baccalariis, sic per dominos Facultatis doctores probatis et dignis licencie gradu judicatis, ipse gradum licencie condonaret, neque volebat aut eciam juste posset contradicere, etc.; salvo tamen suo examine solito super moribus dictorum licenciandorum, et non super pericia aut litteratura sive doctrina, etc. Et hec facta fuerunt in presencia plurimorum.

Illo die, de mane, fuerat compositus rotulus super vocacione dictorum licenciandorum, ut predicitur. Qui quidem fuit tunc presentatus domino cancellario per decanum, nomine Facultatis, in presencia plurimorum, sigillatus tribus sigillis, more solito, et cum protestacionibus solitis, videlicet quod dictum rotulum sic obsignatum firma clausura in tribus locis et triplici sigillo nullomodo aperiat aut violari faciat, non aliquid de contentis in eo ipse aut quivis alius videat seu cognoscat, nisi in aula domini episcopi Parisiensis, die et hora licencie imparciende prefatis baccalariis in conspectu Facultatis et ipsius doctorum, et non alibi neque prius, sed illum conservet rotulum inviolatum in omnibus et per omnia usque in illas diem, horam et momentum, etc. Idem autem cancellarius ipsum rotulum recepit, et se retraxit ad partem cum aliquibus suis consiliariis, et Facultati postea respondit quod ex suo officio, tanquam cancellarius Parisiensis, poterat suum examen facere super moribus licenciandorum; hec autem recepcio rotuli jam compositi per dominos doctores videbatur sibi viam secludere ad examen ipsum super moribus fiendum, quoniam frustra suum examen faceret, si nichil posset suum examen in collocacione ordinis et vocacionis baccalariorum operari. Nam et ut dicebat, licet domini doctores Facultatis Decretorum pretendant et dicant ad se solos spectare composicionem dicti rotuli, tamen existimandum est eos nolle aliquid contra Deum et justiciam facere, sed velle semper baccalarios licenciandos in rotulo et eorum vocacione collocare juxta eorum merita, pensatis omnibus, videlicet moribus, sciencia, genere, etate ac dignitate, et propterea posset accidere quod ipse cancellarius per suum examen comperiret aliquos dic-

torum licenciandorum adeo esse notatos, quod si prius ante composicionem rotuli venisset ad noticiam dominorum doctorum, ipsi illos sic notatos repudiassent et chiffrassent penitus, aut vere alio loco inferiori et minus digno collocassent. Quapropter idem dominus cancellarius restituit rotulum predictum decano et Facultati, dixitque quod quantocius suum examen super moribus perficiet; quo facto, significabit Facultati effectum sui examinis. Recepit autem decanus dictum rotulum quem conservavit integrum usque in aliam diem, qua ipsum predicto cancellario presentavit, ut infra sequitur, etc. [1].

Die sabbati XXII Marcii, rector Universitatis [2] celebravit congregacionem generalem pro forma solita, ut valediceret ac advocaretur de administratis per eum tempore sue rectorie; et licet nichil positum fuerit in deliberacione aliud, quidam tamen doctor theologie, magister Johannes Haillis nomine, magister collegii de

[1] Plus tard, Ambroise de Cambray, lorsqu'il remplacera Denis le Harpeur, mort en septembre 1482, se souviendra de la mauvaise volonté montrée en cette occasion par le sorboniste Denis le Harpeur et par la Faculté de théologie (cf. Ch. Jourdain, *Index chartarum*, p. 302, n° 1439 et note 2), et il pourvera à la Faculté de théologie que l'ancien doyen de la Faculté de Décret avait la rancune tenace. Le 30 octobre 1484, à l'examen (*in aula*) de frère Simon Vinsot, il vint s'asseoir près du vice-chancelier Bérenger Marchant, un sorboniste, et attaqua la première conclusion : « Quod nunquam visum fuerat, scilicet ut tres presideant in una graduatione! » (Bibl. nat., *Lat.* 15445, p. 541.) — En 1486, les actes sorboniques furent interrompus à cause de l'« usurpation » de maître Ambroise de Cambray, chancelier de Notre-Dame, qui, au début de la séance, arriva avec un siège à dossier (*cum scabello dossato*) et toute une suite de partisans, et voulut s'asseoir entre le prieur de Sorbonne, Jean Mathieu, de la nation de France, et le répondant, comme il avait déjà fait, paraît-il, l'année précédente. A cette vue, le prieur, le répondant et les bacheliers quittèrent la salle et se rendirent à la chapelle du collège de Sorbonne, en attendant qu'une décision fût prise à ce sujet par Jean de Bar, évêque de Meaux, conservateur des privilèges apostoliques de l'Université depuis 1472, et les autres maîtres qui se trouvaient dans la chapelle. Après en avoir délibéré, l'évêque de Meaux et l'un des maîtres entrèrent dans le parquet de la salle (*parquetum aule*) où avait lieu la discussion, et aussitôt l'évêque s'assit à la place prétendue par le chancelier, c'est-à-dire entre le prieur et le répondant, jusqu'à la huitième heure; on plaça alors les sièges et les escabeaux autrement qu'à l'habitude, de sorte que l'escabeau où s'asseoit d'ordinaire le prieur touchât l'extrémité de celui où s'asseyait le répondant. De cette façon, Ambroise de Cambray, ni personne autre, ne pouvait plus s'asseoir à cette place, parce qu'il n'y avait plus, comme auparavant, de place entre les deux escabeaux. « Et fuit ibi murmur inter assistentes et auditores ». *Lat.* 15445, p. 542. — Ambroise de Cambray ne se tint pas pour battu : accompagné d'un conseiller au Parlement, Jean Brinon, il revint avec son siège à l'acte sorbonique de frère Nicolas Baron, qui répondait en troisième lieu. *Ibid.*, p. 543. — Des scènes analogues se reproduisirent le 30 octobre 1486, jusqu'en 1489, à la première sorbonique, où Ambroise de Cambray put s'asseoir tranquillement sur un siège à dossier non tapissé (*supra unum scabellum retro dossatum sine tapeto*), placé à deux pieds de distance des autres escabeaux et formant la pointe d'un triangle. « Et hoc de gracia speciali Facultatis, ad vitam duntaxat, et sine prejudicio juris Facultatis; de qua permissione passavit literas authenticas coram duobus notariis Casteletti, videlicet Godin et suo socio ». *Ibid.*, p. 544. — Son successeur, Étienne Poncher, le futur évêque de Paris, n'eut garde de laisser tomber ce privilège. *Ibid.*, p. 547.

[2] Jean Gambier, qui avait été élu le 16 décembre 1476, au moins selon les indications données par Du Boulay, *Hist. Univ. Paris.*, t. V, p. 725.

Forteto [1], tunc forsan ibidem antiquior theologie doctor et propterea vices decani sue Facultatis gerens, ausus est, propria auctoritate et non ex conclusione sue Facultatis (quemadmodum plures gravissimi patres theologie doctores, qui ibidem interfuerant, postea affirmarunt), dicere in conspectu omnium, quod querebatur Facultas theologie de domino rectore, eo quod non congregasset (F° 33 v°) Universitatem tempore sue rectorie, ut provisio daretur contra novitatem que fiebat per Facultatem Decretorum, volentem isto anno non jubileo celebrare licenciam baccalariorum in jure canonico, contra morem antiquum honestatemque ac gravitatem Universitatis et Facultatum superiorum; peciitque instanter et instantissime, nomine sue Facultatis, quod prefatus rector qui veniebat deponendus a rectoria die lune sequenti, vigilia Annunciacionis Beate Marie, per juramentum imponeret suo successori, quod die mercurii, in crastinum Beate Marie, celebraret congregacionem Universitatis super illa materia specialiter. Nichil tamen per alias Facultates dictum extitit aut conclusum. Pauci autem, hominem cognoscentes, admirati sunt hujus hominis novitatem, qui omnium proborum sue Facultatis et aliorum judicio non nisi novitatibus studet, [magis] sedicionibus gaudet, brigis et rebus semper similibus, quam studio litterarum aut honestati vite magis intendit, et propterea sua dicta parvifecerunt.

Nichilominus ille bonus vir Johannes Haillis [2], ut sua natura pronus est ad bene agendum, adeo sibi similes nocte dieque sol[l]icitavit, quod plures in hunc errorem secum adduxit, et factum est ut die lune xxiii Marcii, magister Nicolaus Hermant [3], nacione Burgundus et animo [4], qui ante tres menses ex ordinacione curie Parlamenti fuerat ob sua demerita carceribus in Consiergiaria Palatii per sex septimanas et ultra mancipatus, et tunc temporis erat solum sub fidejussoribus relaxatus ad tempus nundum elapsum [5], fuit per brigas mirabiles

[1] Fondé par Pierre Fortet à la fin du xive siècle.

[2] Ou plutôt Jean de Haillies (*Johannes de Halliis*), bachelier en théologie en 1446, licencié en 1454 (*Chart. Univ. Paris.*, t. IV, p. 688); il figure depuis 1457 jusqu'en 1464 au nombre des maîtres de la Faculté. (*Lat.* 5657 C, fol. 32, 38 v°, 44 v°, 51, 58, 67 v°, 77 v°, 89 et 92.)

[3] Ou plutôt Nicolas de la Hermant, sorboniste, élu recteur le 24 mars 1477. Du Boulay, t. V, p. 725.

[4] Cf. plus haut, p. 331, n. 1.

[5] Voici, en effet, ce qu'on lit dans les registres du Parlement : « Du vingt deuxiesme jour de janvier 1476 [1477]. Me Nicolle le Herment, prestre, bachelier en theologie, escollier à Paris, prisonnier en la Conciergerie du Palais, est eslargi et l'eslargist la cour partout jusques au dernier jour de may prochain venant, parmy ce qu'il procurera à son pouvoir et à ses despens envers nostre Sainct Père le Pape la revocation, cassation et adnulliation de certain brief trouvé en la possession dudit Hermant et tout ce que au moyen d'iceluy s'en seroit ensuivy, addressant à l'evesque de Langres [Gui Bernard], et si procurera aussy à ses despens et à son pouvoir de faire absouldre ledit evesque de Langres et autres qui à l'occasion dudit brief seroient excommuniés au moins à cautelle, et desdites revocation et absolution, si obtenir les peut, sera tenu certiffier ladite cour dedans ledit jour, et ne fera citer ne convenir ledit evesque, ses gens, serviteurs et entremetteurs à cause dudit brief, ne autrement en cour de Rome ne ailleurs que en ladite cour, et ne procedera ne fera proceder contre eux par censures ou fulminations à cause de ce; aussy promettra de non impetrer aucunes provisions apostoliques au prejudice des choses dessusdites et autres contenans ladite matière. Et

factas et cum maxima ipsius impensa atque donis electus in rectorem Universitatis, cum infinitorum displicencia et indignacione, eo maxime respectu quod idem Hermant ante duos annos fecisset, ut fama erat, publicari et valvis conservatorie Universitatis affigi revocacionem sive suspencionem omnium et singulorum privilegiorum papalium Universitatis Parisiensis, factam per Sixtum papam quartum ad suggestionem cujusdam magistri Johannis de Montemirabili [1], ipsius pape cubicularii et dicti Hermand advunculi, et hoc propter quendam processum quem intentabat quidam scolaris Universitatis coram conservatore contra prefatum de Montemirabili [2].

au cas que dedans ledit jour il n'auroit obtenu ne apporté ceans ladite revocation et adnullation dudit brief, bonnes et pleines absolutions au moins à cautelle par ses diligences ou autrement, sera tenu iceluy jour retourner ceans et soy rendre prisonnier en ladite Conciergerie en l'estat qu'il est à present, le tout par manière de provision et sans prejudice des conclusions prises au principal tant par ledit evesque que le procureur du Roy et des salvations de services et justifications dudit de Hermant, et aussy de demander plus amples provisions, ledit jour passé, par lesdites parties. Et pour faire les choses dessusdittes, baillera ledit Hermant caution jusques à la somme de six cens livres; pour ledit maistre Nicolle a juré par la foi et serment de son corps accomplir les choses contenues et declarées en cestuy present appel, sur peine de retourner et comparoir ceans en personne audit dernier jour de may prochain venant; et de ce Me Jean le Moyne, procureur en ladite cour, et Guillaume Beraut, marchand espicier, demeurant en la rue Sainct Jacques, ont cautionné et plegé ledit Hermant jusques à la somme six cens livres parisis, et ledit de Hermant les a promis rendre indemnes, et pour faire tous esplois necessaires en ceste partie a eslu son domicille en l'hostel de m^r Jean Gauche, son procureur. Faict le vingt deuxiesme jour de janvier.» Bibl. nat. *Franç.* 21276, fol. 122 v°. — Nicolas de La Hermant avait été élu procureur de la maison de Sorbonne le 1er octobre 1474. *Lat.* 5494 A, fol. 67 v°; cf. fol. 69 v°.

[1] Jean de Montmirail, l'oncle de Nicolas de La Hermant, était de Chaumont. Référendaire apostolique, il fut nommé par Sixte IV préfet de la signature et chanoine prébendé en l'église de Cambrai. A l'occasion de cette chanoinie, il eut avec Jean Jonglet, conseiller au Parlement de Paris, un différend que le Pape ne resolut pas à l'avantage de ce dernier : de là, sans doute, colere à la Cour. On ne sait à quelle date il fut nommé évêque de Vaison. En 1474, sous l'épiscopat de Gui Bernard, il obtint l'érection en collégiale de l'église de Saint-Jean-Baptiste de Chaumont, sa ville natale, par lettres de Sixte IV, datées de Rome, 6 id. febr. 1475. Il mourut à Rome et légua sa maison à l'église de S. Maria del Popolo, où il avait fait élitier une chapelle en l'honneur de saint Jean et où il fut inhumé. Cf. *Gallia Christ.*, t. I, col. 933-934; Jacques Vignier, *Chronicon Lingonense* (Langres, 1665, in-8°), p. 149. — Il ne faut pas confondre ce Jean de Montmirail avec un autre «Jean de Montmirail» ou «de Montmirel», licencié ès lois, reçu avocat au Châtelet le 26 juillet 1481, qualifié de sieur de Gandelus et d'avocat au Parlement en janvier 1501, et qui était le cousin maternel de Jean de Rueil, fils du subrogé tuteur des enfants de L. Herbelot. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 237; vol. 765, p. 53 et 419.

[2] Cette affaire de la suspension des privilèges de l'Université par un prétendu bref de Sixte IV est fort obscure, comme on le voit par l'arrêt publié ci-dessus. Le Parlement ne paraît pas savoir du tout à qui imputer la fabrication de ce document, dont il soupçonnait la fausseté. Ambroise de Cambray pouvait d'autant moins passer cet incident sous silence que l'évêque de Langres, Gui Bernard (1454-1481), y était impliqué et que, si l'on en croit une note de M. Émile Jolibois, le doyen de la Faculté de Décret avait eu maille à partir avec le prélat, l'un des protecteurs de Jean de Montmirail. «A l'occasion de son election [celle de Bernard, en 1454], l'église de Langres fut mise en interdit par le pape, qui avait prescrit le choix d'Ambroise Camerat (*sic*, pour : Ambroise de Cambrai); mais cet interdit fut levé de suite.» *Les chroniques de l'evêche de Langres, du P. Jacques* Le-

Idem autem Hermand rector, novarum rerum cupidus, preter solitum, in crastinum sue electionis, die videlicet festo sacratissimo Annunciacionis Dominice, convocavit deputatos apud Sanctum Mathurinum specialiter et expresse super facto licencie in Facultate Decretorum celebrande. Et ibidem comparuerunt theologi tres, Decretiste sex, unus medicus, quatuor procuratores nacionum et artiste octo. Qui omnes uno ore concluserunt (demptis Decretistis) quod in crastinum congregacio Universitatis celebraretur specialiter pro materia licencie predicte Decretorum. Et quoniam ipsi doctores Decretorum luce clarius acceperunt eundem rectorem alios omnes deputatos pro voto suo delegisse et ibidem convocasse, peciit tunc et instanter requisivit decanus, et alii domini doctores Decretorum nomine Facultatis pecierunt, quod antequam fieret talis congregacio Universitatis, prius convocarentur in grandi numero de senioribus Facultatum theologie, que hujus impedimenti videbatur auctrix, similiter medicine et arcium, in crastinum, ut maturius atque gravius negocium discuteretur, prinsquam temptaretur via que causa posset esse scandali et perpetui discidii inter Facultatem theologie et Decretorum; affirmans idem decanus Decretorum non esse novum aut insolitum quod licencie fiant in Facultatibus theologie, Decretorum et medicine anno non jubileo, et quod actus iste licenciarum fuerit nostris temporibus et memoria celebratus in Facultate theologie Parisius anno non jubileo quaternis vicibus, quodque per dictos seniores poterit rector et alii ibidem presentes ad plenum super his informari; insuper, quod talis convocacio deputatorum, illo die sancto facta preter solitum, arguebat suspic(c)ionem alicujus inordinate passionis in rectore. Cum autem res grandis esset et maxime importancie et que parere posset scis[s]nram et discordiam inter superiores et primas Facultates theologie et Decretorum, quod summe cavendum est juxta statuta Universitatis, instanter pluries et instantissime decanus peciit, nomine Facultatis Decretorum, illam convocacionem solemnium deputatorum in crastinum fieri per rectorem. Et quia idem rector, iis non obstantibus, hoc facere negavit, quin pocius conclusit procedere ad celebrandam congregacionem Universitatis in crastinum, pretermissa prius convocacione solemnium deputatorum, prefatus decanus, vice Facultatis sue et pro ea ac nomine licenciandorum jam presentatorum cancellario Parisiensi, appellavit ad curiam Parlamenti. Et illo sero convocavit apud habitacionem suam decanus viros peritos consiliarios Facultatis, quorum deliberacione fuerunt confecte littere regie in forma appelli, etc.

[26 Mars.] In crastinum, die mercurii XXVI Marcii, ante quintam horam post mediam noctem, fuit sigillatum adjornamentum in causa appelli predicti, et illico per hos-

gnier, traduites du latin, continuées jusqu'en 1792, et annotées (Chaumont, 1842, in-8°), p. 186. Par malheur, nous n'avons pu découvrir où M. Jolibois a puisé ce renseignement.

tiarium curie Parlamenti, ante tactam septimam horam, fuit mandatum execucioni contra personas rectoris, trium doctorum theologie, trium procuratorum nacionum et aliquorum aliorum; fueruntque facte inhibiciones, sub gravibus penis, ne procederent ad aliquam congregacionem Universitatis, aut aliquid aliud attemptarent in prejudicium dicte appellacionis, cum intimacione, etc. Hec res et execucio multos induratos conturbavit, ita ut incerti essent consilii quid agere deberent, postquam apud Sanctum Mathurinum convenerunt. Et retraxit se rector cum aliquibus in claustro, et ibidem diu stetit. Tandem ingreditur cap(p)itulum Sancti Mathurini, in quo celebrantur congregaciones generales (F° 34 r°) Universitatis, et ibidem proposuit quod rem novam, non honestam, sed scandalosam attemptaret Facultas Decretorum, que illo anno non jubileo nitebatur celebrare actum licencie in jure canonico; et concludebat dari provisionem per Universitatem adversum talem novitatem. In predicto loco convenerant omnes ferme domini doctores Decretorum; quorum deliberacione precedenti et ipsis presentibus, per organum decani dictum extitit, in primis quod protestabatur Facultas Decretorum non acceptare aut reputare illam convocacionem et cetum illum ibidem existentem esse, aut facere congregacionem generalem Universitatis, neque ibidem comparebant illo respectu iidem domini doctores; insuper, quod adherebant sue appellacioni die precedenti interjecte et isto die relevate ac execucioni demandate, nec ab ipsa et ipsius prosecucione recedebant; quinymo protestabantur de attemptatis, et in quantum opus erat, de novo appellabant, sue prime appellacioni adherendo; tamen pro informandis patribus et aliis, qui ibidem convenerant, super rigore et injusticia eidem Facultati factis per rectorem et alios deputatos die precedenti, aliqua diceret quam brevius posset. Recitavit idem decanus supplicacionem regis christianissimi, instantis apud Facultatem litteris et nunciis pro aliquibus sibi dilectis, ut licenciarentur illo anno, ubi alias ydonei essent juxta statuta Facultatis, licet annus non esset jubileus; exhibuitque ac legit publice litteras predictas regis. Dixit insuper quod hoc non esset novum, et quod in Facultatibus theologie, Decretorum et medicine alias fuerat factum ad instanciam, una vice, ducis de Bethfort Anglici [1], alia vice, instante Philip[p]o duce Burgundie [2], qui ambo principes tunc temporis erant inimici capitales regni et regie Majestatis, quodque absurdum videretur Universitatem voluisse complacere illis duobus principibus, et nunc velle adversari voluntati regie Majestatis in simili actu. Declaravit insuper decanus, quod ab anno Domini millesimo m^c xxxi fuit facta publica licencia in Facultate theologie quatuor vicibus anno non jubileo, specificando annotacionem annorum singulorum [3], et personas nominando que in singulis annis predictis non jubileis licencie gradum publice in aula episcopi Pari-

[1] Cf. *Chartul. Univ. Paris.*, t. IV, p. 471, n° 2303, et p. 476, n° 2310.

[2] Cf. *ibid.*, p. 671-672, n° 2610.

[3] En marge : « Vide specificacionem infra, folio xxxvii, in fine primi marginis. » Cf. plus bas, p. 361.

siensis receperunt. Exposuit preterea idem decanus quod jam ante quatuor menses fuerat examen apertum per Facultatem et publice pronunciatum in scolis majoribus, trina vice et diversis temporibus, quod si qui vellent subintrare examen solitum pro gradu licencie in jure canonico suscipiendo, comparerent in Facultate, ut moris est, quodque cedule prefate publicacionis affixe fuerant valvis scolarum Facultatis, et hec omnia palam et publice acta sunt et nichil istorum in occulto factum fuit ; ita ut ad omnia supposita Universitatis et eorum noticiam potu[er]it devenire. Addidit ulterius ipse decanus, quod sex numero licenciandi pro quibus agebatur jam erant examinati, admissi per doctores et probati tanquam sufficientes pro licencia suscipienda, et ut tales cancellario Parisiensi presentati, per ipsum cancellarium recepti; rotulus super vocacione eorum jam erat compositus et obsignatus; dies erat per cancellarium Parisiensem pro signetis suscipiendis assignatus, similiter et per eum dies licencie nominatus, ita ut recte constaret quod nimis sero veniebant, qui hunc actum nitebantur impedire, et luce clarius constabat emulacione aut livore quodam eos pocius duci quam aliquo zelo honestatis. Quapropter supplicabat Facultas Decretorum, quod ab inceptis desisteret Facultas theologie, similiter et tota Universitas. Quibus dictis de novoque refricatis et iteratis protestacionibus premissis, statim recesserunt omnes domini Decretorum doctores extra cap(p)itulum et claustrum Sancti Mathurini, cappis depositis. Tandem Facultas theologie conclusit quod permitteretur Facultati Decretorum licenciam illam celebrare, dummodo a suis appellacionibus desisteret. Facultas medicine neque pro neque contra deliberavit. Ipsa autem Facultas arcium divisa fuit; nam naciones Normanie et Alamanie voluerunt quod inhiberetur Facultati Decretorum, sub pena privacionis ab Universitate, quod nullomodo fieret dicta licencia; nacio Picardie permisit quod fieret; nacio Francie remisit ad solempniores deputatos in grandi numero; et sic non fuit concordia neque conclusio in Universitate; ex quo reportarunt confusionem qui hoc scandalum suscitarunt. Apud vero Facultatem Decretorum mansit honor et victoria [1].

[27 Mars.] Die jovis XXVII Marcii, fuit missa et collegium, ubi interfuerunt domini Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Conty, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray; et ibidem fuit conclusum quod iterum et secundo presentetur rotulus licenciandorum domino cancellario ecclesie Parisiensis; quem rotulum negaverat in prima presentacione suscipere, propter causas scriptas ultimo articulo eorum que acta sunt per Facultatem die veneris XXI Marcii precedenti [2]. Et hoc isto die, decanus, unacum dominis Stephano de Veteri Villa, Johanne du Pleis et Johanne

[1] Voy. Du Boulay, t. V, p. 725-726. — [2] Cf. plus haut, p. 338-339.

Gressier, presentavit dictum rotulum domino cancellario Parisiensi in domo sue habitacionis, factis protestacionibus et petito instrumento sub eisdem forma et modo quibus fecerat in prima presentacione dicti rotuli, predicta die XXI proxime preterita; quem recepit dominus cancellarius sub illis condicionibus.

Illo die, receperunt signeta prefati licenciandi in aula collegii Cameracensis cum maximo honore et apparatu, assistente ibidem copia prelatorum, nobilium, graduatorum in omni Facultate, civium et populi, et absque aliquo impedimento pro parte rectoris aut aliorum, licet rumor in contrarium laboraret.

Die veneris XXVIII Martii, convenientibus dominis Martino de Fraxinis, Nicolao [28 Mars.] de Conti, Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, Johanne Gressier, Nicolao de Grucy et me Ambrosio de Cambray apud Sanctum Johannem Jerosolimitanum, cum suis sex licenciandis ac omnibus bidellis, tam Facultatis quam dominorum, copiosaque multitudine licenciatorum, baccalariorum atque studencium in eadem Facultate Decretorum et aliis Facultatibus; qui omnes suo ordine bini et bini procedentes, more solito, servata gravitate Facultatis, venerunt ad aulam domini episcopi Parisiensis. Ex eo autem loco iverunt ad domum domini cancellarii Parisiensis domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray, instantes apud eum ut vellet venire ad aulam domini Parisiensis pro licencia imparcienda baccalariis sex sibi presentatis, pecieruntque ab eodem cancellario exhibicionem rotuli sibi dati super ipsorum licenciandorum collocacione, ut viderent domini doctores si fuisset apertus aut in aliqua sui parte vel clausura violatus. Qui quidem dominus cancellarius statim rotulum sibi datum per Facultatem exhibuit tradiditque decano et aliis doctoribus Decretorum ibidem presentibus. Qui quidem rotulus, diligenter visitatus, compertus est sanus, integer neque aliquo modo violatus; et propterea illum decanus restituit domino cancellario; qui, se excusans quod morbo detineretur, vices suas commisit magistro Carolo Sacci[1], sacre theologie doctori prestantissimo et vicecancellario, etc., eidemque rotulum predictum tradidit. Prefatus autem vicecancellarius et domini doctores Decretorum predicti ad aulam domini Parisiensis accedentes, vocacione licenciandorum facta per bidellum majorem Facultatis juxta tenorem predicti rotuli, oracioneque habita solemni per ipsum vicecancellarium, idem Sacci vicecancellarius licencie gradum sex baccalariis prefatis impartitus est. De quibus omnibus in presenti articulo narratis idem decanus petiit instrumentum fieri per magistrum Johannem

[1] Le Normand Charles Sac ou Lesac, l'un des correspondants de Gaguin. Il avait été élu recteur le 24 mars 1467, puis était entré au collège d'Harcourt. Cf. Du Boulay, t. V, p. 869. — Un recueil de pièces littéraires formé par Guillaume le Maire, moine de l'abbaye de Saint-Denis, mort en 1482, contient un sermon de Charles Sac sur saint Bernard. Bibl. nat., *Lat.* 17117, fol. 1.

Helé[1], not(t)arium publicum. Quibus peractis, descenderunt domini doctores cum suis licenciatis, gracias agentes omnibus qui illum actum sua presencia decoraverant. Postea vero domini doctores unacum suis noviter licenciatis et aliis pluribus se retraxerunt ante cap(p)ellam inferiorem episcopalem; et ibidem prefati sex licenciati dederunt gracias infinitas dominis doctoribus et Facultati pro susceptis per eos laboribus in eorum examine et expedicione atque honore eisdem impenso.

Ibidem tunc supplicavit pro gradu doctoratus magister Dionisius Aligret; cui per Facultatem extitit responsum, quod poterit venire in prima missa Facultatis, iteraturus eandem supplicacionem; et Facultas sibi tunc dabit responsum juxta statuta Facultatis.

Eodem die, domini doctores optarunt sex illos licenciatos ordine qui sequitur :

Dominus Johannes de Courcellis optavit magistrum Dionisium Aligret; dominus Martinus de Fraxinis, Nicolaum de Rivo; ego Ambrosius de Cambray, Laurencium Christiani; dominus Nicolaus de Conty, Egidium de Fonte; dominus Jacobus Aubry, fratrem Odardum Medici, et dominus Robertus Tullen, Egidium Morelet. Fuitque ordinatum ut per decanum in presenti regestro inscribatur ordo vocacionum dictorum sex licenciatorum cum annotacione predictarum opcionum, etc.[2].

Nota. — A die qua celebratur missa et collegium proxime, ante dominicam in Ramis Palmarum, usque ad septimanam post dominicam de Quasimodo[3], non celebratur missa Facultatis neque collegium ordinarium, et hoc ex statuto ejusdem Facultatis, nisi aliquid singulare evenerit propter quod specialis fiat convocacio dominorum per cedulam.

[29 Mars.] (F° 35 v°). Die sabbati XXIX Marcii, que erat vigilia dominice in Ramis Palmarum, dominus Andreas Wasselin legit in scolis majoribus Facultatis Decretalem solempnem : *Omnis utriusque sexus*, titulo *de penitentia et remissione* situatam, hora consueta; et hoc suo ordine, ascendendo ad antiquiores dominos doctores, ita quod in festo Penthecostes[4] proximo debet legere aliam Decretalem solemnem dominus Guillelmus de Castilliono, et subsequenter dominus Johannes du Pleis, etc.

[16 avril.] Die mercurii XVI Aprilis, fuit celebrata generalis congregacio Universitatis super pluribus articulis, et, inter supplicantes, postulavit magister Nicolaus Her-

[1] Est-ce le même que Jean Helle ou Hellé, maître ès arts et licencié en Décret, qui, après le décès de Jacques Aubry, régent à la Faculté de Décret, fut nommé par la nation de Picardie à l'une des deux chapellenies fondées au Châtelet et à la collation de l'Université? Voy. Du Boulay, t. V, pp. 737-738, et Ch. Jourdain, *Index chartarum*, p. 300, n° 1422.

[2] Cf. plus bas, p. 355.

[3] En 1477, la fête des Rameaux tombait le 30 mars, et le dimanche de Quasimodo, le 13 avril.

[4] Le 25 mai 1477.

mand, tunc rector, de quo supra, etc., litteras commendaticias Universitatis ad Pontificem et dominum Johannem de Montemirabili, ejusdem rectoris avunculum. Petebat ulterius quod eadem Universitas supplicaret Pontifici Romano quod sua Sanctitas vellet revocare quoddam suum breve, subannul(l)o Piscatoris, quod direxerat domino episcopo Lingonensi[1], ipsum per illud breve excommunicando; pro cujus presentacione, quoniam idem breve esset contra libertates Ecclesie gal-[l]icane et ordinaciones regias, et ipse Hermand fuerat sol[l]icitator et director quod presentaretur dictum breve, fuerat carceribus mancipatus, ubi per sex septimanas steterat ante ipsius electionem ad rectoriam, et ordinatum fuerat per curiam Parlamenti quod non liberaretur, nisi prius faceret dictum breve revocari, maxime quia prefatum breve concessum fuerat ad instanciam predicti de Montemirabili et in favorem ejus. Conclusit Facultas quod de revocacione brevis nichil scribatur, quodque littere commendaticie pro ipso rectore, que palam lecte extiterant, corrigantur in multis, et quod sobrie persona rectoris commendetur et parcius atque modestius laudetur. Et pro hac re dati sunt deputati decanus Facultatis Decretorum cum aliis aliarum Facultatum. Cujus sentencie fuerunt Facultates theologie et Medicine.

Adjectum fuit insuper pro parte Facultatis, admonendo totam Universitatem, quod sanctius atque fructuosius foret quod prefata Universitas instaret apud regiam Majestatem quod scriberet summo Pontifici pro facto illius revocacionis sive suspensionis privilegiorum dicte Universitatis, facte ad instanciam dicti de Montemirabili, et quod dictum Pontificem hortetur quod talem suspensionem casset et declaret nullam, quod dictum de Montemirabili graviter puniat, et de cetero non concedat similes litteras apostolicas, quoniam hoc non ex bona gravitate videtur processisse, quod ad levem hominis peticionem privilegia tam mature et graviter pro causis necessariis per summos Pontifices ad peticionem regum Francie tante Universitati, que luminare majus fidei creditur, concessa sic passim revocentur, aut pro levi causa suspendantur[2], parte non vocata neque audita; quod etiam scribat Universitas Romano Pontifici litteras graves super hoc et bene digestas.

Requisivit insuper Facultas quod exactissima fiat informacio contra illos qui similem privilegiorum suspensionem fecerunt valvis conservatorie et aliis locis affigi, et procedatur contra eos ad privacionem, nedum ab Universitate, sed eciam a fructu et honore susceptorum per eos graduum; quod declarentur perjuri ac infames, et impetrentur littere regie contra eos, ut pena corporali juxta ordinaciones regias puniantur; suspicio autem gravis erat et vehemens presumpcio contra rectorem super his; et propterea volebat Facultas quod pro isto articulo fieret congregacio generalis Universitatis, tamquam pro re que visceraliter statum

[1] Gui Bernard (1454-1484). Cf. plus haut, p. 340-341 et notes. — [2] *Ms.* suspendentur.

Universitatis concernebat. Privilegia enim dicte Universitatis sunt ipsius vita, spiritus et stabilimentum firmitatis, robur et esse, etc.[1].

Insuper, quia vac(c)abat officium librariatus, quod illo die per Universitatem conferebatur, et pro quodam procuratore Castelleti vehementer instabant seniores ac principaliores Facultatis theologie; que quidem pro eodem conclusit; Facultas vero Decretorum pro quodam paupere supposito Universitatis bene docto deliberavit, qui officium obtinuit. Voluit eadem Facultas Decretorum quod decanus palam argueret Facultatem theologie et aliquos alios qui impedire voluerant licenciam fieri in jure canonico ante unum mensem, eo quod non esset annus jubileus. Recitavit enim decanus quod predicta suspensio privilegiorum Universitatis sic publicata, ut dictum est in duobus precedentibus articulis, similiter et collacio officiorum Universitatis, maxime librariorum, magis tangunt honorem, commodum et utilitatem Universitatis, quam quod anno non jubileo fiant licencie. Nam clarissime constat similia officia dictim conferri viris ignaris et penitus ignorantibus illa que ad dictum officium spectant; sed favore, precio aut affectione donantur officia; per brigas et corruptelas per seniores et majores tractatas, in hoc incurrentes perjurium, conferuntur illis qui nunquam dictum officium ex(c)ercent, et eis sufficit quod privilegiis Universitatis et immunitatibus gaudeant. Ex quo insurgunt regii officiarii adversum Universitatem, acclamantes eos ab(b)usores, et quod propter ex(c)ercitium officii datur privilegium; et propterea impediunt illos gaudere dictis privilegiis, et nedum illos, sed sepe eciam vera supposita Universitatis, quoniam sepius impediunt justos peccata malorum. Quapropter concludebat decanus admonendo omnes quod similibus erroribus, qui visceraliter dictam Universitatem, eciam ipsius singula supposita tangunt, vellent providere, pocius quam obstinate velle impedire aliquos actus scolasticos, qui non sunt de genere malorum et in quibus est ex(c)ercicium honestatis et virtutis; et quod super his nominarentur per Universitatem graves et dignissimi deputati, ut revocentur omnes similes officiarii non ex(c)ercentes actu sua officia eo modo quo debent, et quod primo omnes similes morbi pestilenciales, qui (F° 35 v°) inficiunt nervos et virtutem Universitatis corrumpunt, ante omnia salubri remedio curentur; postmodum vero detur bonus ordo circa alia leviora, etc.

Eodem die[2], dominus cancellarius ecclesie Parisiensis exposuit dominis de Facultate Decretorum quod sibi racione sue dignitatis jure competit quod qui primum locum obtinet in vocacionibus pro licencia in tribus superioribus Facultatibus, ille sibi debet presentare unum discum ferculorum honestorum, quibus

[1] Pour toute cette affaire, voy. plus haut, p. 341 et n. 2. — L'opuscule, publié à Angers par un frère Mineur nommé Pierre Frémon et dont s'émut l'Université, se rattache sans doute à cet incident, qu'Ambroise de Cambray paraît se plaire à grossir. Cf. Du Boulay, t. V, p. 725 (16 déc. 1477).

[2] En marge, de la main d'Ambroise de Cambray : « Ea que debentur cancellario ecclesie Parisiensis ab illo qui primum locum obtinet in vocacionibus ad licenciam suscipiendam. »

illo die vesci consueverunt catholici, cum sex panibus et duabus quartis vini competentis; quodque ipse consuevit hec omnia recipere ab illis de Facultatibus theologie et medicine; recepit et ipse similiter a domino Johanne Gressier, qui primum locum obtinuit anno Domini M. CCC. LXXIII, et ab aliquibus aliis. Noluit tamen questionem pro re ista facere, sed totum negocium remittebat judicio atque discrec(c)ioni Facultatis. Super hac re pluribus racionibus habitis et multis consideratis, decrevit Facultas quod de cetero idem dominus cancellarius habeat quod petit, quemadmodum in presenti articulo designatur, et honeste fiat debita hec oblacio[1].

Die jovis XVII aprilis, fuit missa et collegium, et illis interfuerunt domini [17 Avril.] Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et ibidem fuit conclusum quod decanus, domini Johannes Gressier et Nicolaus de Grucy adibunt rectorem et nomine Facultatis instabunt pro congregacione Universitatis quam proxime celebranda pro punicione illorum qui revocacionem sive suspensionem privilegiorum factam per Romanum Pontificem affigi fecerant valvis conservatorie et alibi, etc. Qui quidem rector, agnoscens reatum suum eo quod contra Facultatem multa fecisset indiscrete super facto licencie Decretorum novissime facte, et intelligens hanc congregacionem contra se solum fieri, totus conturbatus et quasi ad emissionem lacrimarum, veniam petebat, et respondit se non posse illud negare, tamen prius convocaret deputatos. Interim autem misit nuncios plures ad singulos dominos doctores Decretorum, et quidem personas graves misit, doctores videlicet in theologia, advocatos in curia Parlamenti et alios diversorum statuum, quos existimabat gratos eis quibus mittebantur, et adeo sol[l]icitarunt, quod pars multo major Facultatis voluit quod non amplius nomine Facultatis prosequeretur predicta congregacio generalis Universitatis. Et sic stetit imperfecta conclusio prior sancta quidem et fructuosa, etc.[2].

Die jovis XXIII Aprilis, celebrantur missa et collegium, ubi affuerunt domini [24 Avril.] Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Die mercurii ultima Aprilis, fuit missa et collegium, et ibi interfuerunt do- [30 Avril.] mini Nicolaus de Couty, Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri

(1) Encore une petite vexation de Denis le Harpeur à l'endroit de la Faculté de Décret. Cf. plus haut, p. 338-339 et n. 1.

(2) Sur cette affaire assez peu claire et où les larmes de Nicolas de La Hermant font tant de plaisir au doyen de la Faculté de Décret, qui les considère comme un aveu sans réplique, voy. plus haut p. 340-341 et notes.

Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier et Nicolaus de Grucy, me decano absente et extra civitatem agente.

[7 Mai.] Die mercurii VII Maii, fuit missa et collegium, ubi fuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. Et fuit tunc ordinatum quod in crastinum, die suo videlicet, celebrabitur obitus quondam domini Johannis Chuffart[1], condoctoris Facultatis et cancellarii ecclesie Parisiensis, et cuilibet dominorum presencium et non aliis distribuentur quatuor solidi parisienses.

[8 Mai.] Die jovis VIII Maii, celebratur solempniter obitus quondam domini Johannis Chuffart; in quo affuerunt domini Johannes de Courcellis, Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray, et cuilibet dominorum distribuuntur IIII^or^ solidi parisienses.

[15 Mai.] Die jovis XV Maii, missa celebrantur et collegium, quibus affuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

[22 Mai.] Die jovis XXII Maii, fuit missa et collegium, et illis interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

[24 Mai.] Die sabbati XXIIII Maii, vigilia Penthecostes, dominus Jacobus Junii legit solemniter in scolis majoribus Facultatis, de mane, hora consueta, Decretalem *Majores*, situatam titulo *de baptismo*, et legit pro domino Johannes du Pleis qui in absentia domini Guillermi de Castillione, notorie absentis, et propter ipsius diutinam absenciam non regentis, legere debebat suo ordine. Promisit autem idem dominus Johannes du Pleis legere Decretalem : *Omnis utriusque sexus*, in vigilia dominice in Ramis Palmarum pro prefato domino Jacobi Junii, ad quem spectat suo ordine lectura dicte Decretalis illo die, etc. Et debet legere suo loco dominus Johannes Picart in previgilia Nativitatis Christi proxime.

[29 Mai.] Die jovis XXIX Maii, celebrantur missa et collegium, in quibus fuerunt domini

[1] Sur Jean Chuffart, voy. plus haut, p. 288, n. 1.

Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Die lune, secunda Junii, recessit decanus et ivit Noviomum, ubi speciali regis mandato convocata erat tota curia Parlamenti ad diem terciam Junii, pro facto et processu domini Jacobi d'Armanhac, ducis de Nemours et comitis Marchie, Castrensis et Perdriaci[1]. Dedit autem decanus librum et claves domino Jacobo Aubry. Stetit autem idem decanus apud Noviomum, cum aliis dominis curie Parlamenti, usque ad diem xii Julii sequentis. Quantum autem prefatus dominus Jacobus Aubry retulit, nichil novi supervenit, nisi quod duo (F° 36 r°) fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, de quibus scribam suo loco, et quod sequitur proximo articulo. [2 Juin.]

Hoc anno, post festum Ap(p)ostolorum Petri et Pauli[2], dominus Robertus Tulleu legit extraordinarium suo loco directo et ordine promocionis; et licet dominus Nicolaus de Conti legerit anno proximo precedenti, hoc fuit ut suppleret lecturam quam alias debuerat facere suo ordine, quam obmiserat, et loco ejus legerat dominus Stephanus de Veteri Villa. Ideo anno proximo debet legere extraordinarium dominus Jacobus Aubry; post eum vero Ambrosius de Cambray, etc.

Die jovis xvii Julii, fuit missa et collegium, quibus intervenerunt domini Johannes de Courcellis, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [17 Juillet.]

Die jovis xxiii Julii, celebrantur missa et collegium, ubi interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [24 Juillet.]

Die jovis ultima Julii, fuit missa et collegium, quibus presentes fuerunt domini Johannes de Courcellis, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [31 Juillet.]

[1] Jacques d'Armagnac, duc de Nemours, comte de la Marche, de Castres et de Pardiac, était le propre cousin de Jean V d'Armagnac, pour lequel Ambroise de Cambray avait fabriqué de fausses bulles de dispense. Ce procès dut rappeler de cruels souvenirs au doyen, qui, comme maître des requêtes, y assista avec son collègue Jean de Courcelles. — Les lettres transférant le Parlement à Noyon pour la continuation des débats du procès, qui avaient commencé le 7 février dans la grand'-chambre du Parlement, sont datées d'Oisy, près Cambrai, 20 mai 1477. (Bibl. nat., *Franç.* 5776, fol. 242.) Les séances se tinrent à l'hôtel épiscopal, à partir du 20 juin (*ibid.*, fol. 246). Ambroise de Cambray figure dans la liste des juges (*Franç.* 5773, fol. 1 v°, et 5776, fol. 246 v°). Cf. l'étude de M. B. de Mandrot, *Jacques d'Armagnac, duc de Nemours*, 1433-1477 (Paris, 1890, in-8°; extr. de la *Revue historique*).

[2] Le 29 juin.

[4 Août.] Die lune quarta mensis Augusti, fuit pronunciatum arrestum publice in camera Parlamenti, per os domini Petri Doriole, militis, cancellarii Francie, per quod declaratus fuit criminosus leze (*sic*) Majestatis dominus Jacobus d'Armanhac[1], miles, dux de Nemours, comes Marchie, Castrensis et Perdriaci, et ob hoc dampnatus capite truncari, omnibus suis bonis fisco applicatis[2]. Et illo eodem die, hora quasi quarta post meridiem, fuit mandatum execucioni in Phalis[3] Parisius et loco ubi solent criminosi decapitari, presenti infinita nobilium et aliorum multitudine. Quo mortuo, statim in eodem loco per honestas matronas ad hoc delectas fuit corpus ejus cum capite honeste sepultum et repositum in feretro. Et fratres Minores detul(l)erunt cadaver processionaliter ab illo loco usque ad eorum ecclesiam[4], precedentibus quadraginta tedis sive torchiis et quatuor cereis super feretro cooperto panno de serico, et fuit traditum sepulture in cap(p)ella Beati Bernardini. In crastinum vero celebrantur ipsius exequie, sed hec omnia sine aliqua pompa, et nemo alicujus status aut condicionis comparuit[5]. Causa autem sue dampnacionis erat, quod ipse conscius fuisset conjuracionis et conspiracionis factarum per dominum Ludovicum de Luxembourg, comestabularium Francie, qui XIX Decembris anni Domini millesimi IIIIc LXXV, fuerat Parisius capite similiter truncatus, de quo dixi supra illo tempore[6]. Iste autem dominus Jacobus d'Armanhac habebat uxorem[7], neptem dicti comestabularii, sororem comitis Cenomanensis, neptem regis Sicilie et consanguineam in secundo gradu christianissimo regi nostro Ludovico XI.

[7 Août.] Die jovis VII Augusti, fuit missa et collegium, et ibidem interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray.

[12 Août.] Die martis XII Augusti, recessit decanus, vocatus a rege existente apud Altrebatum[8], et dimisit librum et claves apud dominum Jacobum Aubry.

Tempore autem absencie dicti decani, acta fuerunt que secuntur, quantum

[1] En marge : « Decapitacio domini Jacobi ducis de Nemours, etc., comitis Marchie, etc. »

[2] L'arrêt de mort fut prononcé à Noyon, le 10 juillet 1477.

[3] Les Halles. — On trouve cette forme très aspirée sous les deux notations *phala* et *fula*. Voy. Du Cange, *phala*[2] et *fala*[3].

[4] L'église des Cordeliers. Cf. Jaillot, *Recherches critiques..*, t. V, Quartier Saint-André-des-Arts, p. 53.

[5] Sur le procès et l'exécution de Jacques d'Armagnac, voy. la *Chronique scandaleuse* (éd. B. de Mandrot), t. II, p. 55-57 et 367, et le compte des frais du procès publié à la fin du présent ouvrage d'après le ms. franç. 32511 de la Bibliothèque nationale.

[6] Cf. plus haut, p. 245.

[7] Louise d'Anjou, fille de Charles d'Anjou, comte du Maine, de Guise, de Mortaing et de Gien, vicomte de Châtellerault, et d'Isabeau de Luxembourg, sa seconde femme. Mariée par contrat passé à Poitiers le 12 juin 1462, elle mourut de chagrin pendant le procès de son mari. Cf. le P. Anselme, *Hist. généal.*, t. III, p. 129 C D.

[8] Louis XI fit en effet d'assez fréquents séjours à Arras du mois de mai au mois de septembre 1477.

accepit decanus a prefato domino Jacobo Aubry et a pluribus aliis dominis Facultatis.

Fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico quinque scolares, de quibus dicetur suo loco et ordine.

Die mercurii xxiii Septembris, qua fuit collegium et missa Facultatis, magister Dionisius Aligret, primam lectionem ordinariam legens, comparuit in Facultate, et ibidem peciit haberi excusatus super lectura per eum facta anno precedenti, et quod de novo dignarentur sibi committere onus dicte lecture primi ordinarii. Qua supplicacione finita, ipso absente, domini deliberarunt, et revocato eo, nomine Facultatis dominus Jacobus Aubry eidem dixit quod Facultas ipsum tol(l)erabat et eidem de novo concedebat onus lecture primi ordinarii pro uno anno solum. Supplicavit tunc quod Facultas assignaret librum per eum legendum; quod et factum est. Qui, gratias agens, prestitit solita juramenta, ut anno precedenti. [24 Septembre.]

Die secunda Octobris, fuit facta opcio scolarum per dominos more solito. Tamen reperio in antiquis regestris[1] quod solum fiebat talis opcio in collegio quod ordinarie celebratur proxime ante festum Omnium Sanctorum; et istud videbatur conveniencius, eo quod immediate post festum Omnium Sanctorum domini doctores resumunt suas lectiones, etc. [2 Octobre.]

Die mercurii viii Octobris, fuit missa et collegium, quibus presentes fuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [8 Octobre.]

Die mercurii xv Octobris, celebrantur missa et collegium, et illis interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et Nicolaus de Grucy, absente decano, quantum decanus accepit ab ipsis dominis. [15 Octobre.]

Die mercurii xxii Octobris, fuit missa et collegium, et ibi intervenerunt domini Johannes de Courcellis, Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [22 Octobre.]

Die jovis xxx et penultima Octobris, celebrantur missa et collegium, et interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [30 Octobre.]

[1] On a déjà remarqué plus haut le goût de notre doyen pour les recherches d'archives; il avait réorganisé celles de la Faculté de Décret et voulait en prouver l'utilité.

Fuit tunc ordinatum quod per cedulam moneantur in scolis baccalarii, quod levent et expediant suas cedulas lecturarum et voluminum more solito, juxta statuta Facultatis; alias non acquirent aliquid tempus pro licencie (F° 36 v°) gradu obtinendo in eadem Facultate, etc.

Fuit eciam conclusum quod domini doctores legent et resument suas lectiones doctorales die jovis proxima, sexta mensis Novembris, et fiet specialis convocacio dominorum per cedulam, ut illa die compareant in loco solito super facto electionis decani et thesaurarii Facultatis.

Finis feliciter. — A. de Cambray.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES.

(F° 34 v°). Sequitur tenor rotuli compositi per dominos doctores Facultatis Decretorum Parisius super vocacione sex numero baccalariorum pro licencia ab eisdem baccalariis obtenta in jure canonico, die veneris xxviii Marcii anni Domini millesimi iiii^c septuagesimi sexti, in aula domini episcopi Parisiensis, cum vera annotacione opcionum factarum de eisdem licenciatis per prefatos dominos doctores ejusdem Facultatis.

Dionisius Aligret	Hunc adoptavit dom. Johannes de Courcellis.
Nicolaus de Rivo	Dom. Martinus de Fraxinis.
Laurencius Cristiani	Ambrosius de Cambray.
Frater Odardus Medici	Dom. Jacobus Aubry.
Egidius de Fonte	Dom. Nicolaus de Conty.
Egidius Morelet	Dom. Robertus Tullen.

3. BACCALAURÉATS.

(F° 36 v°). Secuntur nomina illorum qui fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico per consultissimam Decretorum Facultatem Parisius, a die vii mensis Novembris anni Domini m iiii^c lxxvi usque ad diem vi ejusdem mensis anni sequentis [m cccc lxxvii], cum vera annotacione temporis quo quilibet eorum fuerit promotus.

vii Novembris. . .	Die jovis vii mensis Novembris anni predicti lxxvi, Petrus Dagier, clericus, Constanciensis dioc., Philipus le Goux, presbiter Ebroicensis dioc., et Vincencius Curier, clericus,

[1] Aucune mention.

Claromontensis dioc., qui supplicaverant, die jovis ultima Octobris, admitti ad examen gradus baccalariatus, quibus fuit Decretalis assignata per decanum pro ipso examine, fuerunt hoc die examinati et admissi per Facultatem ad eumdem gradum. Prestiterunt juramenta solita, et solverunt : Dagier, duo scuta et XVII s. VI d. parisienses; le Goux, duo scuta cum dimidio, et Curier, duo scuta cum dimidio, pro bursis eorum.

XX Januarii. . . . . Die jovis XVI Januarii, supplicavit in collegio Facultatis frater Johannes de More, relig. ord. S. Augustini canonicorum regularium, Leodiensis dioc., admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico; cui per decanum assignata fuit Decretalis pro dicto examine. Die vero lune XX Januarii, apud domum decani[1], ex permissione Facultatis, [idem] fuit examinatus et admissus ad gradum predictum. Prestitit juramenta solita, et solvit pro bursis tria scuta auri. Hec autem permissio extitit concessa propter impedimentum legitimum quod supervenit prefato fratri Johanni, qui non potuisset expectare proximam missam Facultatis futuram.

VI Februarii. . . . . Jovis VI Februarii, posteaquam supplicavit more solito frater Johannes Caillerii[2], religiosus ord. S. Benedicti, Malleacensis dioc., admitti ad examen baccalariatus in jure canonico, et eidem per decanum assignata Decretali pro examine, compareus in eadem Facultate, die jovis XIII sequenti, fuit, examine premisso, ad gradum baccalariatus predictum [admissus], et per eum prestitis juramentis solitis, solvit pro bursis. . . . . III scuta auri.

XXVII Februarii. . . Jovis XX Februarii, supplicacione in Facultate facta per nobilem virum Guillelmum de Mesnypeny[3], clericum, Bituricensis dioc.,

[1] Dans le quartier Saint-André-des-Arts, rue Poupée. Cf. plus haut, p. 277 et n. 1.

[2] Jean Caillier était, le 13 avril 1472 [1473], official de l'évêque de Maillezais. Bibl. nat. *Franç.* 21276, fol. 47 v°.

[3] Guillaume de Menypeny appartenait à la famille écossaise qui était venue s'établir en France sous Charles VII. Voy. Francisque Michel, *Les Écossais en France*, t. I (1862), pp. 202-205, et A. V[allet de] V[iriville], *Nouv. biogr. gén.*, t. 34 (1865), col. 1015-1016. — Fr. Michel (ouvr. cité, p. 204) dit que Guillaume de Menypeny, abbé [commendataire] de Saint-Satur-sous-Sancerre, fut élu archevêque par le chapitre de Bourges en 1512, après le décès de Michel de Bucy, mais que cette élection ne fut pas agréée par Louis XI, qui avait présenté au chapitre Christophe de Brillac, évêque d'Orléans. Il y a sans doute là une erreur.

quatenus ad examen baccalariatus in jure canonico admitteretur, sibique per decanum Decretali assignata, fuit examinatus, die jovis XXVII ejusdem mensis, et admissus ad eumdem gradum. Qui juramenta solita prestitit, et solvit pro bursis VI scuta auri, et fuit dispensatus de invitacione.

VII Martii. . . . . Jovis VI Marcii, in collegio Facultatis supplicarunt admitti ad examen baccalariatus Johannes de Frosa, in art. mag., Claromontensis dioc.; Hugo de Claveriis[1], clericus, Sancti Flori dioc., in leg. lic.; Petrus Manbelli, clericus, dioc. Mimatensis[2], et mag. Georgius de Villa, Xantonensis dioc. Quibus per decanum assignata Decretali, fuerunt die veneris VII ejusdem mensis admissi ad gradum predictum, examine premisso facto in camera dominorum; et prestitis per singulos solitis juramentis, solverunt pro bursis, videlicet de Frosa, de Claveriis et Manbelli, quilibet eorum duo scuta, et de Villa solvit II scuta cum dimidio.

VII Martii. . . . Eadem die veneris, VII Marcii, Guillelmus Bourdin, presbiter, Ebroicensis dioc.[3], et Franciscus de Valle, clericus, Parisiensis dioc., supplicarunt in Facultate, apud cameram dominorum, admitti ad examen baccalariatus, et per decanum prestita (*sic*) ipsis Decretali, fuerunt admissi ad eumdem gradum, premisso examine, prestitis per eos solitis juramentis; et solvit quilibet eorum III scuta auri.

C'est non pas à la mort de Michel de Bucy en 1512, mais lors de celle de Pierre Cadoët, en 1492, que Guillaume fut élu par le chapitre de Bourges. Les registres du Parlement font mention du procès qu'il eut à soutenir avec ses partisans contre Guillaume de Cambray, qui avait été élu archevêque, en 1466, à la mort de Jean Cœur, contre la volonté de Louis XI. Cf. Bibl. nat. *Franç.* 21278, fol. 229 v° (1er avril 1492 [1493]), et 21279, fol. 100 v° (14 avril 1495 [1496]). — En décembre 1515, Guillaume de Menypeny était encore en procès avec Guillaume Hue, chanoine de Paris. *Franç.* 21481, fol. 9 v°.

[1] Hugues de Claviers était peut-être parent de Guillaume de Scoraille, que nous allons rencontrer un peu plus bas. L'un des frères de Scoraille, nommé Bertrand, fut substitué aux nom et armes des Claviers, en vertu d'une donation du mari de sa tante Isabeau, qui avait épousé en 1425 Antoine de Claviers, seigneur de Murat-l'Arabe et de Châteauneuf-Terres. Cf. Moreri, *Grand Dict. hist.* (1759), t. IX, p. 295, et la *Table généalogique de la maison de Scorraille*, publiée par Du Bouchet, à Paris, 1681, in-fol. plano (Bibl. nat. Imp. L[m^3] 856).

[2] Était-ce le fils ou le neveu de Pierre Montbel, receveur des aides au diocèse de Mende, que nous voyons figurer dans une série de quittances de 1447 à 1478? Cf. Bibl. nat. *Pièces orig.*, vol. 1987, dossier 45624, pièce 2, et vol. 2008, dossier 46085, pièces 10-13, 16-18 et 21.

[3] Le 24 novembre 1500, Guillaume Bourdain, chapelain et procureur de la Sainte-Chapelle de Paris, a renoncé à l'exécution testamentaire de feu M. Jehan Vachereau, chanoine de la Sainte-Chapelle. Bibl. nat. *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 405. C'est peut-être notre bachelier.

xvii Martii . . . Die jovis xiii Marcii, supplicarunt in collegio Facultatis admitti ad examen gradus baccalariatus frater Johannes Boulier[1], canonicus regularis ord. S. Augustini, Carnotensis dioc.; Richardus de Campis, presbiter, Rothomagensis dioc.; Guillermus Boulay, presbiter, Carnotensis dioc.; Dionisius Peschart, clericus, Cenomanensis dioc., et Johannes de Sancto Lannomaro[2], presbiter, Carnotensis dioc. Quibus fuit per decanum assignata Decretalis; et die lune xvii sequenti, fuerunt examinati et admissi ad predictum gradum, prestitis per eos solitis juramentis, et solverunt pro bursis : videlicet Boulier, tria scuta, de Campis, tria scuta cum dimidio, et quilibet aliorum trium solvit ii scuta cum dimidio.

xxii Martii . . . . . Jovis xx Marcii, in collegio Facultatis, supplicavit admitti ad examen baccalariatus Guillermus d'Escouraille[3], clericus Claromontensis; cui fuit assignata Decretalis pro examine; et die sabbati xvii ejusdem mensis, post congregacionem Universitatis apud Sanctum Mathurinum, fuit admissus ad gradum predictum, examine previso (*sic*), et pro bursis solvit. . . . . iv scuta.

xxviii Martii . . . . . Die jovis xxvii Marcii, mag. Johannes Magdelaine[4], in art. mag., Redonensis dioc., supplicavit in collegio admitti (F° 37 r°) ad examen baccalariatus: et per decanum assignata sibi Decretali, fuit examinatus et admissus ad eundem gradum, die veneris xxviii Martii. Qui prestitit solita juramenta et solvit pro bursis tria scuta auri, et fuit dispensatus super invitacione, etc.

[1] Le 4 janvier 1484 [1485], «au tesmoignage de honorable homme frère Jehan Boulier, prieur de Montils lez Blois, Pierre Boulier, oncles paternels, M. Jehan Bosse, cousin dudit costé, Andry Fournier, cousin dudit costé, Jehane de Laillier, ayeulle maternelle, M. Jehan de Rueil, cousin, Guillaume de Hacqueville, oncle à cause de sa femme, Jehan de Rueil, aussy oncle maternel d'Estienne Boulier, fils mineur de feux m. Philipes Boulier et Jehanne de Laillier, sa femme, ont esté donnez tuteurs Guillaume de Hacqueville et Pierre Boulier.» Bibl. nat. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 311.

[2] Saint-Laumer ou Saint-Lomer.

[3] Guillaume d'Escorraille ou de Scorraille, seigneur de Roussille, avait en effet été destiné à la carrière ecclésiastique. Fils de Louis II de Scorraille et de Louise de Dienne, il mourut sans avoir été été marié. En 1498, il testa en faveur de deux de ses neveux, François, seigneur de Scorraille, et Louis de Scorraille, seigneur de Roussille, tous deux fils de son frère cadet, Marquis de Scorraille.

[4] Un Jehan Magdelaine figure au nom des procureurs du Châtelet en 1500. *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 441.

xvii Aprilis..... Die mercurii xvi Aprilis anni Domini m cc lxxvii, post congregacionem Universitatis apud Sanctum Mathurinum, supplicavit admitti ad examen baccalariatus mag. Johannes Blanchaston [1], in art. mag. et in theologia bac.; cui fuit Decretalis per decanum assignata, et die jovis xvii sequenti, in collegio fuit examinatus et admissus ad eundem gradum. Qui prestitit solita juramenta, fuitque secum dispensatum, quod non vadat per villam invitatum, et solvit..... iv scuta.

xxx Aprilis..... Die mercurii ultima Aprilis ejusdem anni, in presencia dominorum Facultatis collegialiter congregatorum, fuit examinatus et admissus ad gradum baccalariatus in jure canonico Reginaldus Champenois, presbiter. Parisiensis dioc., qui, die jovis precedenti, xxviii Aprilis, supplicaverat admitti ad examen ipsius gradus; cui per decanum fuerat assignata Decretalis. Solvit pro bursis tria scuta, et prestitit solita juramenta. Et similiter in omnibus fecit Anthonius Solat, presbiter. Lugdunensis dioc., qui pro bursis solvit..... ii scuta.

Et cum ipsis duobus, bonis racionibus et justis de causis, fuit dispensatum super invitacione barenge. Prestititque (*sic*) juramenta solita.

xxix Maii..... Die jovis xxix Maii ejusdem anni, post missam ordinariam Facultatis, Nicolaus Jardini, Maleacensis dioc., qui in novissimo col[l]egio Facultatis supplicaverat admitti ad examen baccalariatus, cujusque visitatis cedulis, fuerat sibi per decanum assignata Decretalis pro examine suo, fuit examinatus et admissus ad eundem gradum baccalariatus in jure canonico, et prestitis per eum solitis juramentis, solvit pro bursis..... ii scuta cum dimidio.

xxviii Junii..... Sabbati xxviii Junii, in absencia decani, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico Johannes Pigerii, in art. mag., Anicyensis dioc., et Johannes Perpezati, clericus, Sancti Flori dioc., et ipsorum quilibet solvit pro bursis duo scuta cum dimidio, atque juramenta solita prestiterunt.

[1] Jean Blanchaston, l'un des disciples et des correspondants de Jean Raulin, maître du collège de Navarre. Il fut reçu docteur en théologie l'année 1488. Cf. Du Boulay, t. V, p. 886, et Launoy, *Regii Navarræ gymnasii Parisiensis Historia*, t. II, p. 969.

XXVIII Augusti....	Jovis XXVIII Augusti sequentis, decano absente, fuit admissus ad gradum baccalariatus in Dec. dom. Johannes Marquis, canonicus prebendatus et archipresbiter Sedis in ecclesia Pictavensi[1], et prestitis per eum solitis juramentis, solvit pro bursis.....	IV scuta auri.
VIII Septembris...	Lune VIII Septembris ejusdem anni, in absencia decani, post missam B. Marie in Facultate solito more celebratam, fuit admissus ad gradum baccalariatus Thomas de Bellengues, presbiter, Rothomagensis dioc., qui juramenta solita prestitit, et solvit pro bursis..	III scuta.
XII Septembris...	Veneris XII Septembris sequenti, absente decano, fuit admissus ad gradum baccalariatus in jure canonico Franciscus de Carnillione, Gebenensis dioc., nobilis, qui, prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis.....	IV scuta.
XXIII Septembris..	Mercurii XXIII Septembris proximi, dum abesset decanus, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus Jacobus Ferrebouc[2], presbiter, de Parisius, qui pro bursis solvit tria scuta, et Nicolaus de Alicampo[3], presbiter, in art. mag., Cathalaunensis dioc., qui pro bursis solvit duo scuta cum dimidio; et uterque eorum solita prestitit juramenta.	
XXXI Octobris....	Die jovis penultima Octobris, post missam ordinariam Facultatis, Odetus Macheco[4], Lingonensis dioc., et Egidius de Busco, de Mesclina, in art. mag., Cameracensis dioc., qui, die mercurii XXII ejusdem mensis, se presentaverant ad examen baccalariatus, et quibus per decanum fuerat Decretalis pro examine assignata, fuerunt, examine premisso, admissi ad gradum predictum; prestitis autem per eos solitis juramentis, uterque eorum solvit pro bursis.....	III scuta auri.

[1] Dissay (département de la Vienne, canton de Saint-Georges) était le chef-lieu de cet archiprêtré annexé à un canonicat de l'église cathédrale de Poitiers et qui est appelé archiprêtré *de Lapsye, de Lassye, de la Sée*, etc. Cf. L. Rédet, *Dict. topogr. du département de la Vienne* (Paris, 1881, in-4°), p. 151-152.

[2] «Jacques Ferrebouc, maistre ès arts, bachelier en Decret, soy disant procureur de la nation de France en la Faculté des Arts et Université de Paris,» intenta en 1480 un procès aux maîtres et régents de la nation de France. Du Boulay (t. V, p. 738-739) a donné l'arrêt prononcé par le Parlement le 22 février 1480 [1481].

[3] Allichamp, département de la Haute-Marne, arrondissement et canton de Vassy.

[4] A la date du 21 juin 1491, se trouve, dans les registres du Châtelet, la mention d'un procès d'Odo Macheco contre Guillaume Chardonnel, «qui est décheu de respondre s'il ne le fait dans deux jours». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 65.

ET ISTO ANNO FUERUNT ADMISSI AD GRADUM BACCALARIATUS IN JURE CANONICO PARISIUS TRIGINTA DUO, ET NON PLURES, PROPTER TEMPORIS MALICIAM ET GUERRARUM ATQUE VIARUM DISCRIMINA, ETC. — XXXII. — A. DE CAMBRAY.

(F° 37 r°). Propter questionem obortam alias in Universitate Parisiensi per quosdam theologos, nomine Facultatis theologie, contra Facultatem Decretorum Parisius, volentes theologi impedire quod canoniste non celebrarent singulis annis actum licencie, fuit contra theologos objectum, inter cetera que lacius supra scribuntur, XXXIII folio, in primo margine, quod ipsa Facultas theologie ab anno Domini IIII^c XXXIII licencias celebraverat, nedum annis se invicem consequentibus et continuis, sed eciam uno et eodem anno duas licencias, prout hec lacius subscribuntur ad perpetuam memoriam expurgacionemque Facultatis Decretorum, etc.

Anno Domini IIII^c XXXIII, fuerunt licenciati Parisius in theologia magistri Guillelmus de Fossato[1], Nicolaus Canfranc, Thomas Veret et Petrus Laleu.

Anno Domini IIII^c XXXV, fuerunt licenciati in theologia Parisius magistri Johannes de Ponte [2], Robertus Dionisii et Johannes Mercerii.

Anno Domini M. IIII^c XXXIX, fuerunt licenciati in theologia Parisius, in crastinum Trinitatis, quinque religiosi, videlicet frater Martinus Traspaderne, ordinis Minorum; frater Petrus Menier, ordinis Carmelitarum; Paulus Nicolai, nacione Alamanus; Johannes de Sancto Petro, abbas in ordine Cisterciensi; frater Johannes de Curia, ordinis Heremitarum Sancti Augustini.

Eodem anno Domini M. IIII^c XXXIX, in crastino sancti Thome Apostoli, XXII Decembris, fuerunt licenciati in theologia Parisius magistri Gerardus Gelue[3], Johannes Cumière [4], frater Johannes Honorati, ordinis Predicatorum, et frater Johannes Berconnelli, ordinis Fratrum Minorum.

Hec autem extracta fuerunt ex regestris Facultatis theologie Parisius. — A. DE CAMBRAY.

(II, fol. 37 v°). SEQUITUR COPIA CEDULLARUM QUAS EX STATUTIS FACULTATIS DECRETORUM PARISIUS BACCALARII IN JURE CANONICO, QUI CUPIUNT TEMPUS ACQUIRERE PRO OBTINENDA LICENCIA, TENENTUR SINGULIS ANNIS EXPEDIRE A DECANO EJUSDEM FACULTATIS, ET EAS PROCLAMARI FACERE PER BIDELLUM MAJOREM IN SCHOLIS, ET QUE QUIDEM FUERUNT DEDITE EXPEDITE ATQUE PROCLAMATE, A DIE JOVIS VII MENSIS NOVEMBRIS ANNI DOMINI M IIII^c LXXVI USQUE AD DIEM JOVIS VI EJUSDEM MENSIS NOVEMBRIS ANNI SEQUENTIS LXXVII.

Johannes Daguet, clericus, Constanciensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Jacobi incipiet primum librum Decretal. in scolis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno Domini M IIII^c LXXVI, die X mensis Novembris [5].

Vincentius Curier, clericus, Claramontensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi

Chart. Univ. Paris., t. II, p. 669 *b.* : « [*In rico Sancti Victoris*]. Gillelmus de Fossato . . . VIII sol. » (compte des recettes des bourses de l'Université de Paris pour 1329-1336).

[2] Dans l'*Inct. Chart. Univ. Paris.*, t. I, col. 471 et 472, « magister Johannes de Pontes » est nommé à la date de 1375.

[3] Sur Gérard Gelue, plusieurs fois recteur de l'Université, maître ès arts et bachelier formé en théologie (1436), licencié en théologie (22 déc. 1439), maître à la Faculté de théologie (4 fév. 1440), cf. Du Boulay, t. V, p. 874, et surtout *Chart. Univ. Paris.*, t. IV, n°s 2494-2497, n. : 2541, n. 1 : p. 669 et 688, etc.

[4] Joh. Cuqumeris? *Ch. Univ. Par.*, t. IV, n° 2451. La même mention se trouve déjà au fol. 27 r°.

incipiet I librum Decretal., in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno M CCCC LXXVI, die X Novembris[1].

Filipus le Goux, presbiter, Ebroicensis dioc., bac. in jure canonico, incipiet I librum Decretal. in nonis B. Marie, in scolis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno predicto, XX mensis Novembris.

Frater Johannes Baradelli[2], ord. S. Benedicti, Senonensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet III librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Thome, pro tercio anno et tercio vol. lecture sue. Datum anno quo supra, XXI die Novembris[3].

Petrus Alard[4], presbiter Noviomensis, bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet V librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, pro quarto anno et quarto vol. sue lecture. Datum anno supra designato [M IIIIc LXXVI], die XXVI Novembris[5].

Johannes du Pleis[6], in art. mag. et in dec. bac., Rothomagensis dioc., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, XXVII Novembris.

Germanus Regnard, presbiter Authisiodorensis, bac. in Dec., in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scholis secundis inferioribus Facultatis, pro tercio anno et tercio vol. lecture sue. Datum Parisius, anno predicto, die vero XXVIII Novembris[7].

Laurencius de Bosco, clericus, Tornacensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet III librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum Parisius, anno M IIIIc LXXVI, die III mensis Januarii[8].

Frater Johannes Moere, ord. S. Augustini, Leodiensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis secundis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XXII Januarii.

Firminus Pigueré, clericus, Ambianensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet IV librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Barbare, pro quarto anno et quarto vol. sue lecture. Datum anno prefato, die XI Februarii.

Frater Johannes Caillerii, ord. S. Benedicti, Maleacensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XIIII Februarii.

Guillelmus de Menipeni, nobilis, clericus, Bituricensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis magnis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno supra designato, die VIII Marcii.

Georgius de Villa, in art. mag., Xanctonensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Barbare, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno prelibato, die VIII Marcii.

[1] Cette mention se trouve déjà au fol. 27 v°.

[2] C'est le personnage auquel, dans la liste des abbés de Saint-Pierre-le-Vif-lez-Sens, de l'Ordre de Saint-Benoît, les auteurs du *Gallia Christ.* (t. XII, p. 144) ont consacré les lignes suivantes : «LV. Johannes VI *Bardeau*, Senonis oriundus, doctor in Decretis, Guillelmi [Chignard] vicarius et prior claustralis, abbas electus est 14 maii 1511. Obedientiam promisit Tristando [de Salazar] archiepiscopo 21 julii. Saliniaci castrum ab illustri Johanna de Porta comparavit anno 1512. Exspiravit 25 sept. 1523.»

[3] Cette mention se trouve déjà au fol. 27 v°.

[4] «Pierre Alart, praticien en cour d'Eglise, proprietaire d'un hostel rue du Clos Bruneau, a pouvoir de faire reparer», le 13 mars 1474 [1475]. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 87.

[5] Cette mention se trouve déjà au fol. 27 v°.

[6] Même observation.

[7] Même observation.

[8] Même observation. — Au fol. 27 v°, la mention est suivie des mots : «XLIII numero», indiquant le nombre des bacheliers dont les lectures étaient annoncées pour l'année scolaire.

Franciscus de Valle, presbiter, Parisiensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno quo supra, die XI mensis Marcii.

Guillelmus Bourdin, presbiter, in art. mag., Ebroicensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno predicto, die XI Marcii.

Petrus Falaise[1], presbiter, Aurelianensis dioc., in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal. in scholis inferioribus, ad intersignium S. Thome, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Loco annoque quibus supra, die XIII Octobris.

(F° 38 r°). Johannes de Forsa, Claromontensis dioc., in art. mag. et in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis secundis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M III^c^ LXXVI, die XIII mensis Marcii.

Petrus Mombelli, clericus, Mimatensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno, mense et die quibus supra novissime.

Hugo de Claveriis, clericus, S. Flori dioc., in utroque jure bac., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis secundis superioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XIII Marcii.

Johannes Militis[2], clericus, Authisiodorensis dioc., in jure canonico bac., in nonis B. Jacobi incipiet VI librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Campanie, pro sexto anno et sexto vol. sue lecture. Datum anno, mense et die quibus supra novissime.

Ricardus de Campis, clericus, Rothomagensis dioc., in art. mag. et in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet primum librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno predicto, die XVIII Marcii.

Frater Johannes Bouillier, ord. S. Augustini, Carnotensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Campanie, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno predicto, die XIX Marcii.

Guillelmus Boulay, presbiter, Carnotensis dioc., in jure canonico bac., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno, mense dieque supradictis novissime.

Dionisius Peschart, clericus, Cenomanensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis secundis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno, mense ac die quibus supra novissime.

Johannes de Sancto Lannomaro, clericus, Carnotensis dioc., in jure canonico bac., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis anterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno suprascripto, die XX Marcii.

Guillelmus d'Escoraille, clericus, Carnotensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis secundis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno prescripto, die XXVII Marcii.

[1] Le 14 mars 1489 (1483), «honorable homme et sage maistre Pierre Falaize, licencié en Decret, a esté receu advocat» au Châtelet. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 989.

[2] Sur Jean Chevalier, licencié en Décret, chanoine en l'église d'Auxerre, chantre de l'église collégiale de Clamecy en 1484, puis chantre de la cathédrale d'Auxerre en 1492, mort le 25 mars 1494, cf. l'abbé Lebeuf, *Mémoires concernant l'hist. civ. et eccl. d'Auxerre et de son ancien diocèse* (Auxerre, 1848-1855), t. II, p. 445, et t. IV, p. 296 b.

Johannes Magdelaine, presbiter, Nannetensis dioc., mag. in art. et in Dec. bac., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis majoribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum anno quo supra, die ultima Marcii.

Johannes Blanchaston, presbiter, Rothomagensis dioc., in art. marg. et in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis majoribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M IIII^c LXXVII, die XXII mensis Aprilis.

Anthonius Sola, presbiter, Lugdunensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Thome, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno suprascripto novissime, die II mensis Maii.

Reginaldus Campenois, presbiter, Rothomageusis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno, mense dieque quibus supra novissime.

Nicolaus Jardini, clericus, Mal[l]eacensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Crescentis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno prescripto, penultima mensis Maii.

(F° 38 v°). Frater Johannes Pilli, ord. S. Benedicti, Virdunensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet VII librum Decretal. sive Clementinarum, in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno supra designato, die V mensis Junii.

Guillelmus Tison, presbiter, Constanciensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno quo supra LXXVII, die VI mensis Junii.

Johannes Perpezaci, clericus, S. Flori dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno predicto, die II mensis Julii.

Johannes Pigeri, in art. mag. et in Dec. bac., Aniciensis dioc., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die VII mensis Julii.

Frater Droco Mathei, ord. Cluniacensis, Niversensis dioc., bac. in jure canonico, incipiet III librum Decretal., in scholis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum eodem anno LXXVII, die VIII mensis Augusti.

Johannes Marquis, ecclesie Pictavensis canonicus ac archipresbiter sedis in eadem ecclesia, regie Majestatis cap(p)ellanus, bac. in Dec., in nonis B. Jacobi incipiet IV librum Decretal., in scholis majoribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die ultima mensis Augusti.

Franciscus de Curnillione, clericus, Gebenensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal. in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno predicto, die XII mensis Septembris.

Thomas de Bellangnes, clericus, oriundus de Rothomago, bac. in Dec., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis secundis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno Domini millesimo IIII^c LXXVII, die XII mensis Septembris.

Nobilis vir Bertrandus d'Aubusson[1], clericus, Lemovicensis dioc., in jure canonico bac., in nonis B. Marie incipiet IV librum Decretal., in scholis inferioribus ad intersignium B. Petri

[1] Le 1er juin 1478, les registres du Châtelet mentionnent, sans aucun détail, le procès de m. Bertrand d'Aubusson, escollier à Paris, ayant droit de frère Gilles d'Aubusson, son oncle, contre Anthoine de Nocaise, escuyer. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 140.

Celestini, pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XVII mensis Septembris.

Jacobus Ferreboue, presbiter, de Parisius, bac. in Dec., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Barbare, pro primo anno et primo vol sue lecture. Datum anno predicto LXXVII, die XXV mensis Septembris.

Nicolaus de Alicampo, presbiter, Cathalaunensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Thome, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XXVI mensis Septembris.

Johannes Marquis, Pictavensis ecclesie canonicus et archipresbiter Sedis in eadem ecclesia, domini nostri regis cap(p)ellanus, bac. in Dec., in nonis B. Marie incipiet V librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XII mensis Octobris.

Anthonius Gasiliani, in art. mag. et in jure canonico bac., Lugdunensis dioc., in nonis B. Marie incipiet V librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium Castri, pro quinto anno et quinto vol. sue lecture. Datum anno predicto LXXVII, die XIII mensis Octobris.

Frater Johannes Pili, ord. S. Benedicti, Tullensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Marie incipiet IV librum Decretal., in scholis secundis inferioribus Facultatis, pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XIII mensis Octobris.

Johannes Manparlier, in art. mag. et in Dec. bac., clericus, de Parisius, in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum anno prescripto LXXVII, die XX mensis Octobris.

Petrus Fallaise, presbiter, dioc. Aurelianensis, in jure canonico bac., in nonis B. Jacobi incipiet III librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

(F° 39 r°). Nicolaus de Alicampo, presbiter Cathalaunensis, in art. mag. et in jure canonico bac., in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Thome, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die XXI mensis Octobris.

Thomas de Bellangues, clericus, de Rothomago, in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum anno prescripto LXXVII, die XXII mensis Octobris.

Egidius de Busco, in art. mag. et in jure canonico bac., Cameracensis dioc., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis secundis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno quo supra, die ultima mensis Octobris.

Odetus Machecо, subdiaconus, Lugdunensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis majoribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno, mense et die quibus supra immediate.

Frater Droco Mathei, ord. Cluniacensis, Niveruensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet IV librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno suprascripto LXXVII, die IV mensis Novembris.

Sunt quinquaginta duo numero, et non plures : LII. — A. du Cambray.

DÉCANAT D'AMBROISE DE CAMBRAY.

NOVEMBRE 1477 À NOVEMBRE 1478.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Cambray.

[6 Novembre.] (F° 39 v°). Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, die jovis sexta mensis Novembris, omnibus dominis doctoribus venerande Facultatis Decretorum Parisius regentibus specialiter per cedulam evocatis apud ecclesiam Sancti Johannis Jherosolimitani pro electione decani et thesaurarii ipsius Facultatis, et ibidem post primas anni illius peractas lectiones doctorales, missaque more solito celebrata, comparentibus honorandis dominis Johanne de Courcellis, Martino de Fraxinis, Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Johanne Gressier, Nicolao de Grucy et me Ambrosio de Cambray, posteaquam idem dominus Aubry, thesaurarius, et ego supplicavimus haberi pro excusatis si minus bene versati sumus in officiorum nobis commissorum administracione, deposuimus libros et claves dictorum officiorum in manibus prefati domini de Courcellis, antiquioris doctoris et ob hoc decani naturalis Facultatis. Procedentes autem domini prelibati ad electionem ipsorum officiorum, unicorditer continuarunt et de novo elegerunt eumdem dominum Aubry in thesaurarium et me Ambrosium de Cambray in decanum ejusdem Facultatis. Qui solita juramenta que officia nostra concernunt respective prestitimus in manibus domini de Courcellis, a quo et pariter recepimus libros et claves apud ipsum per nos depositas. Et in votis ordo promocionis servatur.

[13 Novembre.] Die jovis XIII Novembris, missa celebratur et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, magister Robertus du Gué, major bidellus Facultatis, et Claudius Poculot, secundus bidellus, supplicarunt pro renovacione suorum officiorum, et virgas argenteas sive massas Facultatis deposuerunt in manibus Facultatis in om-

nibus et per omnia sicut anno precedenti, quemadmodum cavetur articulis incipientibus «die jovis XIII^a^ et «die jovis XXI Novembris», etc. Et eisdem fuit de novo commissum officium per Facultatem, prout eodem articulo continetur, anno Domini millesimo IIII^c^ LXXVI, etc., folio hujus voluminis XXVIII, primo margine, secundo articulo, et sequenti articulo in alio margine [1].

Die mercurii XIX Novembris, missa et collegium, et ibi interfuerunt domini [19 Novembre.]
Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray.

Ipso die, ego Ambrosius de Cambray, decanus, exhibui dominis de Facultate litteras missorias regie Majestatis, quibus cogebar adire suam presenciam, et propterea supplicavi haberi pro supportato et excusato ac presente et regente durantibus mensibus gracioso et rigoroso, si illis forsan indigerem. Quod michi fut liberaliter per Facultatem concessum in forma.

Die martis, XXV Novembris, missa Beate Katherine, et ibidem presentes fuerunt [25 Novembre.]
domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Gressier, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray.

Et die mercurii sequenti XXVI ejusdem mensis, quo iter arripui, dedi librum [26 Novembre.]
et claves officii decanatus domino Jacobo Aubry.

Rediit idem decanus a sua legacione [2] penultima die Januarii sequentis; cui restituit librum et claves officii decanatus prefatus dominus Aubry.

Que autem interim, absente decano, acta sunt in eadem Facultate, quantum idem decanus ab eodem domino Aubry aliisque dominis doctoribus accepit, hec secuntur.

Die mercurii, missa sive obitus Universitatis apud Fratres Predicatores [3], more [26 Novembre.]
solito.

Die jovis XXVII Novembris et Jovis quarta Decembris, celebrate fuerunt misse [27 Novembre.
ordinarie Facultatis, more solito. 4 Décembre.]

Sabbati VI, missa Sancti Nicolai, et hinc octava Decembris, missa Conceptionis [6 Décembre.
Beate Marie celebrantur. 8 Décembre.]

[1] Cf. plus haut, p. 312-313.

[2] Cette ambassade, qui dura plus de deux mois, paraît être restée inconnue à tous les historiens du règne de Louis XI, au moins pour ce qui touche notre doyen.

[3] Les Jacobins de la rue Saint-Jacques. Les Dominicains, d'après l'acte de la donation que leur avait faite l'Université de Paris, en 1221, devaient à leur bienfaitrice un certain nombre de messes annuelles. Cf. *Chartul. Univ. Paris.*, t. I, p. 69, n° 49.

[11 Décembre.] Die jovis xi Decembris, missa ordinaria Facultatis.

[17 Décembre.] Mercurii xvii Decembris, missa Facultatis de *Borate* celebratur, modo consueto.

[18, 23 et 31 Décembre.] [8, 15, 21 et 29 Janvier 1478.] Die jovis xviii Decembris, mercurii xxiii, mercurii ultima Decembris, jovis octava, jovis xv, mercurii xxi, jovis xxix Januarii, celebrantur misse ordinarie Facultatis, more solito, etc.

[23 Décembre.] Die martis xxiii Decembris, dominus Johannes Picart legit Decretalem solemnem : *Fideli ac devota*, tit. *de summa Trinitate et fide catholica*, lib. vi, in scholis majoribus Facultatis, hora solita, de mane, etc., et hoc ordine suo.

[5 Fevrier.] Die jovis quinta Februarii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, baccalariis, qui ante plures dies supplicaverant, absente decano, admitti ad examen licencie, fuit per decanum assignata nona causa pro ipsorum examine, et eis dixit decanus in collegio quod studerent materiam ejusdem cause, et reverterentur die jovis sequenti proximo, quo die aperietur examen et singulis ipsorum distribuentur porciones textuales super quibus more solito habebunt conficere suas lecturas.

[12 Février.] Die jovis xii Februarii, missa et collegium, ubi presentes fuerunt domini Martinus de Fraxinis, (F° 40 r°) Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Ipso die, decanus habuit oracionem, ut assolet, in exordio et apertura examinis. Qua finita, distribuit baccalariis ibidem presentibus porciones textuales none cause que eisdem assignata fuerat, ut inde dicti baccalarii haberent suas lecturas conficere, dixitque eisdem quod redeant in predicto loco sive aula examinis die jovis immediate sequenti, eosdemque monuit quod suas lecturas bene, docte ac graviter conficerent.

[19 Février.] Die jovis xix Februarii, missa et collegium Facultatis, et ibidem presentes fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Illo die, frater Petrus Barton, qui primus in bancha nobilium sedebat apud aulam examinis, habita prius solemni oracione, juxta solitum, recitavit suas lectiones textuales.

Et diebus sequentibus, pariformiter alii baccalarii licenciandi recitarunt suas lecturas, quas confecerant super porcionibus textus sibi assignatis, et hoc in aula examinis, presentibus dominis doctoribus. Et fuit eisdem injunctum quod proxima die jovis redeant, ut eis assignentur p(r)orciones glosarum pro componendis aliis lecturis.

Die jovis XXVI Februarii, missa et collegium, quibus affuerunt domini Martinus de Fraxinis, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray. [26 Février]

Illo eodem die, comparentibus licenciandis coram dominis predictis in aula examinis, decanus distribuit singulis ipsorum baccalariorum porciones glosarum super quibus conficerent lecturas, et dixit eis quod redirent in eodem loco die jovis proxima.

Die jovis quinta Marcii, missa et collegium, et fuerunt ibi presentes domini Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray. [5 Mars]

Predicto die, recitarunt suas lectiones glosarum duo qui novissimo loco sedebant, eo quod, pro consuetudine Facultatis, assignatur prima porcio glosarum illi qui ultima sede locatur, et consequenter, continuando per ordinem, usque ad primum sedentem, et fit ut concurrant diverse materie textus et glosarum pro quolibet licenciando ad componendas utrasque lectiones.

Et diebus continuis sequentibus, ceteri licenciandi suas lecturas fecerunt similiter, in presencia dominorum doctorum, super porcionibus glosarum eisdem assignatis.

Die mercurii XI Marcii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Johannes de Courcellis, Martinus de Fraxinis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray. [11 Mars]

Illo eodem die, in aula examinis fuerunt, tam mane quam vesperi, per prefatos dominos doctores examinati baccalarii licenciandi, tam in argumentacionibus quam quolibetis.

Eodem die, prefati baccalarii, hora satis tarda, satisfecerunt pro juribus et bursis Facultatis, simulque composuerunt super scolis per eos conductis, et pariter pro def(f)ectibus quos commiserant, non interessendo missis Facultatis, repeticionibus et lecturis, etc., juxta statuta Facultatis per eos jurata.

Die jovis XII Marcii, convenerunt prefati domini immediate supranominati in camera examinis ad quos accesserunt predicti licenciandi, supplicantes humi- [12 Mars]

liter quatenus ipsos expedire domini dignarentur. Quorum preces domini exaudientes, inter se prius habita grandi gravique deliberacione super uniuscujusque licenciandi litteratura morumque probitate, tandem omnes sic per eos examinatos baccalarios judicarunt dignos licencie gradu, et ipsos ut tales debere presentari domino cancellario ecclesie Parisiensis. Qua conclusione facta, ingressi sunt domini doctores aulam examinis; et ibidem, habita oracione per decanum, recitavit decanus conclusionem Facultatis super ipsorum approbacione et presentacione domino cancellario, ut ipse eisdem auctoritate ap(p)ostolica licencie gradum imparciatur. Qui quidem licenciandi immensas humiliter gracias dominis doctoribus habuerunt. Et tunc fuit cla[u]sum examen pro illo anno. Prestiteruntque dicti licenciandi solita juramenta, juxta statuta Facultatis, et ipsis fuit injunctum quod in crastinum compareant apud ecclesiam Beate Marie, ut presententur domino cancellario.

[13 Mars.] Die veneris XIII Marcii, convenerunt apud domum domini cancellarii ecclesie Parisiensis decanus Facultatis cum dominis Johanne de Courcellis, Johanne Picart et Nicolao de Grucy, et ibidem existentibus bidellis ejusdem Facultatis unacum licenciandis, decanus, prehabita brevi oracione, omnes licenciandos, nomine Facultatis, presentavit (F° 40 v°) prelibato domino cancellario tanquam dignos, sufficientes et per Facultatem probatos ad licencie gradum in jure canonico suscipiendum; quorum licenciandorum nomina tradidit decanus domino cancellario scripta in quodum rotulo aperto et non clauso neque obsignato. Idem autem dominus cancellarius benigne more solito presentacionem approbacionemque baccalariorum suscepit. Addidit decanus quod illis baccalariis per Facultatem sic probatis gradum licencie impartiretur auctoritate ap(p)ostolica sibi commissa. Quod quidem se facturum quantocius commode posset promisit. Super quibus omnibus peciit instrumentum fieri decanus a Gerardo Oudée, notario publico, testibus ibidem presentibus.

[14 Mars.] Die sabbati XIII Marcii, vigilia dominice in Ramis Palmarum, legit Decretalem *Omnis utriusque sexus* dominus Jacobus Junii in scolis majoribus Facultatis, more solito, et hoc in suo turno et ordine. Post quem lecturus est in vigilia Penthecostes dominus Stephanus de Veteri Villa.

[16 Mars.] Die lune XVI Marcii, licenciandi supplicarunt Facultati quod sibi ordinaret et deputaret locum in quo facerent sua signeta; quibus per Facultatem fuit assignatum collegium Justicie [1].

[1] Le collège de Justice avait été fondé, un peu plus d'un siècle auparavant, par Jean de Justice, chantre de l'église de Bayeux, chanoine de Notre-Dame de Paris et conseiller du Roi, mort en 1353. Il était situé rue de la Harpe. Cf. Félibien, t. I, p. 160; Sauval, t. II, p. 378.

Die martis xvii Marcii, convocatis omnibus dominis per cedulam apud cameram 17 Mars
examinis et ibidem comparentibus, hora vii de mane precise, dominis Johanne de Courcellis, Martino de Fraxinis, Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Nicolao de Grucy et me Ambrosio de Cambray, habita fuit inter prefatos dominos doctores racio meritorum tam in litteratura quam moribus omnium et singulorum baccalariorum licenciandorum. Et omnium dominorum judicio atque finali conclusione fuit confectus rotulus et ordo inter licenciandos positus, quo debebant, in die licencie, convocari in aula domini episcopi Parisiensis. Qui talis fuit et est :

Frater Petrus Barton [1], Johannes du Pleis [2], frater Johannes Pili, Anthonius Gasiliani [3], Guillermus Tison et Guido Coincterel [4].

Nomina autem illorum hoc ordine descripta in duobus rotulis pargameni (*sic*) fuerunt, et quilibet rotulus fuit clausus tribus cordulis in superiori, inferiori partibus et medio, et postea obsignatus sigillo decanatus in medio, et duobus sigillis duorum dominorum in capite et calce rotuli predicti. Quorum rotulorum alter apud decanum remanet, ut in die licencie videat si aliquid fuisset per dominum cancellarium vel alium forsan immutatum; alius conficitur ut domino cancellario presentetur. Fuitque conclusum quod post prandium, hora quarta, presentabitur idem rotulus domino cancellario Parisiensi.

Eodem die, hora quarta post meridiem, comparentibus apud domum domini cancellarii ecclesie Parisiensis, domini[s] Johanne de Courcellis, Nicolao de Grucy et me Ambrosio de Cambray, decano Facultatis, unacum bidellis, idem decanus presentavit rotulum sic ut predicitur confectum, clausum et obsignatum, nomine Facultatis, eidem domino cancellario, affirmans quod in illo erant nomina licenciandorum eo ordine descripta, quem singulorum virtus et doctrina mererentur.

[1] Le 7 février 1488, au Châtelet, «Guillaume La Cueille, etc. [est] condamné envers Pierre Barton, abbé de Saint Augustin de Limoges, en 27 sols pour despens d'un deffault.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 380. Pierre «Barthon» était, selon le *Gallia Christ.* (t. II, col. 580-581), de la famille des vicomtes de Monbas en Poitou et avait été élu abbé de Saint-Augustin de Limoges en 1482. Dans un acte du 19 novembre 1484, il est qualifié de «in Decretis licentiatus». Il résigna, l'an 1500, en faveur de son neveu Jean «Barthon», qui fut ensuite évêque de Lectoure, et mourut le 24 août 1505. — Sur ses autres bénéfices, cf. *ibid.*, col. 580.

[2] C'était évidemment un très proche parent, peut-être à la fois le neveu et le filleul, du docteur régent de la Faculté de Décret. Il avait été reçu bachelier le 16 mai 1476. Cf. plus haut, p. 304.

[3] En 1495 [1496], sous le rectorat de Jean Avis, Antoine Gasilhain, «presbiter, in artibus magister, in eisdem actu regens, et licenciatus in Decretis», se présente à la collation de l'abbé de Saint-Pierre de Vienne «extra portam». O. S. B. *Arch. de l'Emp. de Paris*, vol. 49, fol. 106.

[4] Était-ce un parent du lieutenant général du bailli du Maine, Michel Cointerel, qui, le 14 juillet 1477, émancipait Jean, son fils, âgé de 11 ans «escolier a Paris», et était nommé curateur? *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 97. — Au mois d'octobre 1534, un personnage du nom de Guy Cointerel était procureur du Roi en la châtellenie de Poissy. *Pièces orig.*, vol. 806, dossier Cointerel, p. 15.

et quo ordine judicaverat Facultas Decretorum ipsos esse convocandos die licencie in aula domini episcopi Parisiensis. Fecitque decanus prelibatus protestaciones solitas, videlicet quod sibi presentabat eumdem rotulum sic ut prefertur confectum judicio tocius Facultatis, clausum et obsignatum tribus in locis, ut illum conservet usque in diem licencie inviolatum, quod illum nullomodo aperiat vel aperiri faciat; quod nichil de contentis in illo videat, aut alius quicumque, nisi in aula domini Parisiensis, die et hora licencie imparciende baccalariis in eodem rotulo descriptis, in conspectu Facultatis et dominorum doctorum ejusdem, et non alibi neque prius; et sub illis condicionibus, non alias, non aliter nec alio modo, sibi eundem rotulum presentabant. Qui quidem dominus cancellarius benigne respondit acceptare protestaciones predictas, quod dictum rotulum sanum, integrum ac inviolatum conservabit usque in diem et horam vocacionum fiendarum pro licencie imparcienda dictis licenciandis, et quod tunc exhibebit dictum rotulum decano et aliis dominis doctoribus Facultatis sanum, ut videant se fidem et promissa servasse. Et sic tunc rotulum predictum recepit. De quibus omnibus et singulis idem decanus peciit nomine Facultatis fieri instrumentum per Gerardum Odée, notarium apostolicum, presentibus, pluribus testibus.

[18 Mars.] Die mercurii xviii Marcii, comparuerunt apud ecclesiam Sancti Johannis Jherosolimitani domini doctores Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et Ambrosius de Cambray, decanus, similiter baccalarii tunc licenciandi, cum bidellis generalibus Facultatis et aliis particularibus bidellis dominorum doctorum, cum multitudine eciam licenciandorum et baccalariorum dicte Facultatis et aliis personis honestis. Erant autem domini doctores induti suis cappis doctoralibus, major bidellus epitogium habens, et ipse ac secundus bidellus cum baculis argenteis, alii vero bidelli cum virgis ligneis precedentes; baccalarii cum cappis sequentes eos, et licenciandi postea; quos sequebantur domini doctores, et omnes bini et bini procedentes juxta suam antiquitatem; novissimo loco erant licenciandi et alii honesti viri. Et hoc ordine pervenerunt usque ad aulam domini episcopi Parisiensis, in qua aula sederunt licenciandi in quadam bancha eo ordine quo ipsi (F° 41 r°) sederant in aula examinis. Aulam autem exeuntes domini Martinus de Fraxinis, Nicolaus de Grucy et decanus adierunt presenciam domini cancellarii, ut veniret ad predictam aulam pro licencia imparcienda baccalariis per Facultatem die precedenti sibi presentatis; quod facere annuit. Tunc decanus ab eodem domino cancellario peciit exhibicionem rotuli per Facultatem sibi die precedenti presentati, ut videret Facultas si sanus et non apertus fuisset. Quem rotulum illico in manibus dicti decani consignavit; et per dominos doctores predictos cognito quod inviolatus fuerat, illum decanus eidem domino cancellario restituit. Quibus peractis, processerunt ad aulam domini Parisiensis, et ibidem, omnibus sedentibus

suo loco solito, dominus cancellarius tunc et non prius aperuit rotulum predictum in presencia omnium ibidem existencium. Quem legendum tradidit magistro Roberto du Gué, majori bidello Facultatis. Idem autem du Gué licenciandos vocavit eo ordine quo in eodem rotulo descripti erant, et in rotulo simili quem tunc tenebat et videbat decanus, ne in aliquo forsan oberraret. Vocacione autem sic facta sedentibusque licenciandis in proxima baucha ex opposito domini cancellarii, prefatus dominus cancellarius, eleganti oracione habita, licencie gradum auctoritate apostolica eisdem baccalariis impendit, assistentibus ibidem reverendissimo domino cardinali de Fuxo [1] aliisque pluribus prelatis, doctoribus, viris consularibus, nobilibus, et copiosa multitudine aliarum personarum. De quibus omnibus in presenti articulo contentis et in singulis actibus peciit decanus nomine Facultatis a Gerardo Odée, notario publico, fieri instrumentum.

Quibus peractis, descenderunt domini doctores cum suis licenciatis noviter in inferiori parte domus episcopalis, et ibidem gracias egerunt dominis qui actum sua presencia honorare diguati sunt. Deinde domini doctores cum suis licenciatis illo die processerunt ante cap(p)ellam inferiorem episcopalem, et ibidem dicti licenciati habuerunt maximas gracias dominis doctoribus pro susceptis per eos laboribus in suo examine, sua brevi expedicione atque honore eisdem impenso, etc.

Eodem die, domini doctores optarunt more solito prefatos licenciatos, hoc videlicet ordine : dominus Johannes de Courcellis optavit fratrem Petrum Barton; dominus Martinus de Fraxinis, fratrem Johannem Pili; ego Ambrosius de Cambray, magistrum Johannem du Pleis; dominus Jacobus Aubry, magistrum Anthonium Gasiliani; dominus Robertus Tulleu, magistrum Guillermum Tison; dominus Stephanus de Veteri Villa, magistrum Guidonem Coincterel. Injunctumque fuit decano quod in presenti regestro inscriberet ordinem quo vocati fuerant prefati licenciati in aula domini Parisiensis, cum annotacione opcionum predictarum.

Cessant missa et collegium Facultatis que ordinarie celebrari consueverunt, et hoc a missa que fit ordinarie ante dominicam in Ramis Palmarum usque ad diem jovis vel aliam diem qua legitur ordinarie post dominicam de Quasimodo.

Die mercurii prima Aprilis, celebratur festum Annunciacionis Dominice, et propterea fuit missa Facultatis, cui interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii et ego Ambrosius de Cambray. [1^r Verd.]

[1] Pierre de Foix, dit le jeune, évêque de Vannes, cardinal diacre du titre de Saint-Sixte en 1476 (troisième promotion de Sixte IV), mourut à Rome, le 10 août 1490. Né à Pau, le 7 février 1449, il était fils de Gaston IV, comte de Foix et vicomte de Béarn, et d'Éléonore de Navarre. Cf. Moreri, *Grand Dict. hist.*, t. V, p. 209 *b*; et *Gallia Christ.*, t. XIV, col. 915.

[2 Avril.] Die jovis secunda Aprilis, prima missa ordinaria Facultatis et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

[9 Avril.] Die jovis IX Aprilis, missa et collegium, et ibidem interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray.

Illo die, exhibui ego Ambrosius decanus Facultati litteras regie Majestatis, quarum tenore districte michi mandabat quod statim, cessantibus excusacionibus, adirem cum aliis certis suis oratoribus duces Sabaudie et Mediolani pariterque communitatem dominiorum Veneciarum et Florencie[1]. Pecii propterea excusatum haberi per ipsam Facultatem et reputari tanquam presens tempore mee legacionis, saltim michi concederet duos menses rigorosum et graciosum, juxta consuetudinem Facultatis. Ultimum autem concessit libere ipsa Facultas, videlicet duos menses utiles, etc.

[15 Avril.] Die mercurii XV Aprilis, ego Ambrosius recessi, accingens me itineri legacionis mee, et dedi librum et claves officii decanatus domino Jacobo Aubry.

Reversus fui ego Ambrosius decanus a predicta legacione die sabbati XII mensis septembris immediate sequentis, et recuperavi librum et claves predictos officii decanatus a domino Jacobo Aubry.

Ea que accepi ab ipso domino Jacobo Aubry et ab aliis dominis de Facultate facta fuisse tempore absencie mee, hic fideliter annotavi et aliis eciam locis, sub suis rubricis sive tractatis negociis.

[1] Cette ambassade d'Ambroise de Cambray aux cours de Savoie et de Milan, à Venise et à Florence, paraît avoir échappé à tous les historiens du règne de Louis XI. C'est qu'en effet, quelques jours après son départ (15 avril), éclata à Florence (21 avril) la conjuration des Pazzi, qui détermina Louis XI à envoyer une nouvelle ambassade, chargée d'aller jusqu'à Rome et de négocier à la cour de Sixte IV les bases d'une réconciliation de la Papauté avec la république de Florence et les Médicis. Le 12 mai, Philippe de Commynes partait pour Florence; presque à la même date, Tristan Guillem II, sieur de Clermont-Lodève, et le docteur Gabriel Vivès se dirigeaient vers Rome. Il est assez probable que Commynes rejoignit Ambroise de Cambray et ses compagnons et qu'ils firent ensemble le reste du voyage; mais nous n'en avons pas la certitude. Commynes ne resta que quelques jours à la cour de Savoie et à Milan; à Florence, où il séjourna plus longtemps, il fut rejoint par le sieur de Clermont, qui le quitta bientôt pour reprendre le chemin de Rome. Il dut rentrer en France quelques semaines plus tard qu'Ambroise de Cambray, et celui-ci dit qu'il était de retour à Paris le 12 septembre. Ces trois ambassades n'avaient d'ailleurs que médiocrement atteint leur but, puisque, dès le mois de septembre, le départ d'une quatrième, qui eut pour chef Guy d'Arpajon, était déjà résolu. Cf. les *Mémoires* de Commynes (éd. Dupont), t. II, p. 402; Kervyn de Lettenhove, *Lettres et négociations de Phil. de Commines*, t. I (1867), p. 163 et suiv.; P.-M. Perret, *Hist. des relations de la France avec Venise, du XIIIe siècle à l'avènement de Charles VIII*, t. II (1896), p. 130 et suiv.

Die jovis xvi, mercurii xxii et martis xxviii mensis Aprilis, fuerunt celebrate misse ordinarie Facultatis cum collegiis more solito. [16 Avr. et 18 Avr.]

Die jovis vii Maii, missa et collegium Facultatis pro consueta observancia. [7 Mai.]

Veneris viii Maii, celebratur obitus quondam domini Johannis Chuffart, nostri conductoris regentis et cancellarii ecclesie Parisiensis[1]. [8 Mai.]

Sabbati ix die mensis Maii, dominus Stephanus de Veteri Villa legit in scholis majoribus Facultatis, hora solita, Decretalem solemnem *Majores*, situatam tit. *de baptis.*, et hoc ordine suo. [9 Mai.]

Die jovis xiii, mercurii xx et mercurii xxvii Maii, celebrantur misse et collegia Facultatis more observato. [13 Mai, 20 et 27 Mai.]

Die jovis quarta, jovis xi, jovis xviii et martis xxiii mensis Junii, celebrate fuerunt misse ordinarie Facultatis pariter et collegia pro consuetudine solita. [4 Juin, 11, 18 et 23 Juin.]

Die jovis secunda, jovis ix, jovis xvi, jovis xxiii et jovis xxx mensis Julii, celebrantur misse et collegia Facultatis more solito. [2, 9, 16, 23 et 30 Juillet.]

Die jovis vi Augusti, jovis xiii, fuerunt misse et collegia ordinaria Facultatis. [6 et 13 Août.]

Sabbati xv Augusti, celebratur missa Assumpcionis Beate Marie, more solito, etc. [15 Août.]

Die veneris xxi Augusti et jovis xxvii ejusdem mensis, fuerunt misse et collegia ordinaria Facultatis. [21 et 27 Août.]

Die jovis iii et jovis x mensis Septembris, celebrantur misse et collegia ordinaria Facultatis. [3 et 10 Septembre.]

Die jovis xvii ejusdem Septembris, ce[le]brantur missa et collegium Facultatis, ubi affuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Jacobus Junii, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray. [17 Septembre.]

Die jovis xxiii Septembris, celebrantur missa et collegium Facultatis, quibus [24 Septembre.]

[1] Voir plus haut, p. 288 et 350.

interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Jacobus Junii et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, magister Dionisius Aligret, primus legens, supplicavit in Facultate haberi pro excusato circa lecturam per eum anno precedenti factam; insuper, quod Facultas eidem dignaretur committere onus lecture predicte pro anno sequenti. Quo Aligreti ad partem retracto et post deliberacionem Facultatis revocato, dictum fuit sibi per decanum nomine Facultatis quod placebat Facultati eidem committere prefatam lecturam pro illo solo anno futuro. Ex quo gracias plurimas habuit. Tunc supplicavit quod Facultas ordinaret quem librum ipse anno proximo legeret. Et fuit ordinatum, etc. Prestititque juramenta solita eo modo et ea forma quibus primo anno sue assumpcionis ad lecturam predictam prestiterat.

[2 Octobre.] Die veneris secunda Octobris, ce[le]brate fuerunt missa et collegium Facultatis, et ibidem affuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Jacobus Junii et ego Ambrosius de Cambray.

[8 Octobre.] Die jovis octava Octobris, missa fit et collegium Facultatis, quibus astiterunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Jacobus Junii, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

[15 Octobre.] Die jovis XV Octobris, missa et collegium Facultatis, et presentes illis fuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Jacobus Junii, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, fuit positum in medium opcio scholarum pro dominis doctoribus; sed dictum extitit quod debet (F° 42 r°) specialis et expessa convocacio fieri per cedulam omnium dominorum super illo articulo, et quod ita fuit hactenus observatum, et propterea fuit remissa materia in proximum collegium, convocacione facta per decanum speciali, etc.

[22 Octobre.] Die jovis XXII mensis Octobris, celebrantur missa et collegium Facultatis, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, prefati domini post missam et collegium convenerunt apud cameram examinis, more solito; sed quia pauci ex dominis doctoribus erant presentes, fuit ordinatum quod opcio scholarum differetur usque in diem jovis proximum, et iterum vocabuntur domini per cedulam.

[29 Octobre.] Die jovis XXIX Octobris, convocatis dominis per cedulam specialiter super opcione scholarum, postquam celebrantur missa et collegium, ibi interfuerunt

domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, domini ibidem presentes nomine Facultatis conduxerunt a preceptore Sancti Johannis Jherosolimitani, sive ejus procuratore, omnes scholas quas habet in Clauso Brunelli pro uno anno incipiente a festo Beati Remigii[1] novissime lapso usque ad primam diem Octobris proximam, et hoc precio decem librarum turonensium, etc.

Hoc facto, domini processerunt ad locum scholarum; quibus visitatis, singuli scolas particulares sibi optarunt pro illo anno solum, more solito.

Certis de causis honestis fuit conclusum quod domini doctores non incipient suas lectiones die jovis proxima, que tamen erat dies ordinaria et consueta pro simili actu, sed differetur usque in diem martis decimam mensis Novembris; qua die incipient suas lectiones doctorales.

Die jovis quinta Novembris, missa et collegium, ubi affuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray. 5 Novembre.

Fuit conclusum quod decanus Facultatis specialiter per cedulam convocabit omnes et singulos dominos doctores Facultatis regentes apud ecclesiam Sancti Johannis Jherosolimitani, die martis decima hujus mensis, hora octava de mane, super nova electione decani et thesaurarii ejusdem Facultatis Decretorum, etc.

Finis eorum que acta fuerunt in predicta Facultate pro anno Domini millesimo IIII^c septuagesimo septimo, a die jovis sexta Novembris usque ad diem martis decimam Novembris anni sequentis millesimi IIII^c LXXVIII. — A. de Cambray.

[1] Le 1er octobre.

II

COLLATION DES GRADES.

1. DOCTORATS [1].

2. LICENCES.

(F° 41 r°). Sequitur ordo quo vocati sunt in aula domini episcopi Parisiensis licenciati in jure canonico die xviii Marcii anni Domini mil[l]esimi iiii^c septuagesimi septimi, cum vera annotacione opcionum per dominos doctores Facultatis Decretorum Parisius de eisdem licenciatis more solito factarum.

Frater Petrus Barton	Hunc adoptavit dom. Johannes de Courcellis.
Johannes du Pleis	Ambrosius de Cambray.
Frater Johannes Pili	Dom. Martinus de Fraxinis.
Anthonius Gasiliani	Dom. Jacobus Aubry.
Guillermus Tison	Dom. Robertus Tulleu.
Guido Coincterel	Dom. Stephanus de Veteri Villa.

3. BACCALAURÉATS.

(F° 42° r°). Secuntur nomina illorum qui per consultissimam Decretorum Facultatem Parisius fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico, a die vi mensis Novembris anni Domini millesimi iiii^c lxxvii usque ad diem jovis quartam ejusdem mensis anno Domini miiii^c lxxviii, cum designacione diei quo quilibet fuerit promotus.

xxv Novembris... Die martis xxv Novembris, eodem anno miiii^c lxxvii, dom. Petrus Garnier [2], canonicus ecclesie Parisiensis, qui, die mercurii xix ejusdem mensis, supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus, et cujus visitatis cedulis, Decretalis fuerat per decanum assignata pro ipso examine, fuit per Facultatem admissus ad eumdem gradum baccalariatus, examine premisso, et

[1] Aucune mention. — [2] Pierre Garnier, licencié en Décret, archidiacre d'Angers, mourut le 30 septembre 1488. Cf. Guérard, *Cartul. de l'église N.-D. de Paris*, t. IV, p. 161.

	prestitit juramenta solita, et solvit pro bursis.....	IV scuta.
VIII Decembris...	Lune VIII Decembris, posteaquam supplicaverat in collegio Jacobus de Vaubelon [1], in art. mag., clericus, de Parisius, admitti ad examen gradus baccalariatus, et sibi fuerat Decretalis assignata pro ipso examine, fuit admissus ad eundem gradum, examine premisso; qui quidem, prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis.....	II scuta.
XI Decembris....	Jovis XI Decembris, Nicolaus Malingre [2], mag. in art., clericus, de Parisius, et frater Yonius Gazeau, ord. S. Benedicti, relig. monasterii de Bechobeluini, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico, examine premisso super Decretali eisdem assignata more solito, die jovis IV Decembris, qua die supplicaverant admitti ad ipsum examen; et per eos prestitis juramentis solitis, solverunt, videlicet Malingre quatuor scuta, cum quo fuit dispensatum super harenga et invitacione, et Gazeau.....	III scuta auri.
XVIII Decembris...	Jovis XVIII Decembris, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico, examine	

[1] Le registre des audiences du Châtelet pour l'année 1480 contient diverses mentions relatives à des procès où figure Jacques de Vaubouloun (*sic*), fils de feu Girard de Vaubouloun, seigneur en partie d'Anet, et de feu Denise Lorgette. Jacques avait hérité de sa mère; mais son père, qui avait nommé Jean Varie, avocat au Parlement, et Girard de Harlay, prêtre, comme exécuteurs testamentaires, avait légué sa fortune à Denise, fille de Pierre des Vergers. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 207 et 208 (27 avril et 13 mai 1480). Mais Jacques de Vaubouloun est-il bien le bachelier de 1478?

[2] Il appartenait à une famille de robe, comme le prouve amplement l'extrait suivant des registres du Châtelet : «31 décembre [1478]. Au tesmoignage de nobles personnes Guillemette Jouvelin, veufve feu Nicolas Malingre, receveur et payeur des gages des gens des Comptes, mère, messire Pierre Jouvelin, correcteur des Comptes, oncle maternel, messire Jehan Malingre, conseiller au Parlement, frère, Simon Malingre, clerc des Comptes, et Marie, sa femme, *frère Nicolle Malingre, bachelier en Decret*, Anthoine Malingre, frères, maistre Gilbert Brunat, clerc, notaire et secretaire du Roy, Jehanne, sa femme, Marie, veufve messire Jacques Trotet, messire Pierre du Vivier, Jehanne, sa femme, icelles femmes seurs, messire Loys le Blanc, greffier des Comptes, Catherine, sa femme, aussy seur, maistre Jehan Brunat, notaire et secretaire du Roy et l'un des quatre notaires de la cour de Parlement, neveu, Estienne Cordelle, cousin germain à cause de sa femme, et Martin Malingre, aagé de 16 ans, fils dudit deffunt Nicolas Malingre et de ladite veufve, ont esté donnez tuteurs la veufve et messire Nicolas Malingre, et quant aux actions et partages à faire entre eux, a esté esleu et subrogé tuteur Estienne Cordelle.» — *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 168. — En 1470, Nicolas Malingre est déjà qualifié d'huissier des Comptes, commis au payement des gages de la Chambre des comptes. *Franç.* 32511, fol. 316 v°. — Le 10 septembre 1485, Simon Malingre, le clerc des Comptes, est en procès avec Pierre Parent «pour raison des loyers d'une maison rue Aubry le Boucher, appartenant audit Parent, où demeure ledit Malingre». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 334. Le 21 janvier 1491 [1492], nous le trouvons qualifié échevin de Paris. *Ibid.*, vol. 765, p. 114.

premisso, mag. Guillermus Coquillart [1], in art. mag., clericus, Remensis dioc., et Johannes Jaquemin, clericus, ejusdem dioc., qui jovis XI precedenti supplicaverant in collegio admitti ad examen et quibus tunc fuerat Decretalis assignata. Solvit pro bursis Coquillart tria scuta, et totidem Jaquemin, et prestiterunt solita juramenta.

v Februarii . . . . . Jovis v Februarii, supplicaverat in collegio admitti ad examen baccalariatus in jure canonico Johannes de Sancto Prejecto, clericus, Lugdunensis dioc., cujus visitatis cedulis fuerat per decanum sibi assignata Decretalis pro ipso examine. Comparens in eadem Facultate, die jovis XII ejusdem mensis, fuit, examine premisso, admissus ad gradum baccalariatus predictum, et per ipsum prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis . . . II leones auri et XVI undenos.

XIX Februarii . . . . Jovis XIX Februarii, Guillermus Mercier, in art. mag., Remensis dioc., qui in collegio precedenti supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus, et cujus visitatis cedulis, fuerat eidem per decanum Decretalis assignata pro ipso examine, fuit admissus per collegium ad prefatum gradum, examine precedenti, prestitisque per eum solitis juramentis, solvit pro bursis . . . . . II scuta cum dimidio.

[1] Guillaume Coquillart est le célèbre jurisconsulte et poète rémois. C'est l'année précédente, en 1477, qu'il avait publié son *Playdoyer d'entre la Simple et la Rusée*, où s'affirment à la fois son goût pour les études juridiques et son amour pour la satire. Le 28 mai 1481, « M. Guillaume Coquillart, bachelier en Decret, a esté receu advocat [au Chastellet]. » *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 232. De retour à Reims, il devient d'abord procureur fiscal de l'archevêché. Le 10 octobre 1481, Regnault Doucet, lieutenant général du bailli de Vermandois, confie à Coquillart, « praticien en court laye », ainsi qu'à trois autres juristes, le soin de rédiger les coutumes de Reims, et c'est vers ce temps que, dans ses loisirs, il écrivait son livre fameux des *Droictz nouveaulx*. Le 21 avril 1483, il prit possession de sa prébende canoniale en l'église cathédrale de sa ville natale; en 1487, il est nommé chanoine de Sainte-Nourrice. Le 3 février 1493 [1494], il fut nommé chantre. En 1495, il est qualifié de « licentié ès loix ». En 1496, il fut élu par le clergé pour assister, à Lyon, à la ratification de la paix avec l'Angleterre, puis chargé de solliciter en cour de Rome la confirmation de l'élection du nouvel archevêque Robert Briçonnet. Nommé enfin official vers 1500, il mourut le 12 mai 1510. Cf. sur sa vie, *Œuvres de Coquillart* (éd. Ch. d'Héricault, 1857, petit in-8°), t. I, p. XCVI, XCIX, CII-CIII, CXXXV-CXXXVI, CXXXVIII; Pierre Varin, *Archives législatives de la ville de Reims*, 1re partie, p. 650; 2e partie, *Statuts*, t. I, p. 370 et 376; *Statuts*, t. II, p. 368; et surtout G. Paris, *Le poète Guillaume Coquillart* (Reims, 1898, in-8°), et Aug. Longnon, *Les deux Coquillart* (dans la *Romania*, 1900, p. 564-569). Sur ses œuvres, voir Ch. d'Héricault, éd. citée, t. II, p. 329 et suiv.; Brunet, *Manuel*, t. II, col. 963 et suiv.

xxvi Februarii.... Jovis xxvi Februarii, supplicarunt in collegio Facultatis admitti ad examen baccalariatus in jure canonico Guillermus Strabonis, presbiter, Trecorensis dioc., Guillermus Lalemant, clericus, de Bituris, archidiaconus major[is] ecclesie Turonensis; Albinus Kaermeson, clericus Trecorensis; Johannes Jaquetoti, clericus, Eduensis dioc., et Yvo Goezlin, presbiter, Trecorensis dioc. Quorum visitatis cedulis, compertum extitit omnes habere tempus legitimum, excepto prefato Jaquetoti, qui solum decem cedulas habebat, probavit autem per testes et suum juramentum residuum temporis acquisivisse et studuisse in jure canonico in Universitate Dole[nsi]. Et propterea fuerunt admissi ad dictum examen, ipsis Decretali per decanum assignata pro examine.

III Martii..... Die vero martis III Marcii, examine premisso, fuerunt admissi ad gradum predictum prefati Lalemant, Jaquetoti, et quidam frater Gerardus Lahennier, monachus monasterii Insule S. Quintini [1], ord. S. Benedicti, Noviomensis dioc., qui, die sabbati precedenti, supplicaverat admitti ad examen prefatum.

V Martii..... Die vero jovis V Marcii, prenominati Strabonis, Kaermeseon et du Gozelin (*sic*), posteaquam fuerunt examinati, admittuntur per collegium ad ipsum gradum baccalariatus. Qui omnes VI numero, presti[ti]s per eos solitis juramentis, solverunt pro bursis, videlicet Lalemant VI scuta, Lahennier IV scuta, cum quibus fuit dispensatum de harenga et invitacione; Jaquetoti, duo scuta et XII undenos, Strabonis et Kaermeseon, quilibet tria scuta, et Goezlin solvit..... II scuta auri.

VI Martii..... Veneris VI Marcii, apud cameram examinis, supplicavit in collegio Theobaldus le Bastier, clericus, Belvacensis dioc. [2], in art.

[1] Saint-Quentin-en-l'Ile.

[2] Le 27 juin 1474, Nicolle le Bastier, licencié ès loix, est reçu avocat au Châtelet. *Call. Clairambault*, vol. 764, p. 57. — A la date du 3 mai 1494, nous rencontrons « honorable homme Pierre le Bastier, *lieutenant et capitaine de Beauvais*». *Ibid.*, vol. 765, p. 234. — Le 18 juin 1499, comparaissent au Châtelet « M. Jehan le Cirier et sa femme, et M. Dommique le Cirier, escolier à Paris, adjoints contre *Thibaut et Jean le Bastier*, Robert aux Cousteaux et sa femme; dit est que lesdites parties tiendront l'inventaire fait des biens de-

mag., admitti ad examen baccalariatus in jure canonico; cujus ibidem visitatis cedulis et sibi pro examine assignata per decanum Decretali. die IX sequenti ejusdem mensis, in eadem camera examinis fuit examinatus et admissus ad eundem gradum. Qui. prestitis per eum solitis juramentis, solvit pro bursis quatnor scuta, et dispensatur super harenga et invitacione.

XI Martii. . . . . Mercurii XI Marcii, in collegio ordinario, supplicarunt recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico Helias de Libris [1], mag. in art., clericus, de Parisius, et Gobertus Lescot [2], clericus, (F° 43 r°) Remensis dioc. Quorum visitatis cedulis et eisdem assignata Decretali per decanum pro suo examine.

XVI Martii. . . . . die lune XVI sequenti ejusdem mensis, fuerunt ambo, premisso examine, admissi ad eundem gradum baccalariatus. Qui quidem prestiterunt solita juramenta, et quilibet solvit tria scuta auri pro bursis; et cum ipsis fuit dispensatum super invitacione solum, propter temporis indisposicionem pre habundancia nivium et frequentia ventus (*sic*) validi ac pluviarum.

meurez du decez de feu Jehan le Bastier et sa femme, leur père et mère, pour clos». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 273. — Thibaut devint chanoine de Beauvais. Cf. Delettre, *Hist. du diocèse de Beauvais* (Beauvais, 1843-1843, in-8°), t. III, p. 139.

[1] Hélie de Livres appartenait à une des grandes familles parlementaires et échevinales de Paris. — Le 19 mars 1499 [1500], étant déjà conseiller au Parlement, il comparaît au Châtelet en qualité d'oncle paternel des enfants mineurs de Jean de Livres, greffier criminel du Parlement, et de Marie de Vignacourt. Ces enfants possédaient «rue de la Vielle Monnoye», près de la rue des Lombards, un hôtel qu'ils font évacuer, le 28 mars 1499, par Hervé Gaucher, avocat au Châtelet. *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 341 et 344. — Voici d'ailleurs comment se composait sa famille en 1489 [12 mars 1488] : «Au tesmoignage de damoiselle Loyse des Friches, veufve de feu noble homme Jehan de Livres, seigneur de Sèvres, mère, honorable homme et sage maistre Henry de Livres, conseiller ès requestes, M. Jehan de Livres, premier huissier au Parlement, et Guillaume de Livres, receveur des explois et amandes de la Court, oncles paternels, m. Jehan de Livres, greffier criminel de la Court, *Hélie de Livres*, cousins germains paternels, m. Arnault des Friches, Jehan des Friches et Pierre des Friches, oncles maternels, m. Guillaume Alegrain, conseiller au Parlement, m. Girard le Cocq le jeune, Jacques Rebours, Tristan de Fontaines, conseiller au Parlement, Mathieu Dolet, Charles des Moulins, Loys de Cayet, Loys de Saint Yon, Jehan de Saint Yon et Guillaume Allaire, tous cousins, parens et amis d'Anthoine et Jehan de Livres, enfans mineurs dudit deffunt et de ladite Loyse des Friches, ont esté donnez tuteurs ladite damoiselle, mère, et m. Jehan des Friches, leur oncle.» *Ibid.*, vol. 764, p. 384.

[2] Le 18 juillet 1482, comparaissent au Châtelet «Charles de La Ramée, escuyer, et damoiselle Pierrette Lescote, sa femme, paravant femme de feu Loys de Saint-Blaise, ayant le bail des enfans dudit deffunt et d'elle, et *Gobert Lescot*.» *Ibid.*, vol. 764, p. 268.

I Aprilis.....	Mercurii prima Aprilis, qua die celebratum fuit officium Annunciacionis Dominice et missa Facultatis, supplicavit in collegio Nicolaus Chapelle [1], clericus, de Parisius, recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico. Cujus visitatis cedulis et sibi assignata Decretali pro examine per decanum, die jovis immediate sequenti fuit per collegium admissus ad dictum gradum, examine premisso, et prestitis solitis per eum juramentis, solvit pro bursis tria scuta, et fuit dispensatus super invitacione, etc.	
IX Aprilis.....	Jovis IX Aprilis, Petrus Textoris, in art. mag., Rothomagensis dioc., qui se presentaverat ad examen gradus baccalariatus, et sibi fuerat Decretalis assignata, visitatis prius cedulis ejus, die lune precedenti, fuit per dominos doctores examinatus et admissus ad prefatum gradum baccalariatus in jure canonico; qui prestitit solita juramenta et pro bursis solvit.....	II scuta.
XXVII Maii.....	Mercurii XXVII Maii, in collegio ordinario Facultatis, supplicarunt recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico Alardus de Thouart, clericus, de Tornaco, et Carolus Labougueti, clericus, Lingonensis dioc. Quorum cedulis visitatis et sibi Decretali pro examine assignata, fuerunt die sabbati immediate sequenti, penultima ejusdem mensis, admissi ad eumdem gradum, examine previo et prestitis per eos solitis juramentis. Solverunt de Thouart IV scuta, et Labougheti II scuta auri pro bursis.	
XXV Maii.....		
IV Junii.....	Jovis III Junii, in collegio ordinario Facultatis, supplicavit admitti ad examen gradus baccalariatus mag. Alanus de Kaernivinen, presbiter, in art. mag., Corisopitensis dioc.	

[1] Le 1er juillet 1467 « Nicolle Chapelle, advocat au Chastellet, [est] fait... curateur aux biens vacants de feu Estienne Boucher, laboureur ». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 9. — Le 21 février 1473 [1474], il est commis à l'exercice de l'office de lieutenant civil pendant l'absence de Jean Villain qui « veult et entend le jour de demain partir et aller devers le Roy où il dit estre mandé pour les affaires dudit seigneur et doubte sejourner par aucun temps », et cette commission lui fut maintenue pendant plusieurs années, au moins jusqu'en 1481. *Ibid.*, vol. 764, p. 49, 100, 192, 213, 217, 249 et 274. — Ce Nicole Chapelle était sans nul doute le père du jeune gradué d'avril 1478 qui est mentionné, le 3 octobre de cette même année, par les registres du Châtelet : « M. Nicolle Chapelle *le jeune*, *bachelier en Decret*, a esté receu advocat et a pris son siège du costé des fenestres. » *Ibid.*, vol. 764, p. 157.

Cujus visitatis cedulis, et sibi assignata pro examine Decretali, sabbati sequenti, VI ejusdem mensis, fuit admissus ad gradum predictum in jure canonico, premisso examine. Qui prestitit solita juramenta et pro bursis solvit quinque scuta; fuitque cum ipso dispensatum super harenga et invitacione, etc.

XI Junii. . . . . Jovis XI Junii, in collegio Facultatis, dom. Petrus de Armanhaco[1], nobilis, clericus, Auxitane dioc., Sedis apostolice prothonotarius, et Guytardus Bracheti, nobilis, clericus, Lemovicensis dioc., supplicarunt recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico. Quorum visitatis cedulis et eisdem

XVI junii. . . . . Decretali assignata, die martis XVI sequenti ejusdem mensis, fuerunt, examine premisso, admissi ad eundem gradum. Qui solita juramenta prestiterunt, et eorum quilibet solvit pro bursis IV scuta auri; cum quibus fuit dispensatum super harenga et invitacione pro dicta harenga.

XVIII Junii. . . . . Jovis XVIII Junii, Ludovicus Brumier, clericus, Lugdunensis dioc., qui, die martis immediate precedenti, in collegio supplicaverat recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et cujus visitatis cedulis fuerat sibi Decretalis pro examine assignata, fuit per dominos admissus ad gradum predictum, examine premisso, et prestitis per eum solitis juramentis, solvit pro bursis. . . . . III scuta auri.

XXX Julii. . . . . Jovis XXX Julii, Germanus Volandi[2], clericus,

[1] Ce Pierre d'Armagnac est peut-être le fils naturel de Charles, comte de l'Ile-en-Jourdain, baron de Caussade, etc. Il était né de Marguerite de Claux avant le mariage de son père avec Catherine de Foix (1468), et il fut reconnu par lui le 21 mai 1486; mais il n'est nulle part qualifié de protonotaire apostolique. D'un autre côté, il est impossible qu'il s'agisse de son fils naturel Pierre ou de son fils Georges, le futur cardinal, qui naquit en 1501. Cf. le P. Anselme, *Hist. généal. et chronol. de la maison royale de France*, t. III, p. 425-426.

[2] Germain Volant ou le Voullant, alors licencié en décret, fut reçu conseiller clerc au Parlement de Paris, le 17 août 1490 (*Franç.* 21978), fol. 49. En 1482, il était avocat en Parlement, comme le prouve cette mention des registres du Châtelet (29 juillet) : « Au tesmoignage de honorables personnes m. Jacques Olivier, procureur en Parlement, oncle paternel à cause de sa femme, M. Estienne Garnot, procureur en Parlement, cousin germain, m. Jacques Olivier le jeune, advocat au Chastelet, cousin germain dudit costé, m. Estienne de Labregement, cousin dudit costé, Pierre Court, procureur au Chastelet, idem, noble homme et sage m. Jacques Juing, president ès enquestes du Parlement, oncle, m. Germain Volant, advocat en Parlement, m. Jacques Volant, prestre, curé de Gourgy [auj. Gourgis, département de l'Yonne,

Authisiodorensis dioc., supplicavit in collegio ordinario Facultatis recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico. Cujus visitatis cedulis et sibi assignata Decretali

IV Augusti..... pro ipso examine, die martis III Augusti immediate sequenti, apud cameram examinis fuit per dominos admissus ad eundem gradum, examine previo, et prestitit solita juramenta, atque pro bursis solvit II scuta solummodo pluri bono respectu.

VI Augusti..... Jovis VI Augusti, frater Ludovicus de Serocourt, ord. S. Benedicti, Ebredunensis dioc., et Martinus de Baldomonte, presbiter, Rothomagensis dioc., examine premisso, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico. Qui quidem, die martis precedenti, III ejusdem mensis, apud cameram examinis, supplicaverant recipi ad examen dicti gradus, et eisdem fuerat Decretalis assignata, more solito, visitatis prius eorum cedulis. Prestiterunt autem solita juramenta, et solverunt pro bursis de Seroucourt (*sic*) quatuor scuta, de Baldomonte vero III scuta auri.

XI Augusti..... Martis XI Augusti, quidam Carolus de Borbon, Avinionensis, Judeus conversus ad fidem catholicam, ac secretarius domini cardinalis Lugdunensis [1], qui, die jovis precedenti, VI ejusdem mensis, supplicaverat recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et per testes probacione facta quod pluribus annis studuerat in eodem jure in Universitate Avinionensi, et cui fuerat Decretalis pro examine assignata, fuit admissus ad eundem gradum, examine premisso. Qui et solita prestitit juramenta, et pro bursis solvit..... II scuta.

XIII Augusti..... Jovis XIII Augusti, Petrus Aymery [2], clericus

arrondissement d'Auxerre, canton de Chablis], cousins germains du costé maternel, de Didier Geneviefve, Simon, Pierre et Estienne, enfans mineurs de feu m. Pierre de Noviant, procureur en Parlement, et de Marie Janvière, jadis sa femme: a esté esleu tuteur ledit m. Estienne de Labregement seul. - *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 970.

[1] Le cardinal de Lyon était alors Charles de Bourbon. L'identité du nom de son secrétaire et du sien propre prouve qu'il avait tenu ce juif d'Avignon sur les fonts baptismaux.

[2] Il était sans doute de la famille à laquelle appartenaient Guillaume Aumery, licencié en Decret, avocat au Châtelet (*Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 55, à la date du 26 mai 1474), et Pierre Aymery, licencié en lois, également avocat au Châtelet, (*Ibid.*, vol. 764, p. 98, à la date du 19 avril 1473 [1474]), etc.

Parisiensis, qui, die martis immediate precedenti, supplicaverat in Facultate recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et cujus (F° 43 v°) visitatis cedulis fuerat Decretalis pro examine assignata, fuit per dominos admissus ad eumdem gradum, examine previo. Qui solita prestitit juramenta, et pro bursis solvit..... II scuta auri.

III Septembris.... Jovis XXVII Augusti, supplicarunt in collegio ordinario Facultatis Petrus Charron, clericus, Pictavensis dioc., et Hermannus Tentolke, in art. mag., clericus, Trajectensis diocesis, recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico. Quorum visitatis cedulis et Decretali sibi assignata pro examine, die jovis III mensis Septembris, in collegio fuerunt examinati et admissi ad prefatum gradum baccalariatus, et, per ipsos prestitis solitis juramentis, solverunt pro bursis, videlicet Charron II scuta cum dimidio, et Tentolke III scuta auri.

XXIV Septembris.. Jovis XVII Septembris, supplicarunt in collegio ordinario Facultatis recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico venerabilis pater dominus frater Robertus Gaguinus[1], vir magne litterature et extimacionis, regius consiliarius, tocius ordinis S. Trinitatis et Redempcionis captivorum generalis, ac minister domus Sancti Mathurini Parisius, et Vincencius Fareti, clericus, Claromo[n]tensis dioc. Quorum visitatis cedulis, per decanum sibi assignata Decretali, fuerunt, examine premisso, die jovis XXIII immediate sequenti ejusdem mensis, admissi ad eundem gradum. Et prestitis per ipsos solitis juramentis, solverunt pro bursis prefatus Gaguinus VI scuta, cum quo dispensatum extitit super proposito et invitacione, et Fareli (*sic*) II scuta cum medio, etc.

VIII Octobris..... Veneris II Octobris, in Facultate et collegio

[1] Comme on le voit, Robert Gaguin était déjà en possession de tous ses titres et dignités lorsqu'il voulut devenir bachelier en Décret. Il est probable qu'il y fut vivement engagé par Ambroise de Cambray, très flatté de voir entrer dans le corps de la Faculté un homme de mérite éprouvé et qui, comme lui, avait déjà été employé par Louis XI dans plusieurs ambassades. On trouvera, dans la suite de ces *Mémoriaux*, de précieux renseignements sur la biographie de cet important personnage, qui va faire l'objet d'une étude approfondie de M. Louis Thuasne.

ordinario, supplicavit recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico mag. Ludovicus de Mota [1], mag. in art. clericus, Ambianensis dioc.; cujus visitatis cedulis et per ipsius juramentum affirmato contenta in ipsis esse vera, Decretalique per decanum pro examine sibi assignata, die jovis VIII Octobris fuit admissus ad eundem gradum, premisso examine. Qui consueta prestitit juramenta, et pro bursis solvit. . . . . II scuta auri et XVII denos.

A die jovis VI Novembris anni Domini MIIII^c LXXVII usque ad diem martis X similis mensis anni sequentis MIIII^c LXXVIII, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico Parisius triginta quinque, et non plures, propter temporis et guerrarum maliciam atque discrimina. — XXXV. — A. DE CAMBRAY.

[1] Voy. plus bas, p. 420, n. 2.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

[Novembre 1477-Octobre 1478.] (F° 44 r°). Sequitur copia cedularum quas juxta tenorem statutorum venerande Facultatis Decretorum Parisius baccalarii in jure canonico, qui cupiunt conscendere licencie gradum, tenentur singulis annis a decano ejusdem Facultatis expedire, et eas in scholis majoribus per bidellum ejusdem Facultatis proclamari facere, si volunt acquirere tempus pro dicta licencia in eodem jure obtinenda.

Earum vero cedularum, que debito modo fuerunt expedite atque proclamate a die jovis VI mensis Novembris anni Domini M IIII^c LXXVII usque ad diem jovis V ejusdem mensis Novembris anni sequentis LXXVIII, tenor sequitur de verbo ad verbum :

Johannes Jacquemain, in art. mag. et in jure canonico bac., clericus, Remensis dioc., incipiet I librum Decretal. in nonis B. Jacobi, in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die XIX mensis Decembris, anno Domini M IIII^c LXXVII.

Guillermus Coquillart, in art. mag. et in Dec. bac., clericus, Remensis dioc., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno, mense et die quibus immediate supra.

Nicolaus Malingre, in art. mag. et in jure canonico bac., clericus, de Parisius, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum Parisius, die XIII mensis Decembris, anno Domini M IIII^c LXXVII.

Frater Yonus Guyzeau, relig. ord. S. Benedicti, dioc. Carnotensis, bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die, mense et anno quibus immediate supra.

Jacobus de Vaubelon, mag. in art. et in Dec. bac., clericus, de Parisius, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno, mense et die quibus immediate supra.

Laurencius de Bosco, in art. mag. et bac. in jure canonico, clericus, Tornacensis dioc., in nonis B. Marie incipiet IV librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro quarto anno et quarto vol. sue lecture. Datum anno Domini M IIII^c LXXVII, die VI mensis Februarii.

Johannes Bartonis, in art. mag. et in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scholis secundis inferioribus Facultatis, pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum Parisius, anno, mense et die quibus immediate supra.

Johannes Charrier, presbiter, Authisidiorensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Cuniculorum, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum die, mense et anno predictis.

Johannes de Sancto Prejecto, clericus, Lugdunensis dioc., in Dec. bac., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis anterioribus secundis Facultatis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum Parisius, die XIII Februarii, anno supradicto.

Guillermus Mercier, in art. mag. et in jure canonico bac., clericus, Remensis dioc., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis secundis superioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die XXI Februarii, anno LXXVII.

Frater Gerardus Lahannier, ord. S. Benedicti, dioc. Noviomensis, bac. in Dec., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis ma(n)gnis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die IV mensis Marcii, anno Domini M IIII^c LXXVII.

Guillermus Lalemant, clericus, de Bituris, bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die IV mensis et anni quibus immediate supra.

(F° 44 v°). Johannes Jaquetoti, clericus, Eduensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis majoribus Facultatis superioribus, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die V mensis Marcii, anno Domini M IIII^c LXXVII.

Guillermus Strabonis, presbiter, Trecorensis dioc., in jure canonico bac., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum die VI mensis et anni immediate prescripti.

Albinus Kaermeson, clericus, Trecorensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Thome pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum die, mense et anno quibus immediate supra.

Yvo du Greslin (*sic*), presbiter, Trecorensis dioc., in jure canonico bac., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Johannis Baptiste, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die, mense et anno immediate descriptis.

Theobaldus le Bastier, in art. mag. et in Dec. bac., clericus, Belvacensis dioc., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis Facultatis majoribus, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum die XI Marcii, anno predicto M CCCC LXXVII.

Helias de Libris, mag. in art. et in Dec. bac., clericus, de Parisius, in nonis B. Marie incipiet IV librum Decretal., in scholis secundis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die XVII mensis Marcii, anno Domini M IIII^c LXXVII.

Gobertus Lescot, clericus, de Parisius, bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum anno et die quibus immediate supra.

Petrus Garnier, clericus, Pictavensis dioc., canonicus ecclesie Parisiensis, in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis ma(n)gnis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M IIII^c LXXVIII post Pascha, die vero VIII mensis Aprilis.

Petrus Textoris, clericus, dioc. Rothomagensis, in jure canonico bac., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum Parisius, die XVI mensis Aprilis, anno prescripto LXXVIII.

Jacobus de Vaubelon, clericus, de Parisius, in art. mag. et in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, die XX mensis Aprilis, immediate suprascripto.

Alardus de Thouart, clericus, dioc. Tornacensis, bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum Parisius, die I mensis Junii anno Domini M IIII^c LXXVIII.

Oudetus Macheco, clericus, Lingonensis dioc., in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, die VIII Junii, anno LXXVIII.

Carolus Labogueti, clericus, Lingonensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis anterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die IX mensis Junii, anno immediate suprascripto.

Alanus de Kaernivinen, presbiter, in art. mag. et in Dec. bac., Corisopitensis dioc., decanus ecclesie collegiate S. Florentini de Ambasia, Turonensis dioc., in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal. in scholis ma(n)gnis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum Parisius, die X Junii, anno Domini M IIII^c LXXVIII.

Nicolaus Chappelle, clericus de Parisius, bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis ma(n)gnis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum Parisius, die XIII Junii, anno M IIII^c LXXVIII.

Johannes Louchart, clericus, de Parisius, in art. mag. et in Dec. bac., in nonis B. Jacobi incipiet IV librum Decretal. cum Clementinis, in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro quarto anno et quarto vol. sue lecture. Datum Parisius, die XV Junii, anno M IIII^c LXXVIII.

(F° 45 r°). Petrus de Armanhaco, Sedis apostolice prothonotarius, archidiaconus ecclesie Auxitane, in jure canonico bac., in nonis B. Marie incipiet V librum Decretal., in scholis ma(n)gnis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die XVII Junii, anno Domini M IIII^c LXXVIII.

Guichardus Bracheti, nobilis, clericus, Lemovicensis dioc., in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum Parisius, die XVIII Junii, anno Domini M IIII^c LXXVIII.

Ludovicus Brumier, clericus, Lugdunensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. lectnre sue. Datum Parisius, die XXIII Junii, anno quo immediate supra.

Georgius de La Ville, presbiter, Xanctonensis dioc., in art. mag. et in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum Parisius, die II Julii, anno suprascripto immediate.

Germanus Volandi, clericus, Authisiodorensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die IV mensis Augusti, anno Domini M IIII^c LXXVIII.

Martinus de Baldomonte, presbiter, Rothomagensis dioc., in Dec. bac., in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die VIII mensis Augusti, anno M IIII^c LXXVIII.

Ludovicus de Cerancourt (*sic*), ord. S. Benedicti, dioc. Virdunensis, in jure canonico bac., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die XIII Augusti, anno quo immediate supra.

Carolus de Borbonio, canonicus Avinionensis, in utroque jure bac., in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis magnis superioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die XVIII Augusti, anno immediate descripto.

Petrus Aymery, clericus, de Parisius, bac. in Dec., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. lecture sue. Datum Parisius, die XVIII mensis Augusti, anno quo immediate supra.

Hermanus Tantolke, in art. mag. et jure canonico bac., clericus, Trajectensis dioc., in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die V mensis Septembris, anno M IIII^c LXXVIII.

Petrus Charron, presbiter, Pictavensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno, mense et die quibus immediate supra.

Frater Petrus de Grolea[1], ord. S. Benedicti, Lugdunensis dioc., bac. in jure canonico, in nonis B. Jacobi incipiet I librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die XVIII Septembris, anno M IIII^c LXXVIII.

Vincencius Fayeti, clericus, dioc. Claromontensis, in nonis B. Marie incipiet I librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum Parisius, die XXVI Septembris, anno Domini M IIII^c LXXVIII.

Frater Robertus Guaguin, generalis minister ord. S. Trinitatis de Redempcione Captivorum, bac. in Dec., in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scolis majoribus et anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo vol. sue lecture. Datum die XXVIII Septembris, anno M IIII^c LXXVIII.

Filipus Legoux, presbiter, rector parrochialis ecclesie de Quinchenvilla[2], Ebroicensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scholis posterioribus, ad intersignium B. Petri Celestini, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno, mense et die immediate scriptis.

Yvo du Goezlin, presbiter, Trecorensis dioc., in jure canonico bac., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis posterioribus, ad. intersignium B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol. sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M IIII^c LXXVIII, die XI mensis Octobris.

(F° 45 v°). Jacobus de Vaubelon, clericus, de Parisius, in art. mag. et in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scholis anterioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro tercio anno et tercio vol. lecture sue. Datum Parisius, die XI mensis Octobris, anno Domini M IIII^c LXXVIII.

Johannes Louchart, clericus, de Parisius, mag. in art. et in jure canonico bac., in nonis B. Marie incipiet V librum Decretal., in scholis inferioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro quinto anno et quinto vol. sue lecture. Datum Parisius, die, mense et anno suprascriptis de proximo.

Petrus Aymery, clericus, de Parisius, in art. mag. et in Dec. bac., in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scholis secundis anterioribus Facultatis, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, anno, mense et die ut supra designatis.

[1] Sans doute le fils aîné de Pierre de Grolée, seigneur de Boches, lui-même fils naturel de Guy de Grolée, Prieur d'Inimont et de Rochefort, il fut retenu en qualité de conseiller et aumônier de Charles, duc de Savoie, par lettres du 19 février 1508. Cf. Guichenon, *Hist. de Bresse et de Bugey*, contin. de la 2e partie, p. 129-130.

[2] Guichainville (Eure).

Johannes Jacquemin, in art. mag. et in jure canonico bac., clericus, Remensis dioc., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis secundis anterioribus Facultatis, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, die XII Octobris M IIII^c LXXVIII.

Nicolaus de Alicampo, in art. mag. et in Dec. bac., presbiter, Cathalaunensis dioc., in nonis B. Marie incipiet III librum Decretal., in scholis superioribus ad intersignium B. Petri Celestini, pro tercio anno et tercio vol. sue lecture. Datum Parisius, die XIII Octobris, anno M IIII^c LXXVIII.

(F° 45 r°). Petrus Falaise, presbiter, Aurelianensis dioc., in Dec. bac., in nonis B. Marie incipiet V librum Decretal., in scholis secundis anterioribus, pro quarto anno et quarto vol. lecture sue. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XIIII.

(Fol. 45 v°). Germanus Volandi, clericus, Anthisiodorensis dioc., in jure canonico bac., in nonis B. Marie incipiet II librum Decretal., in scholis superioribus, ad intersignium B. Eustacii, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, die XV Octobris, anno quo supra immediate.

Petrus Charon, clericus, Pictavensis dioc., bac. in Dec., in nonis B. Jacobi incipiet II librum Decretal., in scholis secundis anterioribus Facultatis, pro secundo anno et secundo vol. lecture sue. Datum Parisius, die XVIII Octobris anni Domini M IIII^c LXXVIII.

Numerus earum omnis est quinquaginta duo : LII. — A. DE CAMBRAY.

DÉCANAT D'AMBROISE DE CAMBRAY.

NOVEMBRE 1478 A NOVEMBRE 1479.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Cambray.

(F° 46 r°). Anno Domini mil[l]esimo quadringetesimo septuagesimo octavo, die martis decima mensis Novembris, facta convocacione per cedulam omnium et singulorum dominorum doctorum regencium in veneranda Facultate Decretorum Parisius, specialiter apud ecclesiam Sancti Johannis Jherosolimitani, more solito, super continuandis aut de novo eligendis decano et thesaurario ejusdem Facultatis, et in eodem loco, post peractas lectiones primas anni sive presentis ordinarii doctorales, atque missa celebrata, comparentibus honorandis dominis Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray, doctoribus regentibus et ipsam Facultatem representantibus, in primis supplicavimus, dominus Jacobus Aubry, thesaurarius, et ego Ambrosius, decanus, haberi pro supportatis ab ipsa Facultate circa predictorum officiorum administracionem. Quo dicto, deposui ego decanus librum statutorum et claves Facultatis in manibus prefati domini Jacobi Aubry, antiquioris doctoris, ibidem presentis. Ipse vero dominus Aubry, thesaurarius, regestrum sui officii in manibus meis consignavit. Prescripti vero domini doctores, ad electionem dictorum officiariorum procedentes, de novo continuarunt una voce et concorditer dictum dominum Aubry in thesaurarium, et me Ambrosium de Cambray in decanum ipsius Facultatis. Nos vero sic electi et continuati recepimus libros, claves et regestra que officia prelibata respective concernunt, prestitimusque solita juramenta in facie Facultatis. Ego autem primus deliberavi, etc. (12 Novembre 1478.)

Fuit tunc Facultati nunciatum quod quidam magister Johannes Huet, baccalarius in jure canonico Parisius, comtempnebat legere in scholis Clausi Brunelli, sed legebat ordinarie in collegio Eduensi [1], et quod, his non contentus, cedulas apponi fecerat valvis certarum ecclesiarum, Sancti Andree de Arcubus et Sancti

[1] Le collège d'Autun. — Le lundi 5 juin 1486, les registres du Parlement mentionnent Jacques Pradal, escolier, estudiant en l'Université de Paris et *bourcier en decret ou college d'Ostun*, qui plaide contre François Bailly, procureur dudit college. *Franc.* 21 364, fol. 549.

Severini, et pariter in angulis compitorum, denunciando quod ipse Huet erat lecturus certam partem juris canonici in eodem collegio Eduensi, hac via scholares ad suam lecturam incitando et evocando, et ipsos a lecturis aliorum baccalariorum advertendo, et quia hoc esset contra statuta Facultatis et juramentum per dictum Huet prestitum in suscepcione baccalariatus, conclusum extitit quod dictus Huet citetur ad primam missam Facultatis, etc.

[19 Novembre.] Die jovis XIX Novembris, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii et ego Ambrosius de Cambray.

Ibidem comparuit magister Johannes Huet, baccalarius in jure canonico Parisius, debite ad illam diem citatus. Cui per os decani dictum extitit satis ad longum id quod scribitur de eo proximo precedenti articulo ante acta presentis diei, et in presencia sua fuerunt lecta Facultatis statuta que hunc casum concernebant, eidem declarando quod perjurium incurrisset. Qui, pro omni excusacione, allegavit et juravit quod non recordaretur illorum articulorum, licet credat et confiteretur se illa jurasse; quod si illorum memor fuisset, nunquam contravenisset, petens cum omni humilitate veniam illius sui errati ab ipsa Facultate. Facultas autem, cognoscens hoc ignorancia pocius quam malicia factum esse, misericorditer sibi remisit offensam, eidem inhibendo, sub pena perjurii aliisque omnibus penis in statutis Facultatis contentis, ne de cetero habeat legere pro actu scolastico, more baccalariorum legencium aliquam partem juris canonici, alibi quam in scholis Clausi Brunelli. Qui quidem promisit de cetero ita facere juxta statutorum Facultatis tenorem, que nunc in sua presencia audivisset legi.

[24 Novembre.] Die martis XXIII Novembris, missa et collegium Facultatis celebrantur, quibus presentes fuerunt domini Jacobus Aubry, Jacobus Junii et ego Ambrosius de Cambray.

[3 Décembre.] Die jovis tercia Decembris, fuerunt missa et collegium Facultatis. Astiterunt autem illis domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray.

Illo die, magister Robertus du Gué, major bidellus Facultatis, et Claudius Poculot, subbidellus, in facie Facultatis dimittendo officia predicta bidellatus in arbitrio et disposicione ejusdem Facultatis, deposuerunt insignia officii, massas argenteas in manibus Facultatis, et postea supplicarunt quod eadem Facultas dignaretur excusare suos priores def(f)ectus circa officii bidellatus administracionem, et insuper quod vellet eisdem de novo committere exercicium dictorum officiorum, promittentes diligencius ac melius se habere de cetero quam precedenti tempore habuerint. Ipsis autem ad partem retractis, massisque argenteis penes

Facultatem remanentibus, diu fuit agitatum quid super hoc fieret, eo maxime respectu quod nimis tardassent supplicare pro hac re in Facultate, et quasi aliquid novitatis vellent conspirare. Quibus revocatis et graviter increpatis super mora predicta, excusacionem allegavit du Gué quod absens fuisset apud Lugdunum dictus Poculot, et quod semper adventum suum (F° 46 v°) expectaverat, ut ipsi ambo simul supplicarent. Comperta autem hujus excusacionis veritate et quod de licencia ejusdem Facultatis abierat idem Poculot, fuerunt eisdem de novo commissa ex(c)ercicia bidellatus pro anno illo solo; et prestitis per eos solitis juramentis, fuerunt eisdem restitute virge sive masse argentee, quas deposuerant, etc.

Quoniam instabat Facultas quod littere regie expedirentur super gracia Facultati concessa per regiam Majestatem, quod videlicet domini doctores regentes de mane usque ad quatuor numero, duo bidelli generales ac alii bidelli dominorum doctorum particulares ipsius Facultatis Decretorum Parisius, de cetero ac perpetuis temporibus haberent causas suas personales vel possessorias commissas coram gentibus requestarum Pal(l)acii Parisius; et cum super contribucione pecuniarum pro dictis litteris expediendis questio oriretur, fuit ordinatum quod bidelli particulares dominorum doctorum pro sua rata contribuent pro expedicione dictarum litterarum regiarum; illi vero qui noluerint contribuere, expellentur a suo doctore sive magistro et pariter ab eadem Facultate.

Die jovis x decembris, missa celebrantur et collegium Facultatis, quibus presentes fuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray. [10 Decembre.]

Multa fuerunt tunc posita in medium, de quibus mentio fiet specialius in sequentibus. Et fuit conclusum quod domini vocabuntur per cedulam apud domum domini Johannis de Courcellis, condoctoris Facultatis.

Die dominico xm decembris, convocatis dominis doctoribus Facultatis regentibus per cedul(l)am apud domum domini Johannis de Courcellis, sitam in claustro canonicorum Beate Marie Parisiensis, et ibidem comparentibus, hora tercia post meridiem, dominis Johanne de Courcellis, Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Picard, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray, fuerunt in medium posita que secuntur. [13 Decembre.]

In primis, quia oblocucio quorumdam ferebatur, quod domini doctores nimis erant remissi in legendo, conclusum extitit quod de cetero domini doctores regentes legent de quindecim in quindecim dies, et, ad tardius, de tribus septimanis in tres septimanas, nisi legitimum et evidens impedimentum supervenerit; et illis temporibus ponatur in Facultate per decanum, ut ita observetur, etc.

Super licencia hoc anno celebranda vel non, dictum fuit quod decanus et dominus Johannes du Pleis adibunt dominum cancellarium ecclesie Parisiensis

super hac re; et si ad hoc intervenerit ipsius consensus, celebretur licencia, dummodo fuerint baccalarii sufficientes et tempus suum habentes pro licencia obtinenda juxta Facultatis statuta.

Item, plures erant tam baccalarii quam scholares studentes vel se profitentes studere in Facultate Decretorum, qui hoc pretextu gaudent privilegiis Universitatis; et inde secuntur multi abusus, precipue per illos qui se dicunt supposita Facultatis Decretorum, ex quibus sequitur nota non parva toti Facultati. Et preterea, quod deterius erat, notarii conservacionis dabant litteras testimoniales singulis volentibus eas, absque testimonio vel littera doctoris, contra statuta Facultatis et contra veritatem. Quare petebatur quod super his querimonia fieret in Universitate, petendo quod inhibicio fieret notariis et quibuscumque aliis quod de cetero tales litteras non conficerent; quod pariter rector non sigillaret similes litteras sub pena perjurii. Quod quidem fecit decanus in prima congregacione celebrata generaliter in Universitate. [*In marg.* : Nota bene, et omnino circa hoc provideatur.]

Insuper, ad hunc articulum addendo, petebatur quod decerneretur et publicaretur ubi et quando, etc., quod scholares aut baccalarii non gauderent privilegiis Universitatis tanquam supposita Facultatis, nisi levarent suas cedulas juxta ipsius Facultatis statuta, et quod declarentur dicti non levantes suas cedulas predicto modo non amplius supposita Facultatis, tanquam qui Facultatem deseruerunt neque statutis ipsius se conformare volunt. Dictum fuit quod domini maturius circa hoc cogitabunt, et alias deliberabitur. Quibusdam tamen graviter hanc materiam ponderantibus visum est hanc provisionem esse neccessariam et honori Facultatis convenire, sed non utilitati illorum de conservacione, etc.

Deliberatum fuit quod moneantur magistri collegiorum Eduensis, Cameracensis et Lombardorum, quod cogant scholares et baccalarios in jure canonico dictorum collegiorum proficere et intendere disputacionibus et lecturis, et maxime lecturis in Clauso Brunelli, juxta statuta Facultatis et juramenta per eos prestita. Quod effecit decanus, singula collegia et eorum magistros adeundo.

Eodem die, unicorditer elegitur in procuratorem Facultatis, in curiis et auditoriis tam Parlamenti, requestarum domus et Palacii, et omnium aliarum jurisdictionum qui ex(c)ercentur infra terminos et clausuram Palacii regii Parisius, magister Petrus Aubry [1], loco magistri Johannis le Moyne [2], nuper defuncti.

[1] La famille de Pierre Aubry avait d'étroites attaches avec la Faculté de Décret. On verra dans la note suivante qu'il était parent de l'un des docteurs régents, Jacques Aubry. A la date du 3 décembre 1467, les registres du Châtelet font mention de Philippe Aubry, *licencié ès lois et bachelier en Decret. Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 17. — Pierre est déjà procureur au Châtelet le 12 février 1477 [1478]. *Ibid.*, p. 121. — Le 24 juillet 1482, il émancipe son fils Granier, «escolier à Paris, aagé de 18 ans». *Ibid.*, p. 269.

[2] Pierre Aubry était le beau-frère de Jean le Moyne, auquel il succède; tous deux étaient alliés d'Ambroise de Cambray, comme en font foi les registres du Châtelet, à la date du 23 novembre 1478 : «Au tesmoignage de m. Jacques de Thou,

Reverendus pater dominus Johannes de Courcellis, doctor regens in Facultate Decretorum Parisius, domini nostri regis consiliarius in sua Parlamenti curia, canonicus et archidiaconus de Jozaio in ecclesia Parisiensi, hodie, magna liberalitate, sponte non rogatus, dedit Facultati summam quinquaginta scutorum auri, que sibi debebat Facultas; pro qua summa habebat pro pignore quoddam pulcherrimum Decretum[1] quod erat Facultatis; restitutique Facultati Decretum et obligacionem dicte somme, etc.

Ordinantur et deputantur domini de Veteri Villa et Cambray, decanus, quod adeant dominum Martinum de Fraxinis, tunc gravi morbo affectum, cui narrent liberalitatem, in proximo precedenti articulo declaratam, domini Johannis de Courcellis, et propterea ipsum moneant quod, attento longo tempore quo fuit in Facultate et emolumentis ibidem per eum acceptis, ipse pariter velit donare Facultati summam centum scutorum que accomodavit Facultati, et reddat obligacionem dicte somme.

advocat, m. Pierre Chasserat, procureur en Parlement, frères à cause de leurs femmes, m. Jacques Aubry, docteur en Decret, oncle maternel, *m. Pierre Aubry*, oncle maternel et paternel à cause de sa femme, m. Pierre Guibert, oncle maternel, m. Pierre Charlet, cousin paternel, m. Ambroise de Cambray, cousin paternel, m. Arthus de Cambray, conseiller en Parlement, cousin paternel, m. Thomas de Bailly, cousin paternel, Jehan de Rueil, cousin maternel, Michel Lacher, cousin paternel, Innocent Gentil, cousin paternel, Guillaume de Senlis, cousin maternel, m. Robert Piedefer, affin de Pierre, Jacques, Marie dits le Moyne, enfans de feu Jehan le Moyne, procureur en Parlement, et de Denise Auberye, jadis sa femme, et pour ce que ledit Jehan le Moyne est puis naguères allé de vie à trespas, a esté subrogé en son lieu m. Jacques Aubry.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 163. Jean le Moyne avait épousé en secondes noces Jeanne Piédefer. *Ibid.*, p. 181 (à la date du 16 mars 1478 [1479]).

La famille le Moyne était depuis longtemps en possession de charges au Châtelet, aux Comptes ou au Parlement. Le 19 octobre 1439, nous trouvons Jean le Moyne, notaire au Châtelet (*Coll. Clairambault*, vol. 763, p. 181); le 26 août 1467, Pierre le Moyne, licencié ès lois, avocat au Châtelet (*ibid.*, vol. 764, p. 12; cf. p. 34); le 8 mai 1477, Jean le Moyne, clerc en la Chambre des comptes (*ibid.*, vol. 764, p. 91), et, enfin le 14 mai 1477, Jean le Moyne lui-même, procureur au Parlement (*ibid.*, vol. 764, p. 92).

Le 14 mai 1481, Pierre le Moyne, «bachelier ès lois», sans doute le fils aîné de Jean et le neveu de Jacques Aubry, fut reçu avocat au Châtelet. *Ibid.*, p. 230. — Le 7 août 1482, au Châtelet, «m. Pierre le Moyne, *licencié en loix et en Decret*, advocat au Chastelet, et damoiselle Marie, sa femme, fille et heritière en partie de damoiselle Ysabelle de Tournebeuf, sa mère, plaident contre Robert de Garennes, escuyer, et damoiselle Agnes, sa femme, heritière aussy en partie de la dicte damoiselle Ysabelle de Tournebeuf, sa mère. Dit est que les dittes parties feront la solempnité de bien enseigner et monstrer les biens demeurez du decez de ladite damoiselle et qui estoient communs entre elle et noble homme Jehan Thorin l'aisné, escuyer, son mary». *Ibid.*, p. 270-271. — A la date du 21 février 1485 [1486] : «Ce jour, m. Pierre le Moyne, advocat en la cour de ceans, alla de vie à trespas.» *Ibid.*, p. 349. — Son fils, qui portait le même prénom que lui, fut aussi avocat au Châtelet. *Ibid.*, p. 372 (17 novembre 1488).

[1] On sait d'ailleurs que Jean de Courcelles offrait volontiers des livres aux établissements auxquels il était attaché : il offrit ainsi à la bibliothèque du chapitre de Notre-Dame de Paris, le 28 octobre 1483, un exemplaire du commentaire de Henri Bohic sur les *Décrétales*, et le 2 avril 1495, au nom de son neveu, maître Claude de Haugest, lui aussi docteur en Décret, un *Recueil des actes du concile de Bâle*. Cf. A. Franklin, *Les anciennes bibliothèques de Paris*, t. I, p. 55 et 57, et L. Delisle, *Le cabinet des manuscrits*, t. I, p. 430.

[17 Décembre.] (F° 47 r°). Die jovis xvii Decembris, missa et collegium in quibus presentes fuerunt domini Jacobus Aubri, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray, et ibidem fuit sigillatum gratis instrumentum procuracionis magistri Petri Aubry.

[23 Décembre.] Die mercurii xxiii decembris, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Johannes du Pleis, et ego Ambrosius de Cambray.

Eadem die, previgilia Navivitatis Domini, dominus Robertus Tulleu suo ordine legit Decretalem *Dampnamus, de sancte Trinitate et fide catholica.*

[24 Décembre.] Vigilia Nativitatis Domini, xxiiii [Decembris], que erat dies jovis, domini Johannes du Pleis et Cambray, decanus, communicarunt cum domino cancellario ecclesie Pariensis super facto licencie celebrande illo anno, juxta deliberata novissime, die dominica xii precedenti; qui respondit se optare quod fiat et quod omneu favorem procurabit ut sic celebretur et fiat.

[29 Décembre.] Die martis xxix Decembris, domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa et Cambray, decanus, adierunt dominum Martinum de Fraxinis [1] pro remissione illorum centum scutorum, de quibus in altero articulorum et ultimo eorum, que conclusa fuerunt xii Decembris ultimate. Cicius autem non potuerunt habere accessum ad eumdem de Fraxinis, licet bina vice temptavissent, et hoc propter ipsius de Fraxinis non bonam valitudinem. Aliqui eciam impediebant accessum dictorum doctorum. Tandem post multas persuasiones, idem dominus de Fraxinis remisit dictam sommam cum hac condicione quod Facultas tenebitur singulis annis celebrare pro ipso unum obitum in ca(p)pella Facultatis, quemadmodum in litteris plenius continetur. Dicti vero Aubry, [de] Veteri Villa et Cambray promiserunt nomine Facultatis facere ratificari per Facultatem.

[31 Décembre.] Die jovis ultima Decembris, missa et collegium; presentes in eisdem fuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Conclusum fuit quod domini convenient prima Januarii, apud domum mei

[1] On lit dans les registre du Châtelet, que le 28 avril 1447, «m. Martin de Fresne, docteur regent en l'Université de Paris en la Faculté de Decret, [a procez] contre Pierre le Caron, prestre». *Coll. Clairambault*, vol. 763, p. 250. — Le 29 juillet 1454, «après que Fossé, procureur de maistre Martin de Fresnes, docteur et regent en la Faculté de Decret, s'est constitué caution pour ledit de Fresne de certain fruis assis à Roissy, saisis à la requeste de Jehan de Roissy et Regnault de Croix, damoiselle Perrette de Roissy, sa fame, ledit de Fresnes a pouvoir de despouiller». *Ibid.*, p. 325. — Le 17 mai 1464, «Loys de Fresnes», probablement un des parents du docteur, «*licencié en Decret*, a esté receu advocat au Chastelet et a fait serment». *Ibid.*, p. 350.

decani, et ibi Facultas ratificabit promissionem factam per dominos Aubry, [de] Veteri Villa et Cambray, super obitu celebrando singulis annis pro domino de Fraxinis.

Dictum fuit insuper quod, prima die legibili post Epiphaniam, publicabitur per bidellum et cedulam quod si qui voluerint intrare examen licencie, compareant in prima missa coram dominis de Facultate, et ibi suas porrigent supplicaciones more solito; eciam si aliqui velint respondere, dent suas conclusiones, et dabitur eis per Facultatem doctor sub quo respondebunt.

Die veneris prima Januarii, convocatis specialiter ibidem dominis per cedulam ex conclusione Facultatis, et comparentibus hora prandii dominis Jacobo Aubry, Roberto Tullen, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et ego Ambrosius de Cambray, (et) pariter convenerunt duo notarii coram quibus passatus fuerat tractatus habitus inter dominum Martinum de Fraxinis, ex una, et dominum Stephanum de Veteri Villa ac Ambrosium de Cambray, ex altera, lectoque per dictos notarios, magistros Anthonium..... et Danielem..... dicto tractatu ad longum, ante horam prandii, omnes domini doctores hic nominati laudarunt, approbarunt et ratificarunt nomine tocius Facultatis dictum tractatum in omni sui parte, ut lacius in litteris passatis continetur. [1479, 1er Janvier.]

Fuit rursum conclusum quod fiat proclamacio in scholis pro illis qui examen licencie voluerint subintrare; et factum fuit.

Die veneris VIII Januarii, missa et collegium. Hii qui presentes fuerunt sunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa et ego Ambrosius de Cambray. Et ibidem exhibuit Decretum restitutum per dominum de Courcellis et obligacionem quinquaginta scutorum, que ibidem fuit cancellata. [8 Janvier.]

Die jovis XIII Januarii, missa et collegium, et ibi comparuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et Ambrosius de Cambray, decanus. [13 Janvier.]

Fuit conclusum quod publicabitur cedula in scholis majoribus pro examine aperiendo ad licenciam in jure canonico celebrandam, et quod volentes ingredi examen compareant, die jovis XXI sequenti, in collegio Facultatis. Et factum fuit.

Die jovis XXI Januarii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray. [21 Janvier.]

Eodem die, se presentarunt ad examen licencie magistri Johannes Arcatoris, Nicolaus de Alicampo et Johannes Louchart; quorum visitatis parvis cedulis volu-

minum, et per ipsos prestitis solitis juramentis, admissi sunt ad dictum examen. Quibus fuit injunctum quod conficiant suas magnas cedulas, et eas more solito deferant ad domos et personas singulorum dominorum doctorum infra festum Purificacionis Beate Marie.

Fuit eciam conclusum quod luminare fiat die Purificacionis eo modo et ea quantitate cereorum quibus ante consuetum est fieri.

[28 Janvier.] Die jovis xxvm Januarii, missa et collegium; affuerunt illis domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier et ego Ambrosius de Cambray.

Eo die, se presentavit ad examen licencie magister Johannes de Sancto Lannomaro, cujus visitatis parvis cedul(l)is voluminum, fuit admissus, et sibi dictum quod revertatur die jovis proxima.

Decanus Facultatis dixit dominis doctoribus ibidem presentibus quod bonum sibi videbatur quod assignarentur xxxix^{a} et xl^{a} distinctiones pro futuro examine; et placuit omnibum

4 Février.] Die jovis quarta Februarii, missa et collegium, et presentes ibidem fuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Eo die, in collegio comparuerunt quatuor baccalarii qui se presentaverant ad examen licencie, quibus fuit, pro examine (F° 47 v°) eorum futuro, assignata xl^{a} distinctio; et fuit eis injunctum quod def(f)errent suas magnas cedul(l)as ad dominos doctores, more solito, infra octo dies.

11 Février.] Die jovis xi Februarii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray.

Ibidem se presentarunt licenciandi, supplicantes pro apertura examinis. Quibus fuit responsum quod non consuevit aperiri examen ante delacionem magnarum cedularum, quoniam talis cedularum delacio est ordinata pro examine particulari volencium intrare examen licencie fiende per singulos dominos doctores, ut ipsi videant et judicent qui sunt sufficientes pro dicto examine licencie subeundo. Honestius enim esset aliquem repellere ne intraret ipsum examen, quam jam intromissum a gradu licencie repellere propter ipsius insufficienciam: et propterea, quia major pars eorum non portaverant dictas cedul(l)as, fuit ipsis iterum injunctum quod eas deferant infra diem mercurii proximam inclusive, etc.

17 Février.] Die jovis xvii Februarii, missa et collegium, in quibus presentes fuerunt do-

mini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, decanus Facultatis presentavit ipsis dominis doctoribus litteras autentiquas (*sic*) expeditas per duos notarios Castalleti super illa donacione centum scutorum facta per quondam dominum Martinum de Fraxinis[1], de quibus fit mencio in articulo die martis XXIX Decembris, et similiter in articulo die veneris prima Januarii proxime preteritis. Quarum litterarum ibi facta lectura, placuerunt ipsis dominis littere predicte et earum forma. Et pro ipsis litteris solvit decanus de proprio XL solidos parisienses notariis. 17 Février.

Ipso die, se presentavit ad examen licencie frater Johannes Baradelli, prior [Sancti Petri Vivi][2], ordinis Sancti Benedicti, Senonensis diocesis, cujus visitatis parvis cedulis voluminum suorum, fuit admissus ad examen magnarum cedularum, et prestitit juramenta solita. Et eidem fuit injunctum quod infra dominicam proximam suas deferat magnas cedulas ad singulos dominos doctores.

Quinque licenciandi, qui suas magnas portaverant cedul(l)as, supplicarunt pro assignacione diei et apertura examinis; quibus fuit assignata dies lune proxima, que est in crastinum dominice de Brandonibus[3]; et ipsis fuit injunctum quod faciant interim provisiones lignorum et aliorum necessariorum, more solito, et quod super his, pro eorum informacione, loquantur cum bidellis Facultatis.

Decanus Facultatis tunc exhibuit ipsis dominis litteras regias expeditas et signatas per manum secretarii regii, per quas rex graciam hanc concedebat Facultati, dominis doctoribus legentibus, bidellis generalibus et particularibus doctorum atque clavigero, presentibus et futuris, quod eorum cause personales et possessorie, tam agendo quam defendendo, tractarentur in curia requestarum Pal(l)acii. De hac materia diffusius scribitur supra, in articulo majori, incipiente in capite folii : « Anno Domini M III^c LXXVI, die jovis VII Novembris[4] », et in parvo articulo qui incipit : « Retulit idem decanus »[5], et scribitur in principio XXVIII folii: sed propter impensam sigilli, littera manet imperfecta et non expedita ex integro.

Die jovis XXV Februarii, missa et collegium; in ipsis presentes fuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray. [25 Février.]

[1] Martin de Fresnes, l'un des docteurs régents de la Faculté de Décret, était donc mort entre le 31 décembre (cf. plus haut, p. 398) et le 17 février.

[2] Sur Jean Baradeau ou Bardeau, qui succéda à Guillaume Chignard comme abbé de Saint-Pierre-le-Vif-lez-Sens, cf. plus haut, p. 364 n. 2.

[3] Le dimanche des Bordes, des Bures ou des Brandons est le premier dimanche de Carême (21 février 1479).

[4] Cf. plus haut, p. 311.

[5] Cf. plus haut, p. 312.

Eodem die, frater Gaspardus de Bellocadro, prior Sancti Petri de Louzayo [1], ordinis Sancti Augustini, Bituricensis diocesis, presentavit se ad examen licencie in jure canonico. Cujus visitata littera gradus baccalariatus in Universitate Bituricensi suscepti ante IX annos, visitatis eciam duabus cedulis suorum voluminum levatis Bituris, deposicioneque medio juramento habita, tam per eumdem Gaspardum quam per magistrum Anthonium Matz, licenciatum in jure canonico, Aniciensis diocesis, et per fratrem Petrum Chauvelli [2], religiosum monasterii Sancti Ambrosii de Bituris, ordinis Sancti Augustini, baccalarium in jure canonico, quod idem de Bellocadro post susceptum per eum baccalariatus in Universitate predicta gradum, studuerat ibidem in eodem jure canonico per spacium quatuor annorum et ultra, ex(c)ercendo actus scolasticos et levando suorum voluminum cedulas, idem autem de Bellocadro, medio juramento affirmavit partem cedularum predictarum perdidisse. Quibus omnibus attentis, considerato eciam quod ipse de Bellocadro unam cedulam voluminis habebat super admissione ad lecturam in hac Facultate, domini doctores ipsius (*sic*) admiserunt suam supplicacionem, et prestitit solita juramenta, eidemque injunctum extitit quod infra dominicam proximam suas magnas cedulas ad singulos dominos doctores more solito deferre habeat.

[1er Mars.] Die lune prima Marcii, aperitur examen pro futura licencia. Ibidem comparuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray. Existentibus autem licenciandis in aula examinis, locis solitis, a camera dominorum procedentes domini doctores cum suis cappis, bidellis Facultatis precedentibus, intrarunt dictam aulam, sederuntque more solito, et ibi habuit decanus oracionem pro consuetudine hactenus servata. Postmodo vero distribuit idem decanus singulis licenciandis ibidem presentibus suas porciones textus distinctionis XLe, eisdem pro examine assignate, super quibus porcionibus habebunt conficere lecturas, ut consuetum est fieri; juramentisque solitis per eosdem licenciandos prestitis, fuit eisdem injunctum quod veniant die lune proxima pro recitandis suis lectionibus sive lecturis.

[4 Mars.] Die jovis iiii Marcii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

[1] Probablement Loroy (*Locus Regius*).

[2] Peut-être un parent de Guillaume Chauveau, licencié en Décret, que nous avons déjà rencontré en novembre 1475. Cf. plus haut, p. 236 et n. 3. — Les registres du Châtelet, à la date du 17 novembre 1462, mentionnent feu Pierre Chauveau, changeur et bourgeois de Paris (*Coll. Clairambault*, vol. 763, p. 362); et aux dates des 24 octobre 1492 et 19 août 1500, maître Jean Chauveau, avocat au Parlement (*ibid.*, vol. 765, p. 157 et 380).

Die lune VIII Marcii, comparuerunt in aula examinis domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray. [8 Mars.]

Eo die, frater Gaspardus de Bellocadro, qui tunc primam sedem inter licenciandos obtinebat, habuit elegantem oracionem, ut consuetum est fieri. Qua finita, ipse et alius recitarunt suas lectiones textuales.

Post prandium vero, in eodem loco comparentibus dominis Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray, duo alii baccalarii recitarunt suas lecturas textuales.

(F° 48 r°). Die martis IX Marcii, comparentibus in aula examinis dominis Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray, alii duo licenciandi dixerunt de mane suas lecturas textuales, et postea decanus distribuit eis porciones glosarum super quibus habebunt componere lecturas. Quibus fuit injunctum ut veniant die lune sequenti pro ipsis lecturis recitandis. [9 Mars.]

Die jovis XI Marcii, missa et collegium; presentes ibi fuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray. [11 Mars.]

Die lune XV Marcii, magister Petrus Garnier[1], canonicus ecclesie Parisiensis, se presentavit ad examen licencie, cujus visitatis cedulis suorum voluminum, fuit admissus more solito, sibi injungendo quod suas deferat magnas cedulas infra diem mercurii proximam; prestititque juramenta, et fuit sibi assignata prima sedes inter licenciandos, eidemque dedit decanus porciones tam textuales quam glosarum pro componendis suis lecturis et lectionibus, etc. [15 Mars.]

Illo die et mane, alter licenciandus recitavit peroptime suam lecturam super porcione glosarum sibi assignata; et quoniam fuit aliquanto prolixior quam speraretur, domini non plures audiverunt tunc, sed eis injunxerunt quod redirent post prandium, hora tercia. Presentes tunc fuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Post prandium, eodem die, conveniunt ad locum examinis domini Jacobus

[1] Cf. plus haut, p. 378 n. 2. — Le 9 avril 1478, un Pierre Garnier est qualifié de « notaire et secrétaire du Roy ». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 135. — Les registres du Châtelet mentionnent aussi Charles Garnier, institué procureur au Châtelet le 1er mars 1481 [1482] (*ibid.*, p. 957, et p. 343); et le 7 avril 1485, Jacques Garnier, avocat au Parlement, qualifié, le 12 juillet suivant, de procureur au Grand Conseil (*ibid.*, p. 319 et 349).

Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray, et ibidem recitarunt suas lectiones glosarum duo licenciandi.

[16 Mars.] Die martis xvi Marcii, apud locum examinis comparuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray, et tunc unus solus lectiones glosarum recitavit, quia nimis fuerat prolixus.

[17 Mars.] Die mercurii xvii Marcii, convenerunt apud aulam examinis domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray, et tunc duo licenciandi recitarunt suas lectiones glosarum.

[18 Mars.] Die jovis xviii Marcii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, in aula examinis, comparentes domini prenominati et una cum ipsis dominus Robertus Tulleu, recitavit suas lectiones, tam textus quam glosarum, magister Petrus Garnier, et dictum fuit licenciandis quod in crastinum comparerent in eodem loco de mane.

[19 Mars.] Die veneris xix Marcii, comparentibus dominis Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray, domini arguerunt more solito contra aliquos licenciandos, videlicet decanus primus arguit contra illum licenciandum quem elegit; deinde domini doctores, suo antiquitatis ordine et gradu, quilibet contra unum quem deligit sibi; et dictum fuit licenciandis quod in crastinum mane revertantur pro ipsorum expedicione.

[20 Mars.] Die sabbati xx Marcii, comparuerunt apud aulam examinis domini Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray, et domini perfecerunt argumenta facere contra licenciandos ipsisque quolibet(t)a solita facerunt, et sic expediverunt licenciandos in omnibus et per omnia circa hec que examen concernunt.

Eo die et mane, se retraxerunt prefati domini doctores qui solum ibidem convenerant, licet fuissent omnes regentes convocati super clausura examinis et approbacione vel repudio ipsorum licenciandorum et per cedulam, et in camera dominorum doctorum habita matura deliberacione super omnibus actis in examine, et alias informacionibus factis super moribus cujuslibet licenciandi, ipsi domini doctores omnes septem baccalarios examinatos judica[ru]nt et pronunciarunt

dignos licencie gradu, cum rigore examinis. Qua habita conclusione, revertuntur domini doctores in aulam examinis, et prius habita oracione per decanum, declarantur dicti baccalarii sufficientes et approbatos ad licencie gradum suscipiendum : et prestiterunt licenciandi solita juramenta, dictumque fuit eisdem quod post prandium compareant pro bursis eorum solvendis, etc.

Post meridiem hora secunda, comparuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray, et tunc fuerunt taxate burse singulorum licenciandorum def(f)ectusque quos commiserant non servando statuta per eos jurata in suscepcione gradus baccalariatus, similiter pensio scholarum quas tenuerunt tempore quo tempus legendo acquisierunt. Adeo autem taxacio modesta fuit ut minus aliquando susceperunt domini doctores quam per aliquos fuerit oblatum Facultati. Fuitque ipsis licenciantis dictum quod die lune sequenti, hora tercia post meridiem, cum bidellis Facultatis compareant in ecclesia Beate Marie Parisius, ut per Facultatem presententur domino cancellario ecclesie Parisiensis.

Die lune XXII Marcii, comparentibus dominis Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, [22 Mars.] Stephano de Veteri Villa, Johanne Picart et me Ambrosio de Cambray apud domum domini Dionisi[i] le Herpeur, cancellarii ecclesie Parisiensis, sitam in claustro canonicorum dicte ecclesie Parisiensis, decanus Facultatis, habita oracione brevi, presentavit prefato domino cancellario baccalarios septem numero descriptos in quodam rotulo aperto papireo, juxta ordinem quo in aula examinis sedebant descriptos ibi presentes, et ipsos eidem presentavit tanquam examinatos, sufficientes et ydoneos et approbatos per dominos doctores ad licencie gradum in jure canonico suscipiendum, supplicando decanus domino cancellario, tam nomine Facultatis quam dictorum licenciandorum, quat(h)enus ipsis sic probatis et dignis licencie gradu, idem dominus cancellarius vellet ipsis licencie gradum auctoritate apostolica quantocius impartiri cum protestacionibus solitis. Qui quidem dominus cancellarius benigne recepit presentacionem eorum atque rotulum apertum, ipsosque baccalarios sic per (F° 48 r°) Facultatem probatos recepit et tanquam dignos licencie gradu admisit, promisitque ipsis (licencie gradum) quantocius com[m]ode poterit licencie gradum impartiri. Super quibus omnibus peciit instrumentum nomine Facultatis idem decanus a Gerardo Oudée, presentibus magistro Johanne Helé et Johanne du Seau ac aliis pluribus.

Die jovis XXV Marcii, convocatis dominis doctoribus per cedulam specialiter [25 Mars.] apud cameram examinis pro componendo rotulo licenciandorum post missam celebratam ordinariam Facultatis, comparentibus in eadem camera domini[s] Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne du

Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray; misit autem dominus Johannes Picart quod interesse non posset, etc.; et ibi mature pensatis litteratura, moribus et meritis septem licenciandorum, confectus est rotulus eorum hoc ordine : Petrus Garnier, canonicus Parisiensis; frater Johannes Baradelli; frater Gaspardus de Bellocadro; Johannes Arcatoris; Johannes Louchart; Johannes de Sancto Lamomaro et Nicolaus de Alicampo. Qui ordo inscriptus fuit in membranis sive pergameno, postmodum clausus tribus cordulis, obsignatusque sigillo decanatus et duobus sigillis aliorum duorum dominorum doctorum, duplumque sive copiam, scriptam similiter in pergameno eodem ordine, retinuit apud se decanus Facultatis, obsignatam similiter; fuitque conclusum quod illo eodem die presentaretur idem rotulus domino cancellario ecclesie Parisiensis, servatis servandis.

Ipso die, mane, post celebracionem majoris misse in ecclesia Parisiensi et in exitu ecclesie in claustro canonicorum Parisius, ante puteum, decanus cum domino Johanne du Pleis presentavit eundem rotulum confectum et ordinatum, prout in proximo precedenti articulo annotatur, domino cancellario ecclesie Parisiensis, domino et magistro Dionisio le Herpeur, sibi exponendo quod ille rotulus esset quem confecerant domini doctores Facultatis Decretorum Parisius regentes, ad quod solos, et non alios, jus spectabat, et consuetudine sic semper observatum fuerat, ponere inter licenciandos in jure canonico illum ordinem quem doctorum consciencia dictabat, juxta merita personarum. Illum autem rotulum ipsi domini confecerant, ordinemque inter licenciandos posuerant quem eorum quisque merebatur, clausumque tribus cordulis, obsignatum tribus sigillis, eidem domino cancellario presentabat conservandum per eum usque in diem licencie imparciende illesum, neque aperiendum priusquam in aula domini episcopi Parisiensis illo momento temporis quo debent licenciandi prefati more solito convocari in presencia dominorum doctorum dicte Facultatis, quodque ipsius rotuli presentacionem faciebat sub protestacionibus premissorum et aliis solitis fieri, non aliter, nec alias, aut aliom odo. Prefatus autem dominus cancellarius, protestaciones predictas acceptando, promisit rotulum illum integrum, non apertum aut aperiendum conservare usque in diem predictam licencie imparciende, etc., recepitque rotulum predictum sub illis condicionibus et protestacionibus. De omnibus vero predictis peciit instrumentum fieri nomine Facultatis decanus ipsius a Gerardo Ondée, notario apostolico, presentibus Johanne du Sean et magistro Johanne Helé.

[26 mars.] Die veneris xxvi Marcii, comparentibus dominis Jacobo Aubry, Stephano de Veteri Villa, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray, apud Sanctum Johannem Lateranensem, hora viii ante meridiem, similiter et vii licenciandi cum duobus bidellis generalibus Facultatis et particularibus domi-

norum doctorum, multitudineque licenciatorum, baccalariorum studencrumque, prestiterunt in primis dicti licenciandi juramenta illo tempore prestari solita; postmodum bini et bini processerunt usque ad aulam domini episcopi Parisiensis, ibidemque collocatis dictis licenciandis, dominus Stephanus de Veteri Villa et decanus adierunt presenciam domini cancellarii ecclesie Parisiensis, qui continuo ad eos descendit. Quibus exhibuit rotulum die precedenti traditum, de quo mencio habetur in proximo precedenti articulo, quem tenuerunt et diligenter visitarunt iidem dominus de Veteri Villa et decanus in omni sui parte, et, quia eundem compererunt sanum et inviolatum, restituerunt eidem domino cancellario. Qui quidem dominus cancellarius ipsum rotulum sic illesum tradidit magistro Carolo Sacci, theologie doctori eximio et vicecancellario deputato, se excusans dominus cancellarius quod interesse non poterat actui ob invalitudinem qua tunc detinebatur, processeruntque predicti domini Sacci, [de Veteri Villa et decanus Facultatis simul usque ad prefatam aulam domini Parisiensis, et ibidem, omnibus in sede sua collocatis atque sedentibus, dominus subcancellarius dedit rotulum predictum magistro Roberto du Gué, bidello majori Facultatis. Qui bidellus, legendo dictum rotulum alta voce ac intelligibili vocavit dictos licenciatos eo ordine quo in eodem rotulo scripti erant, similiter et in rotulo qui apud decanum remanserat, quem tunc coram se tenebat ut videret si aliquid fuisset forsan aut malicia immutatum. Quo facto, subcancellarius, oracione habita eleganti, ipsis vu baccalariis licencie gradum impartitur, ibidem assistente copiosa multitudine prelatorum, virorum consularium, nobilium, doctorum, licenciatorum in omni Facultate et alia grandi populi multitudine. De quibus omnibus peciit idem decanus instrumentum a Gerardo Oudée, notario apostolico, presentibus Johanne du Seau et Johanne Falourdeux, clericis, Parisiensis et Cameracensis diocesis. Hiis autem peractis, descenderunt domini doctores et licenciati novi in pede gradum aule domini Parisiensis, et ibidem gracias habuerunt omnibus assistentibus illi actui; deinde se retraxerunt infra cap(p)ellam inferiorem domini Parisiensis, et ibidem licenciati novi gracias egerunt dominis doctoribus pro labore per eos assumpto et honore sibi impenso.

Die jovis prima Aprilis, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Ja- 1er Avril.
cobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray, omnibus dominis doctoribus regentibus vocatis per cedulam ad illam diem et horam specialiter super opcione licenciandorum. Opcio autem hoc modo facta extitit : dominus Johannes de Courcellis litteratorie mandavit scriptum manus sue quod ipse optabat fratrem Gaspardum de Bellocadro; Ambrosius de Cambray optavit Johannem Arcatoris; dominus Jacobus Aubry, fratrem Johannem Baradelli; dominus Robertus Tulleu, Johannem Louchart; dominus Stephanus de Veteri Villa, Petrum Garnier; dominus Jacobus Juuu,

Johannem de Sancto Lunomaro, et dominus Johannes Picart, Nicolaum de Alicampo.

Fuit autem injunctum, ut moris est, decano Facultatis predicte quod omnia et singula prescripta fideliter huic presenti regestro annotaret, tam ordinem inscriberet quo dicti licenciati fuerunt, die veneris precedenti, ad licenciam evocati, juxta ordinem inscriptum rotulo dato domino cancellario et tunc, illo die, lecto in aula domini episcopi Parisiensis, quam eciam opcionem factam per dominos doctores de dictis licenciatis, etc.

[3 Avril.] (F° 49 r°). Die sabbati tercia Aprilis, vigilia dominice in Ramis Palmarum, dominus Jacobus Aubry legit in majoribus scholis Facultatis Decretalem *Omnis utriusque sexus, de penitentia et remissione*, et hoc suo ordine. Post eum vero debet suo ordine, ascendendo videlicet, legere aliam Decretalem solemnem in vigilia Penthecostes Ambrosius de Cambray.

Cessant misse et collegium ordinaria Facultatis a die jovis preterita prima Aprilis usque ad diem jovis post dominicam de Quasimodo, que dies jovis erit XXII hujus mensis.

[22 Avril.] Die jovis XXII Aprilis, missa et collegium, quibus affuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray, et ibi fuit conclusum quod domini legent mercurii XXVIII Aprilis.

Item, quia compertum extitit quod inter bona cujusdam filii quondam Hugonis de Monteformoso[1], dum viveret subbidelli Facultatis, repertus extitit quidam liber statutorum quorumdam dicte Facultatis, qui liber esset apud uxorem sive relictam dicti filii Hugonis, que eumdem librum nolebat restituere, conclusum extitit quod dominus Stephanus de Veteri Villa ipsam relictam alloquetur pro restitucione dicti libri amicabiliter. Que si noluerit racioni se conformare, Facultas jure ordinario contra ipsam aget.

[28 Avril.] Die mercurii XXVIII Aprilis, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray, et eodem die domini doctores legerunt.

[5 Mai.] Die mercurii quinta Maii, missa et collegium; illis presentes fuerunt domini Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

[1] Il avait été nommé sous-bedeau le 4 septembre 1438, après la mort de Pierre «Burgondi». Ce dernier avait lui-même succédé quelques mois auparavant, à Guillaume qui, malade des écrouelles, avait dû résigner son office. Cf. plus haut, p. 38, et *Chart. Univ., Paris*, t. IV, p. 606 n.

Die jovis XIII Maii, missa et collegium, et ibidem fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray. [13 Mai.]

Die veneris XXI Maii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, absente decano infirmo et satis long(u)o adversa valitudine detento. [21 mai.]

Que autem interim acta fuerunt, prout accepi a domino Jacobo Aubry, qui vices decani interim gessit, fideliter annotavi.

Die jovis XXVII Maii, missa et collegium; presentes illis fuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy, absente decano infirmo col(l)ica passione gravissima. [27 Mai.]

Die sabbati XXIX Maii, vigilia Penthecostes, in scholis majoribus Facultatis, ego Ambrosius de Cambray, paulum alleviatus dolore col(l)ice passionis, legi Decretalem *Cum Marthe*, situatam titulo *De celebratione missarum et sacramento Eucharistie et aliis divinis officiis*, et hoc ordine meo. Post me vero, in previgilia Nativitatis Domini, lecturus est suo ordine aliam solemnem Decretalem dominus Nicolaus de Grucy. Ex hac autem lectura reincidi in graviorem col(l)ice passionem ipso die. [29 Mai.]

Die jovis III Junii, missa et collegium, quibus presentes fuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, decano absente et infirmo. [3 Juin.]

Die mercurii IX Junii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa et Johannes du Pleis, decano infirmo absente. [9 juin.]

Die jovis XVII Junii, missa et collegium, et ibi presentes fuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa et ego Ambrosius de Cambray. [17 Juin.]

Die mercurii XXIII Junii, missa et collegium; ibidem presentes fuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray. [23 Juin.]

Die jovis prima Julii, missa et collegium, quibus presentes extiterunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray. [1er Juillet.]

Et quia idem de Cambray illo anno erat suo ordine lecturus extraordinarium, ipse in facie Facultatis exhibuit litteras regis, quibus rex mandabat dictum de Cambray venire ad suam presenciam quantocius, ut eum in Britan[n]iam (F° 19 v°)

ad ducem Britan[n]ie mitteret[1]. Propterea fuit ordinatum per Facultatem quod doctor presens, qui ibidem residebat, legeret hoc anno pro dicto de Cambray, et Cambray leget sequenti anno pro ipso doctore. Legit autem dominus Andreas Wasselin.

[3 Juillet.] Recessit Ambrosius de Cambray, decanus, tercia Julii, sabbati die, ad curiam regis, consignavitque librum statutorum et claves decanatus in manibus domini Jacobi Aubry, et peciit duos menses, etc.; concessumque sibi fuit.

[8 Novembre.] Rediit autem prefatus decanus die lune VIII Novembris, qui ante recessum pecierat duos menses, etc. Cui in crastinum dominus Jacobus Aubry restituit librum statutorum et claves officii decanatus.

Diligenter investigavit idem decanus, tam a domino Jacobo Aubry quam aliis dominis doctoribus, de his que tempore sue absencie acta fuerant in Facultate; sed nichil aliud accepit quam quod misse ordinarie et collegia fuerunt celebrata, quodque eciam fuerunt aliqui admissi ad gradum baccalariatus; nomina autem eorum qui baccalarii hoc tempore facti sunt, accepi a prefato domino Jacobo Aubry, tempusque singulorum promocionis, et summam quam pro bursis solverunt. Que ego scripto redegi, sub titulo de baccalariis promotis, etc.

[4 Novembre.] Die tamen jovis quarta Novembris, post missam ordinariam, domini doctores in collegio concluserunt quod ipsi legerent et resumerent suas lectiones die mercurii X Novembris, et tunc si presens erit ac redierit decanus, tunc procedetur ad electionem decanatus et thesaur[ar]ie; si vero non venerit, expectabitur ipsius adventus usque ad diem jovis XVIII Novembris; quo die, si non venerit, fiet electio officiariorum. Et fuit pro parte Facultatis injunctum domino Jacobo Aubry quod ista decano scriberet. Que et scripsit, ut dictum est.

[9 Novembre.] Die martis IX Novembris, decanus convocavit per cedulam omnes dominos doc-

[1] Louis XI mandait peut-être Ambroise de Cambray, l'un de ses maîtres des requêtes, à l'occasion de l'incident rapporté par dom Lobineau (*Hist. de Bretagne*, t. I, p. 733-734): «Les juges françois, voisins des limites de la Bretagne, entreprenoient toujours le plus qu'ils pouvoient sur la juridiction des ducs; et quand leur procedé pouvoit estre appuié de quelque pretexte, ils ne gardoient aucunes mesures. Jean de la Lande, chevalier, originaire de Bretagne, chargé de plusieurs crimes, s'estoit réfugié en Anjou, d'où il venoit furtivement en Bretagne, et faisoit de nouvelles violences. Le duc aïant obtenu permission du duc d'Anjou de le faire arrester sur ses terres, la Lande fut pris et exécuté en Bretagne. Mais comme on avoit manqué à quelques formalitez, les officiers d'Anjou, ravis d'avoir ce prétexte, saisirent Ingrande et Chantocé sur le duc, au mois de juin de l'an 1479, dix jours après le suplice de la Lande. Cela donna lieu à un procez qui dura long-tems et qui ne fut terminé que par l'autorité de Charles VIII qui mit en 1484 le duc hors de cause et de procez, et obligea le seneschal d'Anjou à se désister de la saisie.»

tores regentes ad diem mercurii sequentem, x ejusdem mensis, specialiter super electione decani et thesaurarii more solito, etc.

Die tamen jovis vii octobris, magister Dionisius Aligret resignavit officium in manibus Facultatis more solito et supplicavit pro continuacione; quod sibi conceditur, et juravit, etc. [7 Octobre.]

Finis eorum que acta fuerunt in Facultate Decretorum Parisius x die decima mensis Novembris anni Domini mil[l]esimi iii^c lxxviii, usque ad diem mercurii x ejusdem mensis anni Domini mil[l]esimi iii^c lxxix. — A. de Cambray.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS[1].

2. LICENCES.

(F° 49 r°). Sequitur annotacio ordinis positi per dominos doctores regentes in Facultate Decretorum Parisius inter septem numero baccalarios, per eosdem doctores examinatos et approbatos licencie gradu dignos, et quo quidem ordine fuerunt vocati dicti baccalarii in aula domini episcopi Parisiensis, die veneris xxvii Marcii anni Domini mil[l]esimi iiii^{c} septuagesimi octavi ante Pascha, pro licencie gradu in jure canonico suscipiendo, cum opcione dominorum, etc.

Petrus Garnier, canonicus Parisiensis.....	Hunc adoptavit dom. Stephanus de Veteri Villa.
Frater Johannes Baradelli.....	Dom. Jacobus Aubry.
Frater Gaspardus de Bellocadro.....	Dom. Johannes de Courcellis.
Johannes Arcatoris.....	Dom. Robertus Tulleu.
Johannes Louchart.....	Ambrosius de Cambray.
Johannes de Sancto Lannomaro.....	Dom. Jacobus Junii.
Nicolaus de Alicampo.....	Dom. Johannes Picart.

(F° 50 r°). Secuntur nomina illorum qui per consultissimam Decretorum Facultatem Parisius fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico, a die martis x Novembris anni Domini mil[l]esimi iiii^{c} lxxviii usque ad diem mercurii x Novembris, anni Domini mil[l]esimi iiii^{c} lxxix.

xv Decembris.... Die martis xv Decembris m iiii^{c} lxxviii, post congregacionem Universi-

[1] Aucune mention.

tatis apud aulam ministri domus S. Mathurini [1], magister Arturus d'Aunay [2], canonicus sacrosancte Cap(p)elle regii Palacii Parisius, qui, die jovis tercia ejusdem mensis, supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus et cujus visitatis cedulis, Decretalis sibi fuerat pro examine per decanum assignata, fuit per Facultatem, examine premisso, admissus ad eumdem gradum baccalariatus, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis quatuor scuta, dispensaturque super invitacione, etc.

XVIII Decembris... Die veneris XVIII Decembris sequenti, Stephanus Testart, in artibus magister, qui, die jovis XV precedenti, supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus, visitatis ipsius cedulis et Decretali per decanum assignata, fuit, examine premisso, admissus ad eumdem gradum baccalariatus in jure canonico, et prestitis per eum solitis juramentis, solvit pro bursis quatuor scuta, dispensaturque cum eo super invitacione solita.

VIII Januarii..... Die veneris VIII Januarii, frater Gaspardus de Bellocadro, religiosus monasterii Sancti Ambrosii de Bituris, ordinis Sancti Augustini, postea quam docuit de littera gradus baccalariatus in Universitate Bituricensi suscepti per eum, fuit admissus ad lecturam more aliorum baccalariorum; differtur solucio bursarum ex causa quoniam intendebat intrare licenciam proximo futuram; quam et intravit, et ibi de utriusque gradus debitis satisfecit.

XVIII Januarii.... Die lune XVIII Januarii, magister Michael Laureti, clericus, Agathensis diocesis, qui, die jovis XIII precedenti, supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, fuit admissus ad eumdem gradum, examine precedenti. Dispensatur super invitacione, et prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis tria scuta auri.

IV Februarii..... Die jovis IV Februarii, Johannes Gonzelli, clericus, Claromontensis diocesis, qui, die martis Purificationis Beate Marie, post missam, supplicaverat admitti ad examen baccalariatus in jure canonico, cujus visitatis cedulis et Decretali per decanum sibi pro examine

[1] La maison de l'Ordre des Mathurins, dont Robert Gaguin était le ministre général, était située rue Saint-Jacques et avait donné son nom à la rue voisine des Mathurins.

[2] Les registres du Châtelet nous apprennent que, le 31 janvier 1488 [1489], « Arthus d'Aunay, chanoine de la Sainte Chapelle de Paris, [fut] renvoyé ès requestes contre Pierre Thiersault, curateur de Pierre Thiersault, son fils ». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 379. — A la date du 14 janvier 1489 [1490], on lit dans les mêmes registres : « Nobles personnes Gilles de Dompierre et sa femme, fille de feu Mons. Jean d'Aulnoy, dit *le Galois*, chevalier, seigneur d'Orville, d'une part, et noble, discrète et sage personne maistre Artus d'Aulnoy, aussy fils et heritier en partie dudit deffont. Dit est que ledit Arthus viendra faire la solempnité. » *Ibid.*, p. 428. — Le 23 août 1490, il est qualifié de « prothenotaire du Saint Siège, abbé commendataire de l'abbaye de Nostre Dame de Nogent sous Coucy ». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 12. — Le 26 janvier 1490 [1491], il est désigné sous les titres de « chanoine de la Sainte Chapelle et abbé de Nostre Dame de Nogent sous Coucy ». *Ibid.*, p. 30. Cf. *Gallia Christiana*, t. IX, col. 609 : « Arturus Dannoi, dominus d'Orville et de Louvres, Sacræ Capellæ Parisiensis canonicus, sedis apostolicæ protonotarius, competitorem habuit Nicolaum Manart, a monachis electum, quem summovit an. 1489. Præerat adhuc an. 1512. »

assignata, fuit, examine precedenti, admissus ad eumdem gradum baccalariatus, et per eum prestitis solitis juramentis, solvit pro bursis duo scuta cum dimidio.

VIII Februarii.... Die lune VIII Februarii, magistri Guillermus le Forestier[1], clericus conjugatus[2], Rothomagensis diocesis, et Gerardus Turgis, magister in artibus, clericus, de Parisius, qui, die jovis precedenti III Februarii, in collegio supplicaverant admitti ad examen baccalariatus in jure canonico, et quorum visitatis cedulis Decretalique pro examine per decanum eisdem assignata, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus, examine precedenti, et prestitis per eo[s] solitis juramentis, le Forestier, cum quo dispensatur de harenga, solvit quatuor scuta, et Turgis tria scuta auri.

VIII Marcii..... Die lune VIII Marcii, in camera examinis, magister Petrus Grenier, magister in artibus, clericus, Tornacensis diocesis, qui, die jovis III precedenti, supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et ipsius cedulis visitatis assignataque sibi pro examine Decretali per decanum, fuit admissus ad eumdem gradum baccalariatus, examine premisso, et prestitis juramentis solitis, solvit pro bursis duo scuta cum dimidio.

XV Marcii..... Die lune XV Marcii, apud cameram examinis, frater Desiderius Murgat, religiosus monasterii Omnium Sanctorum in insula Cathalaunensi, ordinis Sancti Augustini, et magister Jacobus Lescure, magister in artibus, clericus, de Rothomago, qui, die jovis precedenti XI, supplicaverant admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico et quorum visitatis cedulis, fuerat eisdem per decanum assignata Decretalis pro examine, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus predictum, examine precedenti, et prestitis per eos solitis juramentis, quilibet eorum solvit tria scuta auri.

XVIII Marcii..... Die jovis XVIII Marcii, magistri Jacobus Volandi, baccalarius in jure civili, clericus, Anthisiodorensis, et Jacobus de Montigni[3], clericus, Senonensis diocesis, magister in artibus, qui se, die martis immediate precedenti, apud cameram examinis se presentaverant et supplicaverant admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et quibus, visitatis eorum cedulis voluminum, fuerat Decretalis per decanum pro examine assignata, fuerunt admissi ad eumdem gradum, prestitisque per eos solitis juramentis, solverunt, Volandi duo, et de Montigny tria scuta auri; fuitque Montigni dispensatus super invitacione propter ejus invalitudinem.

[1] A la date du 21 avril 1491, les registres du Châtelet mentionnent «noble homme et sage Guillaume Le Forestier, advocat du Roy à Pontoise». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 49; cf. p. 110 et 118.

[2] Marié, et par conséquent exclu, en principe, de toute collation de bénéfices ecclésiastiques.

[3] C'est peut-être son père (Jean de Montigny) qui, le 11 avril 1467, est qualifié de «*docteur en Decret*, conseiller en Parlement». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 1. — Et c'est sans doute un de ses parents que mentionnent ainsi, le 6 avril 1478, les registres du Châtelet : «Jehan de Montigny, bachelier en loix, a esté receu advocat et a pris son lieu du costé des fenestres». *Ibid.*, p. 135.

xxiii Marcii..... Die martis xxiii Marcii, nobilis vir Jacobus de Castronovo, in jure civili baccalarius, clericus, Cathurcensis diocesis, et Durandus de Pressiaco, presbiter, Ruthenensis diocesis, qui se, die jovis precedenti xviii, supplicaverant admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et quorum visitatis cedulis, fuerat per decanum eisdem pro examine assignata Decretalis, fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in camera examinis, precedenti tamen examine, et prestitis per eos solitis juramentis ac dispensacione (F° 50 v°) super invitacione et harenga concessa eidem de Castronovo, solverunt pro bursis de Castronovo sex scuta, et de Pressiaco quatuor scuta auri.

xxxi Marcii..... Die mercurii ultima Marcii, Johannes de Salicibus, clericus, Rothomagensis diocesis, qui supplicaverat, die veneris xxvi precedenti, admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, cui, visitatis cedulis, fuerat per decanum assignata Decretalis pro suo examine, fuit admissus ad gradum baccalariatus predictum, examine premisso, et prestitis per eum juramentis solitis, solvit duo scuta cum dimidio.

i Aprilis..... Die jovis i Aprilis, Amedeus Piloti, clericus, Eduensis, et Germanus des Bordes, clericus, Anthisiodorensis diocesis, qui, die veneris precedenti xxvi Marcii, supplicaverant admitti ad examen gradus baccalariatus, et visitatis eorum cedulis voluminum, Decretalis fuerat per decanum ipsis assignata pro examine, fuerunt examinati et admissi ad gradum predictum, prestitisque per eorum singulos solitis juramentis, solverunt pro bursis Piloti tria scuta, et des Bordes duo scuta auri cum medio.

iii Maii..... Die luna iii Maii, anno Domini m cccc lxxix, Robertus de Bethuno, clericus, Cathalaunensis diocesis, qui, die mercurii xxviii Aprilis precedenti, supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et sibi fuerat pro examine Decretalis assignata, visitatis ejusdem cedulis voluminum, fuit admissus ad gradum predictum, examine precedenti; prestitis autem per eum solitis juramentis, solvit pro bursis quatuor scuta auri.

v Maii..... Die mercurii v Maii, Filipus Papelart, magister in artibus, presbiter, Parisiensis diocesis, qui, die mercurii precedenti xxviii Aprilis, supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et similiter Hugo de Taucon, clericus, Remensis diocesis, qui pariter cum dicto Papelart supplicaverat, visitatis ipsorum cedulis voluminum, et per decanum assignata eis pro examine Decretali, ipsi domini doctores, postquam eos dignos probacione facta et examine (*sic*), admiserunt ad eumdem gradum, prestitisque per ipsos solitis juramentis, solverunt Papelart tria scuta auri, Ta[u]con vero unum nobile Anglie de Henrico et xvii undenos pro bursis eorum.

xiii Maii..... Die jovis xiii Maii, Johannes Rabin, clericus, Claromontensis diocesis, qui supplicaverat pro examine ad gradum baccalariatus in jure canonico die mercurii v precedenti, et visitatis ipsius cedulis voluminum, Decretalique per decanum pro examine assignata, fuerunt

examinati et admissi (*sic*) ad eumdem gradum; prestitit solita juramenta, et solvit pro bursis duo scuta auri.

XXVII Maii..... Die jovis XXVII Maii, magister Johannes Rauleti, presbiter, in artibus magister, Cathalaunensis diocesis, qui, die veneris XXI precedenti, supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et visitatis ipsius cedulis, fuerat per decanum sibi Decretalis pro examine assignata, fuit admissus ad eumdem gradum, examine premisso, et prestitis per eum solitis juramentis, solvit pro bursis duo scuta cum medio. Eadem hora, supervenit Robertus Andry[1], clericus, de Parisius, cui per decanum, presentibus dominis Jacobo Aubry et Jacobo Junii, fuerat eadem Decretalis assignata que fuerat Rauleti, die mercurii precedenti, et propter superveniens tempestivum et repentinum recessum, visitatis cedulis voluminum, fuit pariter examinatus et admissus ad eundem gradum, prestititque juramenta solita et solvit pro bursis quatuor scuta, fuitque dispensatus ob causas predictas non facere propositum vel harengam, sed alterum eorum tenebitur facere ante suum recessum vel post ipsius regressum, alias non lucrabitur tempus pro licentia obtinenda.

IX Junii..... Die mercurii IX Junii, nobilis vir magister Ludovicus de Villaribus, frater domini de Lisle Adam[2], magister in artibus, clericus, Bel-

[1] Il était, comme on va le voir, d'une famille de robe. Le 18 novembre 1478, «honorable homme et sage maistre Robert Andry, licencié ès loys, a esté receu advocat [au Chastelet] et a pris son siége du costé des fenestres». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 161. — Le 24 janvier 1485 [1486], «m. Guillaume le Lièvre, marchant fripier, condamné envers honorable homme et sage maistre Robert Andry, conseiller au Chastelet, ayant droit des heritiers de feu Guillaume Fragier, son oncle, sur la somme de XXIIII l. XVI s. par. restans de XLIII l. XVI s. que ledit le Lièvre devoit audit Fragier pour prest pour racheter III l. par. de rente assises sur la maison dudit le Lièvre rue de la Mortellerie». *Ibid.*, p. 348. — Le 17 avril 1445, Robert Andry, chevalier de Randesse et de Fleury-en-Bierre en Gâtinais, avait vendu 23 écus d'or de rente à Philippe de Chanteprime. *Ibid.*, t. 765, p. 24. Nous ne saurions dire s'il était parent des Andry de Paris.

Les mêmes registres mentionnent Jehan Andry, procureur en Parlement, qui, le 30 mars 1426, émancipe son fils Jean, âgé de 20 ans (*ibid.*, vol. 763, p. 107); — Pierre Andry, notaire au Châtelet, Adam Andry, Simon Thioust et sa femme, «lesdits Pierre, Adam et fame frères et seur, enfans de feu Jehan Andry, boucher, demeurant à Monstreuil sur le Bois» (7 mai 1464; *ibid.*, p. 414); — Pierre Andry, peut-être le même que le précédent, qualifié, dès le 10 août 1480 et encore le 2 décembre 1500, de «greffier des esleus» de Paris (*ibid.*, vol. 764, p. 213; vol. 765, p. 408); — Thibault Andry, qui, le 5 juillet 1482, est institué notaire au Châtelet, au lieu d'Étienne de Rousseuille, en vertu de lettres données à Beaugency le 1er juillet (*ibid.*, vol. 764, p. 268); — et, enfin, Jean Andry, notaire au Châtelet, seigneur de Vaulx-la-Reine et Comps-la-Ville, qui plaide, le 9 mars 1492 [1493], contre Pierre de Bretignolles (*ibid.*, vol. 765, p. 167). C'est peut-être ce dernier qui, le 13 novembre 1499, est qualifié de clerc des Comptes (*ibid.*, p. 104).

[2] Louis de Villiers était le second fils de Jacques de Villiers, seigneur de l'Isle-Adam, garde de la prévôté de Paris, mort le 25 avril 1472, et de Jeanne de Nesle, morte le 6 décembre 1462. Doyen de l'église d'Orléans, il succéda comme évêque et comte de Beauvais à Jean de Bar, décédé le 15 mars 1487; mais, par suite d'un long procès, il ne put prendre possession de sa dignité que le 24 juillet 1497 et prêta serment au Parlement le 4 septembre suivant. Le 20 mars 1476 [1477], «M. Loys de Villiers et Simon de Villiers, bastard du feu seigneur de l'Isle Adam, [ont procez] contre Pierre de Granville. Dit est que ledit Simon de Villiers sera interrogé.» *Coll. Clairambault*, vol. 764,

vacensis diocesis, qui supplicaverat pro examine ad gradum baccalariatus, die jovis in precedenti, et cujus visitatis cedulis, sibi que pro examine Decretali[s] per decanum [fuerat] assignata, fuit admissus ad eundem gradum, examine premisso; prestitit juramenta solita et pro bursis solvit quatuor scuta auri, dispensaturque super harenga et invitacione.

XXIII Junii..... Die mercurii XXIII Junii, Ludovicus Placier, presbiter, Cenomanensis diocesis, et frater Emanus le Barrier, monachus ordinis Sancti Benedicti, Carnotensis diocesis, qui die jovis XVII precedenti, supplicaverant admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et ipsorum visitatis cedulis, Decretalique per decanum pro examine eorum assignata, fuerunt examinati et admissi ad eundem gradum; prestitisque per eos solitis juramentis, solverunt pro bursis quilibet eorum tria scuta auri.

XXI Julii..... Die mercurii XXI Julii, frater Johannes Seneschal [1], religiosus ordinis Sancti Benedicti, Rothomagensis diocesis, qui in missa precedenti supplicaverat pro examine ad gradum baccalariatus, fueratque sibi per substitutum decani Decretalis pro examine assignata, fuit examinatus et admissus ad eundem gradum baccalariatus in jure canonico, prestitisque per eum solitis juramentis, solvit pro bursis tria scuta auri.

XXIX Julii..... Die jovis XXIX Julii, frater Petrus de Pennart, religiosus ordinis Sancti Benedicti, diocesis Cenomanensis, qui in collegio precedenti supplicaverat pro examine ad gradum baccalariatus, suas exhibendo cedulas voluminum, que posteaquam fuerunt examinate et sibi fuit Decretalis pro suo examine assignata, fuit admissus, examine precedenti, ad eundem gradum, et prestitit solita juramenta, solvitque pro bursis tria scuta et XVI undenos.

XXIII Septembris.. Die jovis XXIII Septembris, magister Petrus Basougers, presbiter, Cenomanensis diocesis, qui, precedenti collegio, supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et cui visitatis cedulis fuit assignata pro examine Decretalis, (F. 51 r°) fuit examinatus et admissus ad gradum predictum baccalariatus, prestitisque per eum solitis juramentis, solvit pro bursis tria scuta auri.

I Octobris..... Die jovis prima Octobris, frater Johannes de Templo, religiosus monasterii Sancti Lannomari de Blesis, ordinis Sancti Benedicti, Carnotensis diocesis, qui in collegio novissimo supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, exhibendo

p. 88. — Le 22 mars 1491, «noble homme Anthoine de Villiers, seigneur de l'Isle Adam, a émancipé Charles de Villiers, son fils, escolier à Paris, aagé de 9 ans. Curateur, Loys de Villiers, esleu de Beauvais». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 128. — Il mourut le 24 août 1521 et fut enterré dans sa cathédrale. On trouvera son épitaphe dans le *Gallia Christ.*, t. IX, col. 762. Cf. le P. Anselme, *Hist. gén.*, t. II, p. 283-284, et t. VII, p. 11, et Delettre, *Hist. du Diocese de Beauvais*, t. III, p. 109 et suiv. — Son frère aîné était Antoine de Villiers, qui succéda à son père Jacques dans la seigneurie de l'Isle-Adam. Philippe de Villiers, le célèbre grand maître de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem, était le quatrième fils de Jacques et de Jeanne de Nesle.

Un de ses homonymes, Jean le Seneschal fut institué notaire au Châtelet le 31 mai 1494 *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 236.

suas cedulas voluminum, cui fuit assignata Decretalis pro futuro suo examine, fuit examinatus et admissus ad eundem gradum, et per eum prestitis solitis juramentis, pro bursis solvit quatuor scuta auri.

xx Octobris..... Die mercurii xx octobris, dominus Johannes Vicini, presbiter, Lemovicensis diocesis, qui, in collegio precedenti immediate, supplicaverat pro examine ad gradum baccalariatus in jure canonico, et visitatis ipsius cedulis sibique Decretali assignata pro suo examine, fuit examinatus et admissus ad eundem gradum; prestitit juramenta solita, solvitque pro bursis quatuor scuta auri.

iv Novembris .... Die jovis iv Novembris, Joachim de Ladehors et Guillelmus de Ladehors [1], fratres, clerici, de Parisius, qui in collegio precedenti novissime celebrato supplicaverant admitti ad examen baccalariatus in jure canonico, prius visitatis eorum cedulis, assignataque Decretali pro ipsorum examine, fuerunt examinati et admissi ad gradum predictum, et prestitis per ipsorum utrumque solitis juramentis, quilibet eorum solvit pro bursis duo scuta auri.

Eodem die, fuit admissus similiter ad eundem gradum frater Johannes Stefani, religiosus ordinis Sancti Benedicti, Metensis diocesis, qui prius supplicaverat pro examine, et fuerant ipsius cedule examinate ac sibi Decretalis pro examine assignata; qui juramenta solita prestitit et pro bursis solvit quatuor scuta auri.

vi Novembris .... Die sabbati vi Novembris, Gervasius Danes [2], clericus, de Parisius,

[1] C'étaient les fils du lieutenant criminel du Châtelet Pierre de Ladehors, qui, le 6 mars 1463 [1464], avait failli perdre son office, comme en témoigne cette mention des registres : «Honorable homme et sage maistre Pierre de Ladehors, lieutenant criminel, après la présentation faite par maistre Henry Mariette de ses lettres de don de l'office de lieutenant criminel du Chastelet et avant la lecture faite, s'est opposé et a dit ne devoir estre desappointé sans estre ouy, nonobstant quoy ledit Mariette a esté institué audit office». *Coll. Clairambault*, vol. 763, p. 409. — Le 23 décembre 1479, Pierre, «conseiller du Roy et lieutenant criminel du Chastelet, a pouvoir de faire les ameliorations d'une maison et haritage assis à Saint-Mor qu'il a nouvellement acquis». *Ibid.*, vol. 764, p. 197.

Le 20 juillet 1478, «honorable homme et sage maistre Pierre de Ladehors, conseiller du roi et lieutenant criminel de la prevosté de Paris, a emancipé *Joachim*, aagé de 21 ans, *Guillaume*, aagé de 17, Jehan, aagé de 15, Jehanne, aagée de 12, Agnès, aagée de 11, et Collette, aagée de 7, ses enfans. Curateur, le père». *Ibid.*, vol. 764, p. 146. — Le 30 avril 1481, Guillaume de Ladehors, *bachelier en Decret*, fut reçu avocat au Châtelet. *Ibid.*, vol. 764, p. 229.

Il ne faut pas confondre le lieutenant criminel avec un autre Pierre de Ladehors, avocat au Châtelet, auquel les habitants de Maffliers sont condamnés, le 29 juillet 1499, à payer la somme de 44 sols parisis «pour certaines escriptures» (*ibid.*, vol. 765, p. 283), et qui, le 28 septembre de la même année, «renonce à la propriété de trois quartiers de vigne assise à Saint-Mor qu'il avait acquise de Pierre de Villepart». *Ibid.*, p. 297.

[2] Il était fils d'un marchand pelletier de Paris, Étienne Danès ou Danez, qui, le 8 novembre 1480, «poursuit les criées de quatre maisons qui furent à feu Jehan le Jay et sa fame, marchant espicier ès Halles, contre Jehan Varlet et sa femme, paravant femme dudit Jehan le Jay». *Ibid.*, vol. 764, p. 218. — Le 18 février 1467 [1468], «Estienne Danez, marchant pelletier, emancipe Gervasot, son fils, escolier à Paris, aagé de 12 ans: curateur, le père». *Ibid.*, p. 24. — Le 5 mars 1480 [1481], «maistre Gervais Danez, *bachelier en Decret*, [fut] receu advocat «au Chastelet». *Ibid.*, p. 224. — Le 23 juin 1481, Gervais, «escolier à Paris,

qui in collegio proximo precedenti supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, cujus visitatis cedulis voluminum et sibi Decretali pro examine assignata(*sic*), fuit examinatus et admissus ad gradum baccalariatus predictum, prestitisque per eum solitis juramentis, solvit pro bursis tria scuta auri.

A DIE MARTIS DECIMA NOVEMBRIS ANNI DOMINI MIL[L]ESIMI IIII^C SEPTUAGESIMI OCTAVI ESQUE AD DIEM MERCURII DECIMAM MENSIS SIMILIS ANNI SEQUENTIS SEPTUAGESIMI NONI, ADMISSI FUERUNT AD GRADUM BACCALARIATUS IN JURE CANONICO PARISIUS TRIGINTA QUINQUE NUMERO, ET NON PLURES, OB MALICIAM TEMPORIS. — XXXV. — A. DE CAMBRAY. |

[comparoist au Chastellet] comme ayant droit par transport d'Estienne son père, et son père de Raoulin Lyon, contre Colesson d'Arvillier, pelletier à Rheims». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 234. — Le 22 octobre 1481, il est qualifié de procureur au Châtelet. *Ibid.*, p. 246. — A la même famille appartenaient sans doute Jean Danez, procureur au Châtelet, dont le nom figure souvent dans les registres, du 20 octobre 1473 au 25 septembre 1488 (*ibid.*, p. 39, 211, 569, etc.); et Pierre Danez, avocat au Châtelet, licencié ès lois, mentionné avec ces deux qualifications dans les registres des trois années consécutives 1499, 1500 et 1501 (*ibid.*, vol. 765, p. 278, 408, 413 et 430).

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 51 v°). Sequitur copia cedularum quas, juxta statuta Facultatis Decretorum Parisius, bachalarii in jure canonico, qui volunt tempus acquirere pro obtinenda licencia in eodem jure, tenentur singulis annis expedire a decano Facultatis, et eas proclamari facere per bidellum majorem dicte Facultatis ; que quidem fuerunt proclamate suis temporibus, sed non alique suo loco regestrate, propter negligenciam bidelli prefati, qui eas minime decano tradidit debito tempore. Major pars vero fuit a die decima Novembris anni Domini mil[l]esimi IIII^c^ LXXVIII usque ad diem X Novembris LXXIX.

Johannes Arcatoris[1], presbiter, Trecorensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, pro tercio anno et tercio volumine lecture sue. Datum Parisius, anno Domini mil[l]esimo IIII^c^ septuagesimo sexto, die octava mensis Novembris.

Johannes Archatoris, presbiter, Trecorensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet quintum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro quarto volumine et quarto anno sue lecture. Datum loco quo supra, die vero decima mensis Novembris, anno Domini mil[l]esimo IIII^c^ LXXVII.

Oliverius Blondel, presbiter, Ebroicensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum anno Domini M IIII^c^ LXXVII, die XII Novembris.

Ludovicus de Mota[2], presbiter, in artibus magister et in Decretis baccalarius, diocesis Am-

[1] Jean Larcher devint procureur au Châtelet, comme en font foi les registres, à la date du 26 octobre 1499 : « Jehan Gendre (qui) a fait proceder par voye d'execution sur les biens de maistre Jehan Larcher, procureur au Chastellet, après que ledit Larcher a dit estre clerc et non marié et requerant son renvoy par devant son ordinaire, dit [est] que ladite execution se parfera et pourra ledit Gendre poursuivre ledit Larcher en cour d'Eglise. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 301. — Il mourut peu de temps après, s'il s'agit bien de lui dans les registres du Châtelet, à la date du 15 décembre 1500, « Honorable homme et sage m. Robert Royer, licencié ès lois, advocat au Chastellet, se constitue achepteur de biens pour la somme de VI^c^ l. en quoy Louis le Sec estoit tenu envers la veufve feu Jehan Larcher. » *Ibid.*, p. 411.

[2] Le 13 août 1493, « M. Loys de La Mote, *licencié en Decret*, [est] demandeur en cas de saisine pour la jouissance du doyenné de l'eglise cathedralle de Nostre Dame de Therouanne, contre Jehan Gousset, opposant. » *Ibid.*, p. 193. — Il paraît bien, d'après la courte notice consacrée par le *Gallia Christiana* (t. X, col. 1581) à Jean « Gosset », également licencié en Décret, que Louis de La Mote perdit son procès.

bianensis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis secundis superioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini m cccc lxxviii, die quarta mensis Novembris.

Johannes Archatoris, presbiter, in artibus magister et in jure canonico baccalarius, Trecorensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet quintum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro quinto anno et quinto volumine sue lecture. Datum anno, loco, mense et die quibus supra.

Theobaldus le Bastier, in artibus magister et in Decretis baccalarius, clericus, Belvacensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium, in scholis secundis inferioribus Facultatis, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus supra, die vero xx.

Johannes de Sancto Lannomaro, presbiter, Carnotensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus supra immediate.

Gobertus Lescot, clericus, Remensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacob incipiet secundum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense quibus supra immediate, die vero xxvii.

Arturus d'Aulnay, nobilis, in artibus magister et in jure canonico baccalarius, clericus, Parisiensis diocesis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis magnis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno quibus immediate supra, die vero xx mensis Decembris.

Evenus Liemener, in artibus magister et in jure canonico baccalarius, presbiter, Corisopitensis diocesis, rector parrochialis ecclesie de Xantiniaco [1], Parisiensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero xxii.

Alanus de Kernivinen, presbiter, Corisopitensis diocesis, in artibus magister et baccalarius in Decretis, decanus ecclesie collegiate Sancti Florentini de Ambasia, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Georgius de La Ville, diocesis Xanctonensis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, rector ecclesie parrochialis de Taillebourg, ejusdem diocesis, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium, in scholis secundis inferioribus Facultatis, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Michael Laureti, in utroque jure baccalarius, clericus, Agathensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scholis magnis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco et anno quibus immediate supra, die vero xviii mensis Januarii.

Guillermus Forestier, licenciatus in jure civili et in Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis magnis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini mil[l]esimo iiii^c lxxviii, die ix mensis Februarii.

[1] Santeny (Seine-et-Oise), arr. de Corbeil, canton de Boissy-Saint-Léger.

(F° 52 r°). Johannes Goncelli, clericus, Claromontensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Petrus Garnier, clericus, Tornacensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco et anno quibus supra, die vero IX Marcii.

Frater Dionisius Murgat, ordinis Sancti Augustini, Cathalaunensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis magnis superioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus supra, die vero XVI.

Jacobus Lescure, in artibus magister et in jure canonico baccalarius, clericus, Rothomagensis diocesis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Petrus Petri, presbiter, diocesis Corisopitensis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Thome, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XVIII.

Jacobus de Montigny, in artibus magister et in jure canonico baccalarius, Senonensis diocesis, clericus, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus supra immediate, die vero XIX.

Frater Jacobus Volandi[1], clericus, Anthisiodorensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Emericus Piloti, clericus, Eduensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco et anno quibus immediate supra, tercia vero die mensis Aprilis ante Pascha.

Johannes de Salicibus, clericus, Rothomagensis diocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis anterioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Germanus des Bordes, clericus, Anthisiodorensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Jacobus de Castronovo, nobilis, presbiter, Cathurcensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero quinta.

Odetus Macheco, presbiter, Lingonensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabau-

[1] Comme on l'a vu plus haut (p. 384, n. 2), Jacques Volant fut curé de Courgis (Yonne).

die, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M CCC LXXVIII, die XVI mensis Novembris.

Stefanus Testart, in artibus magister et in Decretis baccalarius, Laudunensis diocesis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis magnis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco [et] anno quibus supra immediate, die vero XX Decembris.

Anthonius Florencii, clericus, Eduensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro tercio anno et tercio volumine lecture sue. Datum Parisius, anno Domini M CCC LXXIX, die XVIII Aprilis post Pascha.

Jacobus de Vaubelon, clericus, de Parisius, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet librum Decretalium tercium, in scholis superioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M CCC LXXIX, die XVIII mensis Aprilis post Pascha.

(F° 52 v°). Jacobus de Bethunio, clericus, Cathalaunensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis magnis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco et anno quibus immediate supra, die vero quarta mensis Maii.

Hugo de Taucon, clericus, Remensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero septima.

Filipus Papelart, presbiter, Parisiensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis anterioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Guillermus Berthelemi, clericus, de Parisius, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XI.

Thomas de Bellengues, clericus, Rothomagensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Beatii Eustacii, pro tercio anno et tercio volumine lecture sue. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XII.

Johannes Babini, clericus, Claromontensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense quibus immediate supra, die vero XV.

Robertus And[r]i, clericus, de Parisius, baccalarius in jure canonico, in nonis Beate Marie incipiet primum librum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XXIX.

Johannes Coleti, presbiter, Cathalaunensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Petri Celestini, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Ludovicus de Villiers, nobilis, clericus, Belvacensis diocesis, baccalarius in jure canonico,

in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco [et] anno quibus supra immediate, die vero xii Junii.

Frater Emanus Barrier, religiosus ordinis Sancti Benedicti, Carnotensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus supra, die vero xxvi.

Ludovicus Placier, presbiter, Cenomanensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scholis magnis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Frater Johannes Seneschal, ordinis Sancti Benedicti, Rothomagensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno quibus immediate supra, die vero xxiii Julii.

Frater Petrus de Pennart, ordinis Sancti Benedicti, Cenomanensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco et anno quibus supra, die vero penultima Julii.

Petrus Basogers, in artibus magister et in Decretis baccalarius, Cenomanensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco et anno quibus immediate supra, die vero xxiii Septembris.

Frater Johannes de Templo, ordinis S. Benedicti, Carnotensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis anterioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco et anno quibus immediate supra, die vero prima mensis Octobris.

Petrus Emeri, clericus, de Parisius, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro tercio anno et tercio volumine lecture sue. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero xii.

(F° 53 r°). Jacobus Volandi, clericus, Authisiodorensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Jacobus de Vaubelon, clericus, de Parisius, in jure canonico baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet quartum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro quarto anno et quarto volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Germanus Volandi, clericus, Authisiodorensis diocesis, licenciatus in jure civili et baccalarius in jure canonico, in nonis Beate Marie incipiet quintum librum Decretalium, in scholis secundis superioribus Facultatis, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus supra.

Odetus Macheco, presbiter, Lingonensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet quintum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro quarto anno et quarto volumine lecture sue. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero xiii.

Petrus Charron, presbiter, Pictavensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium, in scholis anterioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus supra immediate, die vero XV.

Jacobus de Montigni, clericus, Senonensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium, in scholis magnis superioribus Facultatis, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XVIII.

Johannes Vicini, presbiter, Lemovicensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis superioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XXI.

Ludovicus de Mota, in artibus magister et in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet quartum librum Decretalium, in scholis magnis superioribus Facultatis, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XXVIII.

Guillermus de Ladehors, clericus, de Parisius, in jure canonico baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis magnis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco et anno quibus immediate supra, die vero quarta mensis Novembris.

Frater Johannes Stephani, clericus, Metensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Joachin de Ladehors, clericus, de Parisius, in jure canonico baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium, in scholis secundis inferioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Gervasius Danes, clericus, de Parisius, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus supra immediate, die vero VIII.

Gerardus Turgis, in artibus magister et in jure canonico baccalarius, clericus, de Parisius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium, in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini M CCC LXXIX, die IX mensis Novembris.

Numerus omnium est xviii. — V. de Cambray.

DÉCANAT D'AMBROISE DE CAMBRAY.

NOVEMBRE 1479 À NOVEMBRE 1480.

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Cambray.

1479. [10 Novembre.] (F° 53 v°). Anno Domini mil[l]esimo quadringentesimo septuagesimo nono, die mercurii decima mensis Novembris, omnibus dominis doctoribus venerande Facultatis Decretorum Parisius regentibus convocatis per cedulam specialiter et expresse apud ecclesiam Sancti Johannis Jherosolimitani, more solito, pro eleccione nova tam decani quam thesaurarii ipsius Facultatis, post peractas primas anni illius lectiones doctorales atque missa ordinaria celebrata ibidem, in loco quo collegialiter solent domini doctores ejusdem Facultatis convenire, comparentibus honorandis dominis Johanne de Courcellis, Jacobo Aubry, Roberto Tulleu, Stefano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray, doctoribus regentibus et ipsam Facultatem representantibus, posteaquam prefatus dominus Jacobus Aubry, thesaurarius, et ego Ambrosius de Cambray, decanus, supplicavimus haberi pro supportatis et excusatis circa nostrorum administracionem officiorum, et in manibus domini de Courcellis, tanquam antiquioris doctoris regentis et propterea decani naturalis, libros, claves, regestra dictorum officiorum deposuimus, ut fieri solitum est, prefati domini doctores, ad electionem dictorum officiorum procedentes, uno spiritu et concorditer continuarunt prefatum dominum Jacobum Aubry in thesaurarium, et me Ambrosium de Cambray in decanum dicte Facultatis, nobisque sic electis et continuatis idem dominus de Courcellis restituit libros, claves et regestra que officia nostra respective concernebant, et in manibus ipsius juramenta solita in statutis Facultatis descripta pro officio cujuslibet prestitimus, in presencia aliorum dominorum doctorum. Dominus Johannes de Courcellis primus deliberavit.

Ipso die, decanus exposuit quod ante tempora hii qui singulis diebus petunt

litteras gradus baccalariatus, licencie aut doctoratus sive eciam nominaciones[1] tanquam in ipsa Facultate graduati, solent adire solummodo bidellum majorem dicte Facultatis; qui bidellus juxta nomina sui regestri solet conficere litteram petitam gradus aut nominacionis, quam in Facultate presentat bidellus, et illico, absque alio examine, sed nuda bidelli attestacione dicta littera expeditur et sigillatur; quod quidem, ut affirmabat idem decanus, posset in maximum Facultatis prejudicium notamque futuris temporibus cedere, eoque bidellus major qui pro tempore erit, pro suo arbitrio et nuda voluntate posset quos vellet suis regestris annotare ut graduatos, et inde conficere predictam litteram petitam, etc.; et licet magister Robertus du Gué, impresenciarum major bidellus, sit omni excepcione major, vir probus, honestus ac fide integer, nichilominus tamen, tam pro honestate et gravitate Facultatis quam pro ipsa veritate, et quod frustra per decanum et thesaurarium ipsius Facultatis regestra conficiuntur, nisi illa essent probacio et testimonium promocionis illorum qui gradum in eadem Facultate suscipiunt. Insuper, si permittetur bidello majori tanta libertas et auctoritas, est illi via aperta sequacibusque in eodem bidellatus officio, ut solus bidellus major baccalarium, licenciatum aut doctorem poterit efficere, quem pars collegii Facultatis non potest; data enim et expedita littera gradus vel nominacionis, talis ubique locorum pro graduato reputabitur. Quibus acceptis et bene digestis per Facultatem, ordinatum fuit quod de cetero littere gradus aut nominacionis primo loco per bidellum majorem juxta notam sui regestri conficiantur; que mitterentur per bidellum decano, ut videat si littera ipsa cum tenore sui regestri concordet in omnibus. Que si concordaverit, tunc in anteriori margine dicte littere subscribat decanus nomen suum sub his verbis : « A. de Cambray, decanus ejusdem Facultatis, manu propria »; similiter et quilibet alius decanus nomen suum tenebitur apponere, etc. Dictum insuper fuit quod non alias nec aliomodo expediatur littera predicta; aliter nullius sit roboris et momenti, et contrafacientes graviter, arbitrio Facultatis, puniantur. Quam quidem ordinacionem decanus in facie Facultatis notificavit bidello majori et precepit quod illam inconcusse observet[2].

Eodem die, magister Robertus du Gué, major, et Claudius Poculot, minor bidelli Facultatis, deposuerunt bac(c)ulos et massas argenteas suorum officiorum in manibus Facultatis, similiter et exercicium dictorum officiorum in arbitrio Facultatis, supplicaruntque haberi pro excusatis in administracione officiorum suorum, et quod dignaretur et vellet Facultas eisdem de novo ex(c)ercicium dictorum officiorum committere in omnibus et per omnia, sicut fecerant duobus annis proxime precedentibus, etc. Quibus ad partem retractis extra locum collegii, post

[1] Des certificats d'admission aux grades de la Faculté.

[2] C'est la suite de la campagne entreprise contre les empiètements graduels des bedeaux des Facultés sur l'autorité du doyen et des régents. Cf. plus haut, p. 312-213, 394.

deliberacionem dominorum revocati, eisdem de Vado[1] et Poculot fuit per Facultatem ex(c)ercicium dictorum officiorum pro anno futuro solum commissum, et restitute sunt ipsis masse argentee, insignia bidellatus, quilibetque eorum solita prestitit juramenta, promittentes diligencius sua officia ex(c)ercere.

[18 Novembre.] Die jovis xviii Novembris, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray.

Tunc magister Petrus Emery, baccalarius in jure canonico Parisius, cupiens publice, juxta Facultatis statuta, respondere, exhibuit Facultati conclusiones quas volebat tenere in sua responsione. Dictum fuit quod visitabuntur per dominum Jacobum Junii, et quod ipsas deferat ad eum qui de contentis in ipsis relacionem faciet in Facultate. Qui quidem (F° 54 r°) Emeri, die x ejusdem mensis, supplicaverat in Facultate quod Facultas sibi concederet quod in majoribus scholis responderet publice et quod sibi deputaretur doctor sub quo responderet et qui sibi presideret. Et tunc fuit sibi responsum quod in proxima missa suas conclusiones afferet, que per dominos visitarentur.

[24 Novembre.] Die mercurii xxiii Novembris, missa et collegium in quibus assisterunt (*sic*) domini Jacobus Aubry, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray.

Eodem die, ego Ambrosius de Cambray exhibui Facultati litteras regie majestatis, quibus cum instancia cogebar absque mora aliqua adire presenciam ejus; et propterea supplicavi haberi pro excusato et michi concedi duos menses solitos, rigorosum et graciosum; quam peticionem liberaliter concessit Facultas[2].

Deposuit idem decanus in facie Facultatis librum statutorum et claves, ut Facultas alium ex dominis quem ordinaret loco suo in ejus absencia solum surrogaretur. Quos suscepit ipsa Facultas, et apud dominum Jacobum Aubry[3] illos consignavit pro tempore absencie dicti decani, et non ulterius.

[23 Décembre.] Accepi quod in previgilia Nativitatis Domini, jovis xxiii Decembris, dominus

[1] C'est la première fois qu'Ambroise de Cambray traduit en latin le nom de Robert *du Gué*, le grand bedeau de la Faculté de Décret.

[2] Comme on le verra un peu plus loin, Ambroise de Cambray est envoyé de nouveau vers le duc de Bretagne. Cf. plus haut, p. 410 et n. 1. — Ces missions, sur lesquelles nous ne possédons aucun détail, ont privé les Mémoriaux de la Faculté de plus d'un renseignement piquant. A ce point de vue, il est à regretter que le doyen de la Faculté de Décret ait été en même temps pourvu de l'office de maître des requêtes et ait si pleinement joui de la confiance de Louis XI. Il en sera à peu près de même, quelques années plus tard, pour son successeur, Robert Gaguin.

[3] Jacques Aubry était un des plus anciens docteurs de la Faculté, et c'est à cette considération qu'il dut de suppléer, assez mal d'ailleurs, le doyen pendant ses absences diplomatiques. Il mourut le 21 mai 1480, après 26 ans de régence ininterrompue à la Faculté de Décret. Cf. plus bas, p. 443.

Andreas Wasselin legit Decretalem solemnem, non quidem suo ordine, sed loco domini Nicolai de Gruey, tunc absentis, in scholis majoribus Facultatis, more solito.

Que interim absente decano acta sunt, hic non scribuntur, eo quod prefatus dominus Jacobus Aubry nullum fecit regestrum, nisi solum de scholaribus qui consifuerunt interim admissi ad gradum baccalariatus.

Rediit idem decanus de legacione sua apud ducem Britan[n]ie, quem regio mandato adierat bina vice, et Parisius applicuit die martis XXI Marcii. Cui decano dominus Jacobus Aubry in crastinum restituit claves et librum officii decanatus. 15 o 21 Mars.

Die XXIII marcii, vigilia Annunciacionis Dominice, legit solemnem Decretalem, in scholis majoribus Facultatis, hora solita, dominus Johannes du Pleis, etc. 23 Mars.

Nota quod hic pretermittitur ordo in legendo ipsas solemnes Decretales quia, hoc die XXIII Marcii debuit suo ordine legere dominus Andreas Wasselin, vel dominus Nicolaus de Gruey loco ejus, et fit prejudicium ceteris dominis de una lectura.

Precedentibus mensibus, fuit facta publicacio in scholis de examine aperiendo pro licencia suscipienda. Deinde aliqui baccalarii in jure canonico se presentarunt, et illi quorum visitatis cedulis compertum est quod tempus sufficiens haberent juxta Facultatis statuta recepti sunt in examen. Deinde apertum fuit examen; baccalariis fuit materia pro futuro examine assignata, porcionesque tam textus quam glosarum singulis licenciandis fuerunt per dominum Jacobum Aubry, decani substitutum, ordinate pro suis lectionibus componendis. Ipsi licenciandi suas lecturas utrasque recitarunt; domini doctores contra ipsos arguerunt, quolibetta (*sic*) proposuerunt et cetera alia perfecerunt pro modo solito.

Hoc unum solum accepit idem decanus in sua absencia factum fuisse, videlicet quod domini doctores miserant Aureleanis Claudium Poculot, bidellum suum, cum procuratorio et arresto curie Parlamenti obtento per ipsam Facultatem die martis XXI Maii anni Domini millesimi IIII^c LXXVI, de quo supra scribitur illo tempore [1], ad inhibendum dominis scholastico et doctoribus Studii Aurelianensis, et similiter quibusdam baccalariis in jure canonico Parisius qui Aureleanis illis diebus transierant pro licencie gradu in jure canonico obtinendo Aureleanis, ne ad hunc actum procederent contra tenorem dicti arresti. Que omnia rite ac debito modo fuerunt execucioni demandata contra scholasticum, rectorem et doctores dicti studii Aureleanensis; sed contra baccalarios non potuit fieri, eo quod latitarent. Parnerunt tamen tunc dicti scholasticus, rector et doctores, adeo ut coegerint baccalarios predictos, factos in Universitate Parisiensi, dimittere cappam et exire

[1] Cf. plus haut, p. 291.

examen quod subintraverant. Nomina eorum sunt hec : Bertrandus d'Aubusson, clericus, Lemovicensis diocesis; Jacobus Pisou, presbiter, Pictavensis diocesis; Franciscus de Curnillione, clericus, Gebenensis diocesis. Et processerunt doctores Aurelianenses ad actum licencie aliorum, istis obmissis; rediitque Poculot cum munimentis predictis, in forma autentiqua (*sic*).

[29 Mars.] Die mercurii XXIX Marcii, dominis doctoribus Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray comparentibus apud cameram examinis pro facto licenciandorum, [venit] quidam magister Salviotus Pionet, se dicens procuratorem Bertrandi d'Aubusson, Jacobi Pison et Francisci de Curnillione, prout de procuratorio fidem fecit specialiter ad illum actum; qui quidem Salviotus, nomine quo supra, instantissime peciit ab eadem Facultate quod eisdem d'Aubusson, Pison et de Curnillione, baccalariis Parisius in jure canonico, daret litteras suas gradus suscepti baccalariatus, similiter et cedulas suorum voluminum, offerens pecunias pro illis debitas. Quibus quidem litteris gradus ac cedulis indigebant prefati d'Aubusson, Pison et de Curnillione, quoniam intendebant de proximo licencie gradum suscipere in Universitate Aurelcanensi. Quo ad partem retracto, visitato suo procuratorio et deinde revocato, Facultas per organum decani eidem Salvioto respondit quod libenter darentur ei illa omnia que petebat, licet de rigore non teneretur hoc Facultas facere, obstantibus certis statutis Facultatis: et quoniam tria fiunt regestra, tam super promocione singulorum ad baccalariatum quam eciam super cedulis voluminum, quorum regestrorum alterum est apud decanum, aliud est penes thesaurarium, tercium vero tenet major bidellus Facultatis, consuetum est et eciam racioni ac equitati convenit ut ex tribus dictis regestris conficiantur dicte littere gradus et cedule voluminum, ut testimonium rei acte et veritatis integraliter reddatur. Quapropter dixit decanus predicto Salvioto quod, quantocius com[m]ode fieri poterit, simul convenient decanus, thesaurarius et major bidellus cum suis regestris, et juxta illorum tenorem conficientur (F° 54 v°) dicte littere gradus et cedul(l)e voluminum petite, que eidem Salvioto dabuntur et consignabuntur, et pro eis complendis et perficiendis fuit eidem Salvioto assignata dies jovis post sanctum Pascha. Prefatus vero Salviotus respondit quod hec materia non esset tam gravis quin posset aliquibus servitoribus aut bidellis committi ad visitandum predicta regestra et ab illis extrahendum litteras et cedul(l)as predictas; quod ut Facultas faceret summe instetit (*sic*). Fuit in contrarium dictum quod decanus, thesaurarius et bidellus major, ex juramento racione suorum officiorum, habent nunquam extra manus suas ponere regestra que suum officium respective concernunt, non eciam unum ipsorum trium alteri, nisi ipsis tribus presentibus, vel in facie tocius Facultatis. Tunc peciit idem Salviotus breviorem terminum sibi assignari, diem videlicet jovis aut ve-

neris. Cujus quidem peticioni decanus respondit quod hoc commode fieri non valeret pluri respectu : in primis, cum tunc agerentur festa Passionis Dominice, et dies tunc esset mercurii sive feria quarta ante sanctum Pascha, quo die fit solemnis et publica predicacio in ecclesia Parisiensi daturque generalis absolucio, ubi omnes persone utriusque sexus devote et catholice conveniunt, ipsoque die diebusque sequentibus usque ad predictam diem jovis proximam post Pascha, omnis fidelis christianus debet divino cultui et ecclesiasticis preceptis intendere animeque sue saluti consulere, ceteris quibuscumque postpositis curis mundanis; et insuper eidem Salvioto exposuit quod omnes quasi domini doctores ipsius Facultatis obtinebant dignitates et prebendas in ecclesia Parisiensi, habebantque et possidebant ecclesias parrochiales in civitate Parisiensi[1], et inter eos decanus[2] et thesaurarius[3], apud quos erant dua regestra, majores quidem et populosas, et quarum sunt parrochiani quamplures domini graves et honeste persone, presidentes, consiliarii in suprema curia Parlamenti, camera Computorum, camera Generalium et aliis regiis auditoriis, aliique viri nobiles et alterius condicionis in copiosa multitudine, quorum habent his sanctis diebus audire confessiones, interesseque divino servicio per ipsos curatos fiendo, predicacionique verbi divini assistere. Adjecit insuper idem decanus quod omnibus notum esset et pluribus dominis doctoribus ibi presentibus, qui Aurelcanis alias studuerunt, quod juxta statuta et consuetudines dicte Universitatis Aurelianensis nunquam in illo studio celebratur actus licencie nisi in temporibus Paschalibus et Penthecostes, vel eo circa, et quod licencie actus jam pro tempore Paschali, die videlicet sabbati proxime preterita, XXV dicti mensis Marcii, celebratus fuerat Aurelcanis, et propterea nulla videtur tam urgens causa, que adeo arceat dictos d'Aubusson, Pison et Curnillione, qui scholares sunt et discipuli, dictas habere litteras et cedulas, ut debeant suos doctores, personas graves, regios consiliarios, presidentes pro magna parte, sic precipitare quod, rebus cunctis sepositis, cultu divino neglecto, salute plebis obmissa, non possint et debeant in illa usque diem jovis proximam post Pascha expectare; quo die infallenter eidem procuratori atque cicius, si com[m]oditas temporis pacietur, prefate

[1] Robert Goulet donne les noms de trois de ces églises : « Nomina autem beneficiorum et qualitas quarum proviso ad Parisiensem Universitatem immediate et ad nullum alium pertinere dignoscitur, subsequitur (*sic*). Tria beneficia curata parrochialia. Ecclesia parrochialis Sancti Andree de Arcubus. Ecclesia parrochialis Sanctorum Cosme et Domiciani [Damiani]. Ecclesia parrochialis Sancti Germani veteris. — Duodecim capellanie Universitatis. . . » Cf. *Compendium recenter editum de multiplici Parisiensis Universitatis magnificentia, dignitate et excellentia, eius fundatione mirificoque suorum suppositorum ac officiariorum et collegiorum numine*. . . Paris, Toussains Denis, 1517, in-8°, fol. XV^v.

[2] Ambroise de Cambray, après avoir été curé de Saint-Eustache, était devenu curé de Saint-André-des-Arcs. C'est pour cela qu'il habitait à l'hôtel de Cramaud, rue Poupée. Cf. Du Boulay *Hist. Univ.*, *Paris*, t. V, p. 867.

[3] Jacques Aubry était curé de Saint-Germain-le-Vieil.

littere et cedul(l)e consignabuntur. Idem autem procurator dixit se hujusmodi responsum pro refutacione accipere. Cui decanus respondit quod ex suo responso, omnibus recte pensatis, satis et clare conjectari poterat quod ipse procurator ibidem venerat affectans pocius a Facultate negativum quam affirmativum responsum ad ipsius peticionem et supplicacionem; nam nichil penitus sibi negabatur, quin pocius omnia concedebantur. Super quibus omnibus idem procurator peciit instrumentum a magistro Guillermo de Melun, et similiter ipsa Facultas, etc.

1er Avril.] Die sabbati prima Aprilis, vigilia Pasche Resurrectionis Dominice, convocatis dominis per cedul(l)am et juramentum apud domum domini Johannis de Courcellis, hora secunda post meridiem, comparuerunt domini Johannes de Courcellis, Jacobus Aubry, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray. In quorum presencia retulit idem decanus quod ad ipsum bina vice venisset in Pal(l)acio regio [1] magister Salviotus Pionet, procurator dictorum Aubusson, Pison et Curnillione, qui cum instancia peciit litteras gradus et cedul(l)as, de quibus in precedenti proximo articulo. Qui decanus eidem respondit ea que dicta fuerant in Facultate die mercurii proxima, et quod ad ipsum solum hoc non spectaret, neque posset conclusionem Facultatis immutare, sed veniret ad Facultatem et daretur ei gratum responsum. Narravit eciam idem decanus quod magister Guillermus de Melun ad ipsum venerat, dicens se maxime urgeri a dicto Salvioto pro habendo instrumento de his que acta fuissent die mercurii precedenti in camera examinis, et quod intellexerat quod predicti d'Aubusson, Pison et de Curnillione se jactabant illico a doctoribus Aureleanensibus licencie gradum suscipere, quamcito instrumentum dicti de Melun haberent; quapropter ordinaret Facultas super his que sibi viderentur expedire. Matura deliberacione habita super his, conclusum fuit quod decanus Facultatis litteras tres conficiet sub nomine decani et Facultatis, per quas Facultas attestabitur pro unoquoque eorum de omnibus contentis in regestris Facultatis, tam de littera gradus quam cedulis levatis pro ipsius voluminibus; quodque in illis litteris aut[h]enticis inserentur certa statuta Facultatis, et quod dicte littere sigillabuntur sigillo magno Facultatis; quas tres litteras, transacto die jovis assignata prefato Salvioto per Facultatem, portabit Claudius Poculot bidellus Aureleanis, et in presencia notarii et testium presentabit dominis scholastico et doctoribus Studii Aureleanensis, et de actis petet instrumentum, et similiter de novo faciet mandari execucioni arrestum curie Parlamenti contra dictos scholasticum et doctores, d'Aubusson, Pison et [de] Curnillione, si poterit. (F° 55 r°.) Et quoniam idem decanus ante xv dies, dum tran-

[1] Le Palais de justice.

situm haberet per Aurelcanis, audiverat a fide dignis quod domini doctores Aurelcanenses, post arrestum datum per curiam Parlamenti, licenciaverant aliquos baccalarios in jure canonico Parisius absque litteris gradus et cedulis, ipse decanus in suo re(d)ditu fecit quamdam compulsoriam per Parlamentum expediri contra doctores Aurelcanenses, ad extrahendum de ipsorum regestris nomina omnium licenciatorum Aurelcanis post datam ipsius arresti; et propterea fuit conclusum quod idem Poculot compulsoriam portabit ad illum finem.

Auditis aliquibus que facta essent per dictum Salviotum, die lune III Aprilis, quia non poterant domini tam cito et facile convocari, adivit aliquos ex dominis doctoribus decanus; ad alios vero misit Claudium Poculot et magistrum Robertum de Vado, bidellos, ut super illis ordinarent, eorumque sentencia ordinatur quod quantocius Claudius recedat absque litteris Facultatis que continere habebant litteram gradus et cedulas voluminum d'Aubusson, Pison et [de] Cornillione, quoniam nec essent expedite nec expediri poterant ante diem jovis proximam, sed solum portaret arrestum et compulsoriam et juxta earum tenorem laboraret. Qui quidem Claudius juxta ordinata illo eodem die recessit cum duobus equis propter adversariorum minas, quas inferebant, ut dicebatur. [3 Avril.]

Die jovis VI Aprilis, comparentibus dominis Roberto Tulleu, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray apud cameram examinis, solummodo ut daretur responsum littere gradus et cedul(l)e per magistrum Salviotum petite pro d'Aubusson, Pison et Cornillione, quoniam illo die non est missa ordinaria neque collegium usque post dominicam de Quasimodo, vocatoque per bidellum dicto Salvioto et non comparente ac diu expectato, domini doctores visitarunt litteras quas nomine Facultatis fieri mandatum erat decano, et placuerunt omnibus, et fuit ordinatum quod copia reponatur in archivis Facultatis, ut, si casus similis in futurum evenerit, illis vel similibus utatur ipsa Facultas [1]. [6 Avril.]

Die sabbati VII Aprilis, domini vocati per cedulam apud cameram examinis super probandis vel reprobandis licenciandis per dominos Robertum Tulleu, Jacobum Junii, Johannem du Pleis et me Ambrosium de Cambray ibidem comparentes, dictum fuit quod, propter absenciam aliorum dominorum, hec materia, que gravis esset, differretur in diem lune proximam; et tunc simul burse taxabuntur dictorum baccalariorum. [8 Avril.]

Die lune X Aprilis, convocatis dominis per cedulam apud domum domini [10 Avril.]

[1] On remarque ici, une fois de plus, le souci qu'avait Ambroise de Cambray de laisser des traces sérieuses de son administration comme doyen de la Faculté de Décret.

Johannis de Courcellis, et ibidem comparentibus dominis Johanne de Courcellis, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis et me Ambrosio de Cambray, habita deliberacione matura super litteratura et moribus [1] licenciandorum, per Facultatem fuerunt unanimiter judicati et approbati digni licencie gradu, fuitque ordinatum quod in crastinum clauderetur examen more solito; et illo eodem die, dicti baccalarii solverunt bursas debitas Facultati juxta statuta, sed cum omni humanitate, gracia et moderacione amplissima.

[11 Avril.] Die martis xi Aprilis, comparentibus dominis Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray apud aulam examinis, habita oracione, ut solet, per decanum, ipse nomine Facultatis omnes et singulos baccalarios examinatos illo anno pro licencia, tunc ibi presentes sex numero, declaravit dignos licencie gradu, ad quem suscipiendum admittebat; et prestiterunt dicti licenciandi solita juramenta, dixitque ipsis quod compareant in ecclesia Parisiensi cum bidellis Facultatis hora quarta post meridiem, ut ipsi per Facultatem presententur domino cancellario ecclesie Parisiensis pro suscipiendo licencie gradu.

Eodem die, post meridiem hora quarta, comparentibus dominis Stephano de Veteri Villa, Johanne Picart, Johanne du Pleis et me Ambrosio de Cambray apud domum domini et magistri Dionisii le Herpeur, cancellarii ecclesie Parisiensis, sitam in claustro canonicorum Parisiensium, decanus Facultatis, oracione brevi facta, eidem domino cancellario nomine Facultatis presentavit sex baccalarios in quodam rotulo papireo non clauso descriptos, juxta ordinem quo in aula examinis sedere soliti fuerant, et ipsos sex ibidem presentes presentavit tanquam diligenter examinatos, sufficientes, idoneos et approbatos per ipsam Facultatem ad licencie gradum suscipiendum in jure canonico; supplicando, tam nomine Facultatis quam ipsorum baccalariorum, quat(h)enus ipse dominus cancellarius dictis baccalariis auctoritate apostolica sibi commissa quantocius licencie gradum velit impartiri, cum protestacionibus solitis, etc. Qui quidem dominus cancellarius benigne rotulum sic apertum recepit, respondens quod justum erat quod per eum dictis baccalariis licencie gradum impartiretur, qui essent ab ipsa Facultate digni judicati; quod quantocius facere promisit, salvo suo examine super moribus solum. De quibus omnibus peciit instrumentum decanus nomine Facultatis a Gerardo Oudée, notario, presentibus magistris Johanne Helé [2], Johanne Cati, magistris in artibus, Tornacensis diocesis, ac Johanne Falourdeux, clerico, Cameracensis diocesis.

[1] Le doyen insiste sur ce point des mœurs pour ôter au chancelier de Notre-Dame tout prétexte d'intervenir dans l'établissement du rôle des futurs licenciés.

[2] C'est à Jean Hellé que fut conférée, le 9 août suivant, une des trois chapellenies de l'Université au Châtelet, vacante par suite du décès de Jacques Aubry, trésorier de la Faculté de Décret. Voy.

Die jovis XIII Aprilis, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [13 Avril]

Eodem die, dominus Nicolaus de Grucy, qui, propter diutinam absenciam perdiderat suam regenciam, [F° 55 v°] supplicavit reassumi ad regenciam. Supplicacione ipsius facta, decanus eidem dixit quod domini super illa deliberarent postquam se ad partem retraxisset. Quod quidem eidem domino de Grucy satis durum visum est quod collegium exiret; et post aliqua verba inter dominos presentes pro hac re habita, dictum extitit eidem domino de Grucy quod hoc non esset novum; et fuit recitatum de pluribus dominis doctoribus qui pro simili supplicacione se retraxerant extra collegium, quodque statutum esset speciale quod, supplicante doctore pro se vel alio, debet collegium exire. Quo statuto per eum viso, ipse exivit. Et fuit deliberatum quod reassumeretur ad regenciam sub ea condicione quod legeret primam Decretalem doctoralem ultra eam quam in suo turno debebat; et recepit ab eo juramenta solita in simili actu decanus Facultatis.

Die jovis XX Aprilis, missa et collegium, quibus presentes fuerunt domini Robertus Tullen, Johannes Picart, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [20 Avril]

Fuit tunc conclusum quod convocarentur per cedulam, more solito, omnes domini doctores regentes ad diem dominicam proximam pro composicione rotuli licenciandorum illo anno; et quia dominus Johannes de Courcellis, antiquior

dans Du Boulay (t. V, p. 737-738) les documents relatifs à cette collation. — Sur les chapellenies de l'Université, on lit dans Robert Goulet (ouvr. cité, fol. X et XI v°) : « *Duodecim capellanie Universitatis.* Preter ista beneficia curata sunt duodecim capellanie quarum omnimoda dispositio pertinet ad ipsam Universitatem. — *Quinque capellanie Universitatis.* Quinque capellanie vulgo nuncupate de Savoysi perpetuo fundate quelibet viginti librarum parisiensium amortizatarum et per arrestum Parlamenti singulis annis percipiendarum super terras, dominia et omnia hereditaria que fuerunt domini Karoli de Savoysi, militis, pro causis in chartis ipsius Universitatis et etiam in libris rectoris et procuratoris contentis. — *Tres capellanie Universitatis.* Item sunt alie tres capellanie fundate perpetuo super receptam ordinariam Parisiensem, et ideo vocantur capellanie de Castelleto Parisiensi. Et quelibet valet XX libras parisienses. Et hec fundatio fuit facta per ipsam Universitatem, que emit a quodam domino vocato Guihelmo de Ulmo, scutifero, terras et redditus situatos in loco nominato Levaux super Orgiam prope Longum Jumellum. Et qua alle terre tenebantur a rege in feudum causa sui castri de Monte Letherico ideo rex Philippus Pulcer retinuit illas terras et assignavit Universitati sexaginta libras Parisienses annui redditus amortizatas supra ipsam receptam ordinariam Parisiensem perpetuo percipiendas pro illis tribus capellanis. — *Duo capellanie Universitatis.* Item due alie capellanie fundate super ipsum thesaurum regis pro recompensatione emende domini Petri Jumelli; et quelibet valet XVI libras parisienses. — *Una cappellania Universitatis.* Item alia est capellania valoris XX librarum parisiensium fundata super thesaurum regis, de redditibus acquisitis per ipsam Universitatem. — *Una capellania Universitatis.* Alia insuper est capellania fundata per quendam doctorem in Decretis in altari capelle Nostre Domine in ecclesia parrochiali Sancti Andree de Arcubus, et fundatio ipsius capellanie primo est in una domo sita prope Nicholaum du Chardronnet, et residuum fundationis est super terras et quedam domnia sita prope Monstreul fault Yonne Musterolium in Falco Yonen-

doctor, in crure paciebatur, adeo ut apud locum solitum in camera examinis convenire non potuisset, placuit ut in domo ejus convocacio fieret.

[20 Avril.] Die isto XX Aprilis, supplicarunt licenciandi quod Facultas eisdem assignaret locum pro signetis recipiendis, et tandem fuit ordinatum quod fierent signeta apud monasterium Sancti Mathurini Parisius [1].

[23 Avril.] Die dominica XXIII Aprilis, convocatis omnibus dominis doctoribus regentibus per cedulam apud domum domini Johannis de Courcellis, sitam in claustro canonicorum Parisiensis ecclesie, specialiter et expresse super composicione rotuli licenciandorum illius anni, et ibidem comparentibus hora VII de mane dominis Johanne de Courcellis, Roberto Tulleu, Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin et me Ambrosio de Cambray, absentibus domino Jacobo Aubry, infirmo, et domino Stephano de Veteri Villa, extra civitatem agente; ibidem eciam comparente domino Nicolao de Grucy, tunc regente.

Et quoniam magna versabatur controversia inter aliquos ex licenciandis, quorum quilibet favores habebat non mediocres tam apud dominos doctores Facultatis quam alios, placuit Facultati quod, antequam procederetur ad composicionem rotuli, omnes et singuli domini doctores specialiter jurarent, tactis sacrosanctis Euvangeliis, nullo unquam tempore cuiquam revelare signo, verbo, nutu, scripto aut alio quocumque ingenio seu arte aut alias, aliquid de eis que ibi fierent et dicerentur, non eciam dominis doctoribus ipsius Facultatis tunc absentibus, regentibus vel non regentibus, quod factum extitit et juratum per

[1] Les *signeta* sont ainsi définis par Robert Goulet (ouvr. cité, fol. XV) : « Preterea magna cum pompa fit modus signetorum in qualibet Facultate, quoniam licenciandi eligunt inter se aliqua certa loca utpote collegia honorabiliora pro dictis signetis et in quolibet quinque, sex aut septem vel octo prout exigit numerus, idque expensis communibus preparantur loca cum tapetis et vasis aureis et argenteis optimoque vino et speciebus sumendis per dominos doctores et alios assistentes vel ingredientes et per omnes post ipsum actum debite completum, rectore semper ipsius Universitatis assistente. » Signeta autem dicuntur ille actus solennis qui fit pridie licentiarum, ubi comparent illi de illo signeto recti secundum ordinem scole, et ibidem dominus rector cum bidellis, episcopi, presidentes, consiliarii, nobiles et infiniti alii in scannis ornatis sedentes. Et hora assignata venit paranimphus seu legatus domini cancellarii cum ornamento ad hoc deputato et capa rubea ac pileo de veluto per quem licentiandi invitantur per dictum paranymphum ex parte predicti cancellarii ad diem crastinam in aula domini Pariensis episcopi gradum licentiarum accepturi. — Paranymphus semper ibidem habet orationem prolixam, que arengna vocatur apud Gallos, de laudibus ipsius scientie in qua fiunt licentiandi; in Facultate precipua sacre theologie tot habet orationes quot sunt licentiandi sive (*sic*) prima oratione prolixa et eleganti. Sed aliis duabus Facultatibus, juris scilicet canonici et medicine, non est ita laboriosum, quia pro quolibet signo solam habet orationem cum invitatione per cedulas, cui unus licentiandorum pro omnibus respondet; in theologia aliquando, si sint XX aut triginta, totidem habet paranymphus orationes diversas et particulares, et officium illud est excellentissimum et difficillimum. » Cf. Ch. Thurot, *De l'organisation de l'enseignement dans l'Université de Paris au moyen âge* (Paris, 1850, in-8°), p. 153.

omnes dominos ibidem presentes, neque cuicumque dicere cujus opinionis aliquis dominorum doctorum fuerit. Quo facto, domini procedentes ad composicionem dicti rotuli sive ordinis ponendi inter ipsos licenciandos, hoc ordine compositus extitit rotulus, frater Robertus Gaguini, Petrus Emeri, Germanus Volandi, Nicolaus Chappelle, Thomas de Bellengues [1] et Petrus Charron [2].

Et quoniam, ut predicitur, dominus Nicolaus de Grucy ibi erat presens et per aliquot dies ante fuerat reassumptus ad regenciam, orta est quedam levis questio : si votum habere debebat in composicione rotuli predicti? Tandem pluribus racionibus hinc inde positis in medium, fuit conclusum quod, attento quod tempore examinis non fuisset regens dictus dominus de Grucy, non interfuisset eciam probacioni licenciandorum, quod vero rotulus componebatur juxta merita licenciandorum et ipsorum doctrinam, prefatus dominus de Grucy non debebat habere votum. Et fui allegatum quod in licencia habita die mercurii quinta mensis Aprilis anni Domini millesimi IIII^c LXXIII ante Pascha, ego Ambrosius de Cambray non interfui composicioni rotuli illa eadem de causa, licet diu ante fuissem reassumptus ad regenciam, etc.

Fuit predicto ordine scriptus rotulus et duplicatus obsignatusque tribus sigillis, more solito, videlicet in medio, sigillo officii decanatus, et duobus aliis sigillis dominorum doctorum; et fuit conclusum quod eodem die de mane presentaretur idem rotulus domino cancellario ecclesie Parisiensis, cum protestacionibus solitis.

Eodem die, domini Johannes Picart et Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray presentavimus in ecclesia Parisiensi dicto Dionisio le Herpeur, cancellario ecclesie Parisiensis, prefatum rotulum scriptum in pargameno (*sic*), obseratum et clausum tribus cordulis et obsignatum tribus sigillis, ut predicitur, sibi exponendo quod in illo rotulo esset ordo descriptus licenciandorum pro illo anno et positus inter eos judicio atque sentencia dominorum doctorum Facultatis Decretorum Parisius, juxta doctrinam et merita dictorum licenciandorum; quodque ad ipsos dominos doctores et non alium vel alios spectabat hunc ordinem ponere et rotulum conficere, et quem sibi presentabant nomine Facultatis ut illum conservaret illesum, neque eum quoquomodo aperiret usque in diem et horam licencie imparciende in aula domini episcopi Parisiensis et non alibi nec prius, et cum

[1] Thomas était sans doute un parent de ce Guillaume de Bellengues qui, le 8 juillet 1467, plaidait au Châtelet «contre honorable homme maistre Robert Piedefer, conseiller au Chastelet, pour raison des reparations à faire en un mur estant en une maison en la rue Faulce Poterne Nicolas Yderon près de la porte Beaubourg, icelle maison appartenante audit Piedefer, joignant le jardin dudit de Bellengues.» *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 9.

[2] Avait-il quelque lien de parenté avec Jean Charron, licencié ès lois, avocat au Châtelet, qui plaide, le 14 mai 1489, «contre Vincent de Laigny, laboureur, pour un arpent de vigne», et, le 9 mars suivant, requiert «avoir par rachapt 5 sols parisis de rente que maistre Jean Chabert, curé de Laigny, à cause de sa cure a droit de prendre sur un arpent de vigne assise audit terroir, appartenant audit Charron», et gagne sa cause? Nous ne saurions le dire. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 394 et 436.

protestacionibus solitis fieri annis proxime preteritis. Quam quidem rotuli presentacionem protestacionesque benigne et ex animo suscepit et acceptavit, promisitque se in omnibus, ita ut dictum fuerat, facturum et observaturum sub illis condicionibus atque protestacionibus. De quibus peciit instrumentum decanus nomine Facultatis a magistro Johanne Helé et Gerardo Oudée, notariis publicis, presentibus ibidem magistris Johanne Rogier, in artibus magistro, et Johanne Falourdeux, clericis, Parisiensis et Cameracensis diocesum.

[24 Avril.] Die lune XXIIII Aprilis, comparentibus apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum dominis Johanne Picart, Johanne du (F° 56 r°) Pleis et me Ambrosio de Cambray, hora VIII ante meridiem, cum VI licenciandis, duobus bidellis generalibus Facultatis aliisque particularibus bidellis singulorum dominorum doctorum, copiosaque multitudine licenciatorum, baccalariorum studenciumque, et prius prestitis juramentis per licenciandos illo die prestari solitis, processerunt bidelli bini et bini, ipsos sequentibus baccalariis cum cappis, deinde licenciandis, novissimo loco dominis doctoribus, binis et binis, ordine sue antiquitatis; quos sequebatur turba magna nobilium, licenciatorum et aliarum personarum honestarum, veneruntque usque ad aulam episcopi Parisiensis, ubi collocatis omnibus et maxime licenciandis in sede propria, dominus Johannes du Pleis et ego Ambrosius de Cambray ad domum et presenciam domini Dionisii le Herpeur accessimus, quem rogavimus nomine facultatis venire ad aulam domini episcopi Parisiensis et licenciandis conferre benedictionem licencie. Petivimus insuper quod exhiberet nobis rotulum clausum et obsignatum, quem die precedenti nomine Facultatis sibi fuerat presentatum. Quas peticiones libenter concessit et nobis rotulum tradidit; quem visitatum diligenter et inviolatum repertum per nos eidem domino cancellario restituimus; inde dominus cancellarius usque ad aulam domini Parisiensis processit, et nos cum ipso. Postea vero quam idem cancellarius in sede sua ceterique alii in aliis sedibus sederunt, ipse eundem rotulum in presencia omnium tunc et non prius ap(p)eruit; quem apertum dedit legendum magistro Roberto du Gué, generali et majori bidello Facultatis Decretorum. Qui quidem bidellus vocavit dictos baccalarios licenciandos illo ordine quo scripti erant in eodem rotulo et in alio rotulo simili, quem ante se tenebat decanus Facultatis. Quo peracto, collocatisque licenciandis in bancha ex opposito ante faciem domini cancellarii Parisiensis, habitaque oracione solemni per eum, ipse auctoritate apostolica eisdem sex baccalariis sic vocatis licencie gradum impartitus est, assistentibus pluribus prelatis, viris consularibus, doctoribus, nobilibus, licenciatis et infinitis aliis personis honestis et gravibus. De quibus omnibus in presenti articulo contentis tam de actis in domo domini cancellarii quam in aula domini episcopi Parisiensis decanus peciit instrumentum fieri per Gerardum Oudée, notarium publicum. Deinde domini doctores cum suis licenciatis descenderunt inferius, gracias agentes dominis qui actum sua

presencia decoraverant; postmodum vero se retraxerunt ante cap(p)ellam inferiorem domini Parisiensis, et ibi licenciati per organum fratris Roberti Gaguin[1] gracias magnas persolverunt dominis doctoribus pro laboribus per eos assumptis in facto examinis sui et pro honore ipsis licenciatis impartito.

Illa hora et eodem loco, frater Robertus Gaguin supplicavit admitti ad recipiendum gradum doctoratus in jure canonico, se offerens omnia ellicere juxta Facultatis statuta; post deliberacionem dominorum, decanus sibi respondit quod essent tunc pauci numero domini doctores, et quod in proxima missa veniret jovis supplicaturus in collegio, et tunc dabitur sibi responsum.

Die jovis xxvii Aprilis, missa et collegium, et ibidem interfuerunt domini Robertus Tulleu, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et Ambrosius de Cambray, omnibus tamen dominis doctoribus regentibus specialiter convocatis per cedulam super opcione licenciandorum. Facte sunt autem hoc modo opciones : dominus Johannes de Conrcellis, per litteram sua manu scriptam decano, quam Facultati exhibuit, optavit fratrem Robertum Gaguin; Ambrosius de Cambray optavit Germanum Volandi; dominus Jacobus Aubry, Nicolaum Chappelle; dominus Robertus Tulleu, Petrum Emeri; de Cambray, pro domino Stephano de Veteri Villa, Thomam de Bellengues; et dominus Jacobus Junii, Petrum Cherron (*sic*). [27 Apr.]

(F° 56 v°). Predicto die jovis xxvii Aprilis, in collegio Facultatis, in quo erant, ut predicitur, domini Robertus Tulleu, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray, iterum supplicavit pro gradu doctoratus suscipiendo dominus frater Robertus Gaguin, offerens et promittens omnia adimplere que statuta volunt Facultatis. Cui responsum dedit Facultatis decanus quod ibi essent pauci numero doctores qui super tali materia, que censetur de majoribus, possent concludere; ideo remittitur ad proximum collegium, die videlicet jovis iii Maii.

Die jovis quarta Maii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [3 Mai.]

Redierat die dominico precedenti Claudius Poculot de Aurelianis, ubi per Facultatem fuerat missus pro causis contentis in articulo ultimo cum folii, secundo margine, cum duobus sequentibus articulis[2], et peroptime omnia absolverat que sibi commissa fuerant, relacionesque, processus executorum ac munimenta secum reportaverat, que decanus exhibuit in Facultate; et fuit conclusum quod

[1] Ce discours ne nous a pas été conservé dans les *Epistolæ et Orationes* de Gaguin (Paris, 1498, in-4°; Hain *7425). — [2] Cf. plus haut, p. 430 et suiv.

convocarentur omnes domini per cedulam illo eodem die post prandium apud domum domini Johannis de Courcellis.

Eodem die, iteravit supplicacionem pro doctoratu dominus frater Robertus Gaguin; cui respondetur quod ipso die compareat in domo domini Johannis de Courcellis, et tunc Facultas dabit sibi responsum.

Convocatis ipso die omnibus et singulis dominis doctoribus regentibus Facultatis per cedulam apud domum domini Johannis de Courcellis, hora tercia post meridiem, et ibidem comparentibus dominis Johanne de Courcellis, Roberto Tulleu, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Nicolao de Grucy et me Ambrosio de Cambray, fuit positum in medium id quod egisset Aureleanis Claudius Poculot, relacioneque per decanum facta de contentis in munimentis per ipsum Poculot ap[p]ortatis, conclusit Facultas quod omnino prosequatur hec materia contra scolasticum et doctores Studii Aurelianensis, et quod instructiones conficiantur, et inde convocentur advocati et alii viri consulares, ut videatur modus et forma procedendi contra ipsos.

Illa hora, supplicavit iterum dominus frater Robertus Gaguin pro suscepcione gradus doctoratus, et post multas hinc inde raciones, admissus per Facultatem ad insignia doctoralia suscipienda, servatis statutis et consuetudinibus dicte Facultatis in omnibus. Qui statim prestitit solita juramenta in simili actu.

Dominus Johannes de Courcellis, qui optaverat prefatum dominum Robertum Gaguin, tanta usus est in Facultatem liberalitate, ut sponte eumdem Gaguin dederit Facultati cum omnibus juribus suis doctoralibus, et ita effectus est ipse Gaguin adoptivus ipsius Facultatis. Quo facto, Facultas composuit multum graciose cum eo, quia [tam] pro omnibus juribus debitis Facultati tanquam ipsius adoptivus quam eciam pro contribucione scholarum sive edificii ipsarum ipse Gaguin solvit solum centum sexaginta scuta auri predicte Facultati; que somma divisa est pro equali porcione inter singulos dominos doctores, nec habuit idem dominus Johannes de Courcellis unum denarium plus ceteris aliis dominis doctoribus [1].

[7 Mai.] Die dominico vii Maii, domini doctores Facultatis regentes convocati [fuerunt] per cedul(l)am apud domum domini Johannis de Courcellis specialiter pro audienda supplicacione domini Henrici Thiboust, qui cupiebat admitti ad insignia doctoralia in jure canonico, qui quidem Thiboust alias pro hac re supplicaverat; convenerunt autem ibidem domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et Ambrosius de Cambray, et in presencia Facultatis supplicavit dictus Thiboust admitti ad suscipiendum gradum doctoratus in jure canonico, offerens singula juradebita hac causa solvere, et in omnibus satisfacere juxta statuta et consuetu-

[1] Le désintéressement de Jean de Courcelles en cette occasion paraît avoir quelque peu étonné le doyen.

dines Facultatis. Considerantes autem domini honestatem et litteraturam sue persone et parentum et amicorum ejus, annuerunt supplicacioni ejus. Voluerunt tamen pro gravitate et consuetudine Facultatis, in qua solent doctorisandi supplicare in tribus diversis collegiis ordinariis Facultatis ad minus antequam admittantur, quod ipse Thiboust veniet die veneris proxima in collegio ordinario iterare suam supplicacionem, et quia ipse Thiboust esset adoptivus Facultatis et ad ipsam spectabant omnia jura tam doctoris proprii quam alia jura, fuerunt deputati domini Tulleu, Junii, du Pleis et Cambray, ad tractandum cum eo super omnibus juribus predictis et facto edificii scholarum, ac eciam super eo quod dispensabatur quod non solus reciperet gradum, sed associabatur cum domino Roberto Guaguin.

Die martis IX Maii, convocatis dominis Roberto Tulleu, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, deputatis per Facultatem pro materia de qua in proximo precedenti articulo, et ipsis ibidem comparentibus, et me cum ipsis, apud cameram scholarum, hora III post meridiem, advenit prefatus dominus Henricus Thiboust, qui libere et manualiter obtulit pro omnibus et singulis juribus tam doctoris proprii cui Facultas succedebat, quam eciam pro edificio scholarum atque aggregacione sua cum domino fratre Roberto Gaguin ad festum doctoratus celebrandum, centum sexaginta scuta auri. Quam oblacionem prefati deputati suo privato nomine acceptarunt et responderunt quod hec que acta erant referrent Facultati, et propterea fuit eidem Thiboust injunctum quod die veneris proxima in collegio ordinario Facultatis (F° 57 r°) habeat comparere, et tunc dabitur sibi finale responsum. [9 Mai.]

Die veneris XII Maii, [fuit] missa et collegium. Presentes fuerunt (sunt) domini Robertus Tulleu, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [12 Mai.]

Supplicavit tunc multum honeste ac humiliter magister Henricus Thiboust pro doctoratu suscipiendo. Quo ad partem retracto, domini deputati retulerunt ea que die martis precedenti cum prefato Thiboust egissent ; et licet aliquibus dominorum visa(m) fuerit oblacio(nem) ejus nimis tenuis[1], attento quod esset adoptivus Facultatis, et quod domini Gressier et Grucy pro edificio scholarum solummodo solverant, quilibet eorum, centum sexaginta scuta auri, non computatis juribus doctoris et dispensacione quod ambo festum facerent, etc., nichilominus tandem, argumentis variis hinc inde factis et racionibus pluribus habitis multisque pensatis, Facultas suam oblacionem suscepit, et fuit admissus, prestititque solita juramenta, et realiter solvit centum sexaginta scuta auri.

Eisdem hora et loco, supplicarunt domini Gaguin et Thiboust doctorisandi quatenus Facultas eis assignaret dies vesperiarum et festi doctoratus[2], similiter

[1] Ms. *tenuem*. [2] Ici commence la remarquable relation des cérémonies du doctorat de Robert Gaguin. C'est le recit le plus circonstancié d'une solennité de ce genre qui nous soit parvenu.

et locum ubi celebraretur convivium tam vesperiarum quam festi. Deputavit ipsa Facultas dominos Robertum Tulleu, Johannem du Pleis, Nicolaum de Grucy et me Ambrosium de Cambray, ad videndum de loco convenienti tante celebritati atque congregacioni dominorum; super diebus vesperiarum et festi Facultas cogitabit.

Hora tercia post meridiem, convenerunt apud cameram dominorum super scholis, eodem die, domini deputati Tulleu, du Pleis, Grucy et Cambray et cum ipsis Gaguin et Thiboust, et habitis inter [eos] sermonibus super domibus in quibus tanta festivitas celebrari posset, nunciatum est quod domum Remensem [1] non haberent, eo quod dominus Remensis [2] et ipsius frater, primogenitus comitis de Laval [3], illam tunc personaliter habitarent. Visitarunt deinde domum abbatis Fiscanensis [4], illo die, que multum ruinosa omnibus visa est. Quapropter fuit conclusum inter deputatos et ipsos doctorisandos quod quilibet eorum cogitabit de loco magis apto, et quamprimum poterunt invicem convenient pro hac re et visitanda domo vel domibus, etc.

[16 Mai.] Die martis xvi Maii, convenerunt domini Tulleu, Junii, du Pleis, Grucy et Cambray apud collegium Lexoviense [5]; quo in omni sui parte diligenter visitato, repertus est locus aptissimus pro celebracione conviviorum tam vesperiarum quam festi principalis doctoralis, et ipsis deputatis placuit, rejectis loco de Fiscano et aliis nominatis, dummodo aliis dominis doctoribus placeret; et fuit dictum quod jovis die proxima hoc referetur Facultati.

[20 Mai.] Die jovis xviii Maii, missa et collegium. Affuerunt illis domini Johannes Picart, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy, Andreas Wasselin et ego Ambrosius de Cambray.

Illo die, supplicarunt domini doctorisandi quod Facultas eis assignaret locum et similiter incommutabilem diem pro die vesperiarum et solempnitatis doctoralis. Facultas, audita relacione dominorum deputatorum, ordinavit eis locum et domum collegii Lexoviensis; diem vero sabbati xvii Junii pro vesperiis, et diem martis sequentem xx Junii pro die solempnitatis doctoralis.

Tunc magister Germanus Volandi, qui deputatus fuerat per Ambrosium de Cambray, futurum presidentem actui doctorali domini Gaguini, eo respectu quod

[1] Le collège de Reims.

[2] Pierre de Laval, que nous retrouverons un peu plus bas.

[3] Guy XIV de Laval. Cf. plus bas la note 3 de la p. 451.

[4] L'hôtel de l'abbé de Fécamp devait se trouver sur la montagne Sainte-Geneviève, dans les dépendances du collège de Lisieux, dont les bourses étaient conjointement à la nomination de l'évêque de Lisieux et de l'abbé de Fécamp.

[5] Sur le collège de Lisieux, cf. Félibien, *Hist. de Paris*, t. I, p. 591-592.

ipse Gaguinus esset adoptivus Facultatis donacione et liberalitate domini Johannis de Courcellis, ut predicitur, et propterea dictus de Cambray tanquam decanus habebat presidere, juxta statuta Facultatis, adoptivo Facultatis, idem Volandi exhibuit suas conclusiones super materia de qua erat responsurus die vesperiarum pro expectativa. Quibus ad longum bene digestis, placuerunt Facultati. Similiter suas conclusiones presentavit dominus frater Robertus Gaguin; que similiter omnibus placuerunt.

Fuit ipso die per Facultatem assignata dies dominis duobus doctorisandis jovis XXV Maii pro primo prandio quod more solito debet celebrari Facultati per eos; et fuit ordinata domus domini Johannis de Courcellis [1] pro dicto prandio celebrando.

Convocati sunt tunc in presencia Facultatis Reginaldus Morel et Paschasius Preudome, quos in suos magistros domus et conductores impensarum omnium conviviorum ad similem actum necessariorum sibi delegerat dominus frater Robertus Gaguin, et quos eciam pro hac re acceptavit ibidem dominus Henricus Thiboust. Qui grati fuerunt Facultati, et in facie Facultatis prestiterunt solita juramenta, videlicet quod omnia et singula procurabunt fieri ad honorem et juxta deliberacionem et mandata Facultatis, et non ipsorum doctorisandorum, omniaque communicabunt fideliter Facultati vel ipsius deputatis.

Die sabbati XX mensis Maii, dominus Johannes Picart legit Decretalem solemnem in scholis majoribus Facultatis, hora matutina consueta, et hoc non suo ordine, quia fuit obmissa una lectura, ut scripsi folio LIII, primo margine, in fine [2]. [20 Mai.]

Die dominico XXI Maii, die videlicet sancto Penthecostes, hora XI ante meridiem, obiit quondam bone memorie dominus Jacobus Aubry, qui spacio XXVI annorum sine interrupcione doctor regens, et XVI annis continuis fuerat et erat tunc thesaurarius sive receptor dicte Facultatis, quod officium tam probe et laudabiliter ex(c)ercuit ut solo ipsius verbo quam scripto crederetur. Qui, ut juste ac laudabiliter semper vixerat, decessit catholice, mente integer ac intellectu, dolore ac martirio calculi superatus, quo annorum fere XXXVII spacio supra modum vexatus fuerat, supra quam credi possit paciens. Sepelitur apud ecclesiam Sancti Andree de Arcubus Parisius, in sepulchro parentum. Ejus sepulture, hora V post meridiem illus diei, interfuit Facultas, domini doctores, videlicet Robertus Tulleu, Junii, Picart, du Pleis, Wasselin, Grucy et Cambray, cum cappis (F° 57 v°) et insignis doctoralibus, duo bidelli generales, cum massis et bac(c)ulis argenteis, magistro Roberto du Gué, majori bidello, induto cappa doctorali prefati Aubry defuncti, eo quod cappa doctoris defuncti Parisius ad majorem bidellum de [21 Mai.]

[1] Au cloître Notre-Dame, où il habitait en qualité d'archidiacre de Josas. — [2] Cf. plus haut, p. 429.

omni et antiqua consuetudine pertineat. In crastinum vero, fuit eciam ipsis exequiis Facultas, sed non in cappis, quia numquam doctores sunt in cappis, nisi quandiu corpus def(f)uncti stat super terram; etc.

[23 Mai.] Die martis XXIII Maii, ad instanciam aliquorum dominorum doctorum Facultatis, ego Ambrosius de Cambray decanus convocari feci per cedullam omnes et singulos dominos doctores regentes apud domum domini Johannis de Courcellis, specialiter et expresse ad audiendum supplicacionem magistri Reginaldi de Vaccaria[1], qui petebat ad gradum doctoratus in jure canonico promoveri. Comparentibus autem ibidem dominis Johanne de Courcellis, Roberto Tulleu, Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Nicolao de Grucy et me Ambrosio de Cambray, in presencia Facultatis multum honeste et humiliter supplicavit magister Reginaldus de Vaccaria, licencialus in jure canonico Parisius, admitti ad suscipiendum insignia doctoralia in eodem jure, secumque dispensari quod non solus (ut Facultatis statuta volunt), sed cum aliis duobus dominis Gaguin et Thiboust possit promoveri, offerens se satisfacturum de omnibus juxta consuetudines et ordinaciones Facultatis. Quo ad partem retracto, deliberacioneque Facultatis non sine grandi difficultate conclusa, ipse revocatur; cui datur responsum quod, die jovis proxima XXV Maii, compareat in collegio ordinario Facultatis, et ibi, iterando suam supplicacionem, Facultas si responsum dabit.

[1] Le 4 octobre 1477, au Châtelet, «m. Regnaut de La Vacquerie, *licencié en Decret*, official de Paris, et Jehan Bazin, marchant bourgeois de Paris, se constituent caution pour Nicolas de La Vacquerie et Raoullet Gosseaume, tuteurs de Jehan Blondeau, fils mineur de Jehan Blondeau et de feue Jehanne, sa première femme, de la somme à quoy se monte la part et portion appartenant audit mineur de la succession de sa mère». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 106. — Dans les registres du Châtelet on lit encore, à la date du 6 septembre 1490 : «Les arrest, sellé et main mise fais et donnez à la requeste du procureur du Roy sur les biens demeurez du decez de m. Regnault de La Vacquerie, prestre, *docteur en Decret*, ont esté levez au profit de Tassart de La Vacquerie, Jehan Guillebert et Jehanne de La Vacquerie, sa femme, demeurant à Villerceau, Jehan Corne, Jehanne de La Vacquerie, sa femme, Engueran Ficheu, Margueritte de La Vacquerie, sa femme, lesdits Tassart et femmes, frère et seurs dudit deffunt, en payant les frais, après avoir veu le testament dudit deffunt fait le 15 juin dernier et qu'il est apparu que lesdits de La Vacquerie estoient enfants de feu Regnaut de La Vacquerie et de damoiselle Catherine de Tilly (ou Lailly ?), sa femme (*sic*)». *Ibid.* vol. 765, p. 14. — Le 17 août 1491, au Châtelet, on voit «honorable homme Jacques Marcel, garde du se[e]l du Chastelet, requerant estre receu opposant aux criées de certaines maisons rue Quinquanpoix et des Menestriers appartenans à Nicolas Gilbert, orfèvre, contre les heritiers de feu m. Regnaut de La Vacquerie et autres opposans; dit est que ledit Marcel sera receu opposant». *Ibid.*, p. 83. — Nous ignorons si Regnault de la Vacquerie était parent, et à quel degré, de Jean de La Vacquerie, qui devint premier président au Parlement de Paris en 1481, et sur lequel on peut consulter Blanchard, *Les Eloges de tous les premiers Presidens du Parlement de Paris* (Paris, 1645, in-fol.), p. 43 [47], XVIII. — Nous retrouvons plus loin Regnaut de La Vacquerie, qui fut pendant deux années associé comme successeur d'Ambroise de Cambray dans les fonctions de doyen, à la vie de la Faculté de Décret.

Oritur ibi inter dominos doctores questio : si liceat alicui ex dominis doctoribus secum adducere in primo prandio doctorisandorum (quod fiet jovis proxima) aliquem honestum virum tanquam ad honorandum convivium vel alias ; item et si illi prandio debeat interesse primus legens. Concluditur quod nulli alii debent neque possunt interesse quam domini doctores regentes et non regentes in eadem Facultate Decretorum, duo bidelli generales et claviger Facultatis, bidellus et unus servitor singulorum dominorum doctorum, et non plures ; quodque eciam doctorisandi nullum invitare aut adducere possunt. Et racio est quia prandium illud celebratur pro tractandis et providendis negociis que ad tantum actum doctorisandorum conveniunt et que nullibi communicari convenit. Si autem extranei adessent, penitus essent expedicioni impedimento. De bidellis autem permittitur, tum quia officiarii doctorum, tum eciam ut serviant suis patronis et doctoribus.

Die jovis XXV Maii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Gruey et ego Ambrosius de Cambray. | 25 Mai |

In presencia Facultatis iteravit supplicacionem pro doctoratu suscipiendo magister Reginaldus de Vaccaria, offerens in omnibus et per omnia, ut prius die martis proxima precedenti fecerat. Quod, cum satis grave pluribus videretur tam facile eum admitti posse, servatis honestate et gravitate Facultatis, quibus hactenus observatum est, ut in trino collegio ordinario doctorisandus supplicet, etc., tamen, quia jam die martis precedenti placuerat Facultati apud se dictum de Vaccaria recipere et eum aggregare dominis Gaguin et Thiboust, honestius visum est ipsum penitus admittere et associare aliis duobus doctorisandis ante primum prandium celebrandum, quod est janua actus doctoralis, quam ipso prandio celebrato, ut ipse honoris, impensarum et laboris sit particeps et socius. Et quia ipse erat filius adoptivus Facultatis, solvit pro juribus doctoris def(f)uncti, pro edificio scholarum et dispensacione quod solus non doctorisetur, sed aggregetur dominis Gaguin et Thiboust, summam centum nonaginta scuta auri.

Eo die, Facultas decrevit quod celebretur obitus apud Sanctum Johannem Jherosolimitanum, nomine Facultatis, pro quondam domino Jacobo Aubry, condoctore, regente et thesaurario Facultatis, et quod significabitur dies ipsius amicis et parentibus, ut intersint, si voluerint.

Insuper ordinavit Facultas statutum fieri quod de cetero Facultas teneatur celebrare unum servicium solemne pro quolibet doctore Facultatis, quamtocius fieri poterit post obitum ejus ; et ordinavit quod decanus trinam convocacionem faciat per cedulam specialiter pro hac re, ut inde resultet statutum quod libro statutorum inscribatur pro lege.

Ipso die, apud domum domini Johannis de Courcellis, celebratur primum so-

lemne convivium per dominos doctorisandos apud domum domini Johannis de Courcellis [1], multum laute, (h)abunde ac splendide. Quo peracto, retractis dominis doctoribus in camera secreta, ipsi domini doctorisandi supplicarunt Facultati quod illud prandium gratum acceptumque haberet, et quod vellet alia duo prandia, que fieri solent ante diem vesperiarum, commutare in pec(c)unias ; preterea, quod ordinaret numerum discorum tam pro die festi principalis quam vesperiarum. Placuit Facultati celebritas illius prandii, et deputavit dominos Robertum Tulleu, Johannem du Pleis, Nicolaum de Grucy et Ambrosium de Cambray super aliis duobus articulis. Quibus Facultas dedit omnimodam potestatem, absque eo quod deputati tenerentur aliquid in Facultate referre. Et ordinatum extitit quod deputati conveniant in crastinum apud domum decani pro tractandis predictis.

[26 Mai.] Die veneris XXVI Maii, convenientes apud domum decani domini Robertus Tulleu, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et Ambrosius de Cambray, deputati per Facultatem ad infrascripta, et coram ipsis comparentibus dominis tribus doctorisandis supplicantibus pro commutacione duorum prandiorum, ipsi primo sermonis ingressu liberaliter et sponte obtulerunt Facultati pro dicta commutacione sommam sexaginta librarum turonensium. Quam oblacionem domini benigne acceptarunt, volentes eos, ut ceperant, continuo humanitus ac graciose tractare. Quo facto, doctorisandi introduxerunt suos magistros (F° 58 r°) domus sive dispositores impense ferculorum illius actus doctoralis. Materia vero multum graviter ibidem tractata, pensatis temporis disposicione, regis presencia et principum ad unam prope dietam Parisius, ubi omnia delicata cibaria confluebant, neque Parisius sine discrimine vel nimio sumptu reperiebantur in copia ; quodque eciam Facultas non intendebat quod prefati domini doctorisandi festum et solemnitatem agerent hostiis apertis, in quo omnes cujuscunque status passim, ut aliquando fieri solet, reciperentur, sed facerent solemne convivium honestarum personarum et moderatum ; concluditur quod fiant, in die festi principalis, centum octuaginta disci muniti omni genere delicatorum ferculorum et cibariorum, cum appendenciis et pertinenciis que addi solent cuilibet disco, duplicando et triplicando fercula, etc. Quam ordinacionem Facultatis domini doctorisandi acceptarunt et gracias egerunt non parvas Facultati.

Increpati sunt per deputatos nomine Facultatis ipsi domini doctorisandi, quod non tradidissent, die jovis precedenti, post primum prandium, birreta et species sive confectas zuchari, que eorum quilibet debet singulis dominis doctoribus regentibus. Qui responderunt id processisse ignoracione magis quam voluntate, et quod satisfacerent quantocius.

[1] Comme on l'a déjà vu, il habitait, en qualité de chanoine de l'église de Paris et d'archidiacre de Josas, dans le cloître Notre-Dame.

Dictumque fuit eisdem dominis doctorisandis et declaratum nomine Facultatis quod non intendebat Facultas, pretextu dicte commutacionis dictorum duorum prandiorum in LX libras turon., aliquid ipsis remittere de juribus aliis debitis dominis doctoribus, tam de birretis quam speciebus zuchari; eisdem declarando quod quilibet dominorum doctorisandorum tenebatur dare cuilibet dominorum doctorum regencium in quolibet prandio unum birretum duplex et unum simplex de optimo scarleto, et unam libram confectarum zuchari; et sic pro tribus prandiis que fiunt ante diem vesperiarum, quilibet dominus doctorisandus debet dare cuilibet domino doctori regenti tria birreta duplicia et tria simplicia et tres libras confectarum; et duplum decanus, thesaurarius, presidens et respondens debent habere. Cui sentencie et declaracioni acquieverunt ipsi domini doctorisandi et promiserunt omnia adimplere; etc.

Die mercurii ultima Maii, missa et collegium. Presentes ibidem fuerunt do- [31 Ma
mini Robertus Tulleu, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray, convocatis dominis per cedulam specialiter pro condendo statuto post obitum alicujus dominorum doctorum Facultatis.

Fuit conclusum, pro secunda vice, quod fiat statutum de celebrando obitu per Facultatem de cetero immediate post obitum alterius dominorum doctorum Facultatis, quantocius com[m]ode celebrari poterit.

Fuit insuper ordinatum quod, die veneris proxima, II Junii, celebrabitur obitus per Facultatem quondam bone memorie domini Jacoby Aubri, condoctoris regentis et thesaurarii Facultatis. Et, ut avidius domini doctores conveniant similiter et legens atque baccalarii, concluditur quod quilibet dominorum doctorum habeat sex undenos, qui presens fuerit; absentes vero nichil; legens vero, baccalarii qui cum cappis interfuerint et bidelli habeant ut in similibus solent, etc.

Cap(p)ellani Sancti Johannis Jherosolimitani, ubi obitus celebratus est, illo finito, collegium Facultatis adierunt, petentes sibi tradi ceram sive luminare dicti obitus tanquam eis debitum. Respondetur ipsis quod non debetur, eo quod obitus sumptibus Facultatis celebratur, secus si sumptibus defuncti vel parentum fieret. Cui responsioni acquieverunt, etc.

Summa XVIII librarum XVI solidorum VIII denariorum parisiensium debita per magistrum Robertum de Vado, majorem bidellum Facultatis, eidem remittitur pro juribus suis et socii sui Poculot, subbidelli, eisdem debitis pro facto licencie ultime, proviso quod idem de Vado solvet omnem impensam obitus dicti domini Aubry, et satisfaciet Poculot de juribus licencie predicte, simul et de impensa facta per dictum Poculot in XII diebus, pro se et famulo cum duobus equis, quando fuit novissime Aurelcanis pro facto Facultatis.

[8 Juin.] Die jovis VIII Junii, missa et collegium. Vocati [fuerunt] domini per cedul(l)am super duobus articulis : primus fuit pro condendo statuto de celebracione obitus per Facultatem quotiens continget aliquem ex dominis doctoribus Facultatis decedere; secundus fuit super electione novi receptoris sive thesaurarii Facultatis. Interfuerunt autem domini Robertus Tulleu, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Placuit omnibus dominis quod condatur statutum predictum, et hoc pro tercia deliberacione, quodque illud statutum rediget in formam decanus et scripto inseratur libro statutorum Facultatis.

Super electione thesaurarii voluerunt domini expectare usque in proximam missam et collegium, propter absenciam dominorum Johannis de Courcellis, Stephani de Veteri Villa et Andree Wasselin. Quo die, sine ulteriori dilacione, non amplius vocatis vel expectatis aliis dominis doctoribus, fiet electio dicti thesaurarii per illos dominos qui collegio tunc intererunt.

Decanus posuit in medium si in die vesperiarum primus legens, qui tunc rector erat Universitatis[1], argueret contra baccalarium respondentem de expectativa. Cum primus legens teneatur in omni actu primus arguere post doctorem presidentem, determinatur per Facultatem quod non arguet, eo quod primus legens semper arguit tanquam baccalarius et habet sedem propriam, rector vero Universitatis sedet alio loco, nec habetur pro baccalario vel supposito Facultatis aut membro Universitatis, sed pro capite, et maxime quia in simili casu ita observatur inter dominos theologos[2].

Domini doctorisandi supplicarunt Facultati quod ipsis assignaret diem quo haberent deferre birreta apud Facultatem, ut videret si illa placerent et similia fierent pro dominis doctoribus et pro distribucione fienda (F° 58 v°) singulis prelatis, dominis et aliis honestis personis in die doctorali. Fuit eis ordinatum et injunctum quod portarent ad domos singulorum dominorum doctorum, et quod in missa et collegio proximis afferant in magna quantitate.

Fuerunt eciam deputati domini Johannes Picart, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy et Ambrosius de Cambray, qui cum dominis doctorisandis, magistris festi et coquis conveniant in crastinum apud domum decani, et ibi concludatur et inscribatur ordo cibariorum et ferculorum cujuslibet disci, et omnia per ordinem scribantur quo ab inicio prandii usque in finem servicium diversorum ferculorum fiet et continuabitur, tam introituum, potagiorum, alexorum, rousti-

[1] Sur Denys Alligret, cf. plus haut, p. 327, n. 2. Il avait été élu recteur le 24 mars 1479[1480]. — Une partie de la nation française l'élut curé de Saint-Germain-le-Vieil, après la mort de Jacques Aubry; une autre partie de la même nation, qui avait la collation de cette cure, nomma Pierre Doujan. D'où un long procès, gagné par Alligret, qui résigna sa cure, le 15 décembre 1508, en faveur de Guillaume Guillemain. Cf. Du Boulay, t. V, p. 871.

[2] Il est curieux de voir Ambroise de Cambray s'autoriser d'un usage de la Faculté de théologie, qui n'avait avec la Faculté de Décret que d'assez médiocres relations.

torum, pastillorum, furni, quam omnium aliorum, ab inicio usque ad exitum et manuum lavacionem, et hoc, ut omnia ad honorem Facultatis cedant et melius discernatur si forsan aliquid malicia fuerit obmissum.

Die veneris IX Junii, convenientibus apud domum decani dominis deputatis, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Nicolao de Grucy et Ambrosio de Cambray, similiter dominis doctorisandis, eorum magistris festi et coquis, long(u)o tempore agitatis negociis et tandem bene digestis, omnia absoluta fuerunt quemadmodum mandatum extiterat et commissum per Facultatem die precedenti. [9 Junii.]

Die jovis XV Junii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Johannes Gressier, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray. [15 Junii.]

Domini doctorisandi fecerunt presentari in collegio copiam birretorum, que fuerunt visitata et placuerunt, et fuit injunctum eis quod similia traderent. Illa autem que tunc delata fuerunt, ad numerum quatuordecim duodenarum, reclusa fuerunt in archa que est in camera dominorum super scholis, et duas claves, quas observare solent duo bidelli Facultatis, recepit penes se et custodivit decanus.

Fuit injunctum dominis doctorisandis quod honeste et magnifice, cum mantellis et capuciis foderatis, cum duobus bidellis generalibus Facultatis et honestarum personarum comitiva, habeant, die mercurii, jovis et veneris proxime futuris, invitare curias Parlamenti, Requestarum domus, requestarum Pallacii, Inquestarum, Compotorum, generalium, Thesauri electorum, Castalleti, et omnium aliarum jurisdictionum Parisius, tam conservatorie officialatus quam aliarum; similiter dominos cancellarium et consiliarios Majoris Consilii regis; omnes eciam principes, prelatos, collegia ecclesiarum et alios honestos viros tocius civitatis, prout hactenus est fieri consuetum.

Domini doctores ibidem presentes, insequentes conclusionem novissimi collegii, elegerunt in thesaurarium Facultatis dominum Nicolaum de Grucy, a quo decanus in facie Facultatis exegit juramenta dicti officiarii in libro statutorum Facultatis contenta.

Concluditur quod, die sabbati proxima, die vesperiarum, omnes domini doctores conveniant apud cameram scholarum, hora septima precise, et intrabunt scholas hora VIII ad tardius, propter actus prolixitatem, etc.

Die sabbati XVII Junii, domini doctores Facultatis Decretorum Parisius, videlicet Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy [17 Junii.]

et Ambrosius de Cambray, regentes; non regentes vero reverendus in Christo pater dominus Milo d'Illers[1], episcopus Carnotensis, et Johannes le Gressier, cantor ecclesie Noviomensis; comparentes hora septima ante meridiem apud cameram dominorum doctorum super scholis majoribus; similiter domini frater Robertus Gaguin, Henricus Thiboust et Reginaldus de Vaccaria; ibidem apportatis birretis que restabant, videlicet usque ad numerum quindecim duodenarum de optimis duplicibus de scarleto, octo duodenarum de mediocribus duplicibus de semigrana, et septem duodenarum de inferioribus paulo duplicibus, et trium duodenarum de simplicibus; et botte dictorum birretorum fuerunt diversis invicem signis signate, ita ut facile una qualitas birretorum posset ab aliis discerni. Et omnis illa quantitas birretorum fuit reposita in quadam capsa, que postea, die festi, portata fuit in scholis majoribus et posita inter cathedram presidentis et scam(p)num prelatorum, ut obviaretur incursui ac violencie populi, que prioribus temporibus solita fuerat evenire.

Quibus peractis et pluribus rebus positis in ordine, que ad actum vesperiarum et diem festi principalis spectabant, preeuntibus bidellis dominorum doctorum, deinde duobus bidellis generalibus Facultatis, cum massis argenteis, et indutis epitogio; sequentibus vero tribus dominis vesperiandis, duobus junioribus primis et Gaguin solo; postea dominis doctoribus per ordinem sue promocionis ad doctoratum, antiquioribus ultimis, et binis et binis procedentibus usque ad locum scholarum, ubi jam advenerat copiosa multitudo dominorum, tam prelatorum quam aliorum; omnes vero suis sedibus collocati (*sic*), ego Ambrosius de Cambray cathedram, ut moris est, ascendi, questionem pro expectatoria proposui, de qua respondit multum docte magister Germanus Volandi, similiter et argumentis per baccalarios sibi tunc factis. Qua terminata, proposui cuilibet dominorum vesperiandorum unam questionem, quam eorum quilibet terminavit peroptime. Tribus his questionibus terminatis, processi ad actum vesperiarum tam jocosarum quam seriosarum et libri Decreti tradicionem pro observancia scholastica. His vesperiis interfuerunt reverendissimus dominus Carolus de Borbonio, frater ducis Borbonii, archiepiscopus Lugdunensis, tituli Sancti Martini in

[1] Le célèbre Milon ou Miles d'Illiers était le frère de Florent, bailli de Chartres. Doyen de Chartres dès 1443 ou 1444, conseiller de Charles VII, ambassadeur à Rome en 1458, il fut, l'année suivante, élu évêque de Chartres. Ses nombreux procès l'obligèrent à de fréquents séjours à Paris. Le *Gallia Christiana* (t. VIII, col. 1185) le qualifie de « Parisiensis legum doctor »; « Decretorum » serait plus exact. Robert Gaguin lui a adressé la vingt-unième de ses *Epistolæ*. — Le 7 décembre 1493, au Châtelet, on voit « noble homme Guyon de Fromentières, escuyer, seigneur de Beaumont et de la Ronce, au nom et comme procureur de dame Agnès d'Illiers, veufve messire Jehan de Lespine, seigneur de Clereau, requerant que les arrests, sellé et main mise à la requeste des officiers et gens du Roy au Chastellet sur les biens estans en ceste ville appartenans à la succession de feu Reverend Père en Dieu messire Milles d'Illiers, evesque de Chartres, frère de ladite dame, fussent levez au profit de ladite dame; ce qui luy a esté accordé. » *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 215. — Selon le *Gallia Christiana*, Milon était mort le 15 octobre précédent.

Montibus sacrosancte Romane (F° 59 r°) Ecclesie presbiter cardinalis [1]; domini dux Alançonie, comes Partici [2], comes Montisfortis, dominus du Gavre, primogenitus comitis de Laval [3]; cancellarius Francie [4]; archiepiscopi Remensis [5], Bituricensis [6], Bisuntinus [7], Senonensis [8], Burdegalensis [9]; episcopi Parisiensis [10], Biterrensis [11], Atrebatensis [12], Nivernensis [13], Trecensis [14], Tricastrinensis [15] et Electensis [16]; dominus de Gaucourt [17], locumtenens generalis regis in civitate Parisiensi et Insula Francie; oratores regis Anglie, Venetorum, ducis Mediolani, presidentes omnes, tam curie Parlamenti [quam] Camerarum compotorum et generalium, et illarum consiliarii, et infinita multitudo nobilium virorum ecclesiasticorum, cum rectore Universitatis et infinitis dominis doctoribus de omni Facultate, etc.

Hoc actu vesperiarum absoluto, remotis cappis, domini doctores et tres vesperiati processerunt bini et bini a loco scholarum usque ad collegium Lexoviense, precedentibus bidellis omnibus, etc., et ibi sumpserunt prandium.

Ipso die, post prandium, deputantur per Facultatem domini Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis et Johannes le Gressier, una cum decano, ad visitandum cibaria et omnia alia quecumque necessaria pro die festi, similiter scholas et aulam ac cameram collegii Lexoviensis, ut provideant quod omnia recte sint composita et ordinata, tam in tapetis quam ceteris aliis; injunxit-

[1] Charles de Bourbon, fils de Charles de Bourbon et d'Agnès de Bourgogne, frère des ducs Jean et Pierre, né vers 1434, fut élu archevêque de Lyon en 1466, mais ne fut sacré qu'en 1470. Légat d'Avignon depuis 1465, il avait été promu au cardinalat le 18 décembre 1476. Il mourut à Lyon le 13 septembre 1488. Voir le P. Anselme, t. I, p. 306; *Gallia Christ.*, t. IV, col. 177-179. — Le 7 septembre 1482, Gaguin plaida devant lui la cause de l'Université de Paris. Voy. la troisième lettre du recueil de ses *Epistole*. Cf. Du Boulay, t. V, p. 750-752.

[2] René, duc d'Alençon, comte du Perche, fils de Jean II. Il fut arrêté l'année suivante (1481), sur les insinuations du duc de Berry qui l'accusait d'avoir noué des intelligences avec le duc de Bretagne contre Louis XI; enfermé au château de Chinon, puis au donjon de Vincennes, il fut condamné, le 22 mars 1482, à demander pardon au roi. Charles VIII le tira de sa disgrâce. Il mourut au château d'Alençon le 1er novembre 1492. Cf. le P. Anselme, t. I, p. 274.

[3] Guy XIV de Laval, qui avait reçu d'abord le prénom de François, comte de Montfort, seigneur de Gavre, fils aîné de Guy XIII, ne devint comte de Laval qu'en 1486, après la mort de son père, et mourut le 15 mars 1500. Cf. le P. Anselme, t. VII, p. 75.

[4] Pierre Doriole ou d'Oriole. Gaguin lui avait adressé, probablement en 1476, une très intéressante lettre sur la nécessité de composer une histoire de France digne de ce nom; c'est la sixième lettre du recueil des *Epistole*. Gaguin, comme on le sait, s'acquitta lui-même, en 1495, de la tâche dont il entretenait alors le chancelier.

[5] Pierre de Laval, archevêque de Reims de 1473 à 1493, frère de Guy XIV de Laval (Cf. le P. Anselme, t. II, p. 47). On a vu qu'ils étaient tous deux descendus au collège de Reims.

[6] Jean Cœur (1447-1483).

[7] Charles de Neufchâtel (1463-1498).

[8] Étienne Tristan de Salazar (1475-1519).

[9] André d'Épinay (1478-1500).

[10] Louis de Beaumont de La Forêt (1473-1492).

[11] Jean Bureau (1457-1490).

[12] Pierre de Rauchecourt (1463-1499).

[13] Pierre de Fontenay (1461-1499).

[14] Louis Raguier (1450-1483).

[15] Jean Siret (1480-1482).

[16] Guillaume Olivi, Olive ou Olivier, docteur en droit civil et canonique (1467-1486).

[17] Charles de Gaucourt. Voy. ci-dessus, p. 207, n. 4.

que eisdem similiter Facultas quod pariter visitent illa, tam die lune, de mane et de sero, quam eciam die martis, de mane. Quod et factum est.

[20 Juin.] Die martis xx Junii, comparentibus dominis doctoribus Johanne de Courcellis, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Nicolao de Grucy et me Ambrosio de Cambray, regentibus, non regentibus vero reverendo in Christo patre domino Milone d'Illers, episcopo Carnotensi, et Johanne le Gressier, cantore ecclesie Noviomensis, apud cameram dominorum super scholis, hora septima ante meridiem, qui ordinaverunt aliqua super agendis illo die, et deinde bini et bini processerunt cum dominis fratre Roberto Gaguin, Henrico Thiboust et Reginaldo de Vaccaria, vesperiatis et illo die doctorisandis, precedentibus bidellis, et in omnibus et per omnia eo ordine et modo quibus fecerant die vesperiarum precedenti, hoc dempto quod domini doctorisandi induebantur cappis doctoralibus; et processerunt usque ad locum scholarum majorum Facultatis, ubi jam convenerat infinita populi cujuslibet condicionis multitudo. Ego Ambrosius de Cambray, presidens illi actui, proposui questionem inter dominos doctores terminandam; de qua respondit multum solemniter dominus Nicolaus de Grucy, contra quem arguerunt dictus Cambray primo loco, et domini Jacobus Junii et Andreas Wasselin, ex ordinacione Facultatis. Quo peracto, idem de Cambray processit ad residuam ipsius actus consummacionem, conferendo prefatis Gaguin, Thiboust et de Vaccaria insignia alia tria doctoratus, que sunt: birreti rotundi tradicio, osculi exhibicio et cathedre assignacio, in presencia principum, prelatorum, nobilium, dominorum oratorum et plurimorum aliorum qui die sabbati precedenti interfuerant vesperiarum actui, etc. Quibus peractis, dominus Robertus Gaguin, cathedram ascendens, habuit egregiam ornatamque oracionem, gracias agendo presentibus, etc. Actu autem solemniter completo, domini doctores antiqui et novi processerunt cum cappis doctoralibus, bini et bini, juxta antiquitatem sue promocionis, usque ad collegium Lexoviense, ubi fiebat prandium, et ipsos precedebant omnes bidelli, tam generales quam particulares, et eos sequebatur infinita copia hominum graduatorum. Celebratum est autem convivium grande solemneque, omni specie ferculorum diversorum (h)abundanter refertum, in quo interfuerunt domini cardinalis, dux, comites, prelati, presidentes, nobiles, consiliarii, doctores, et alii viri graves et honesti in multitudine copiosa.

Eodem die, prandio facto, optarunt sibi interfercula tria novorum doctorum tres antiquiores doctores, videlicet dominus Johannes de Courcellis primo loco, licet Cambray diceret, racione presidencie in actu illo, sibi competere primum locum opcionis, eciam et racione officii decanatus; ego Ambrosius de Cambray elegi secundo loco, racione antiquitatis mee, et tercio ac ultimo loco habuit tercium interferculum dominus Robertus Tulleu. Dictum tamen extitit quod si

unus solus doctorisatus fuisset et fuisset unicum interferculum, illud spectasset ad doctorem presidentem; si vero duo doctorisati aut duo interfercula fuerint, antiquior doctor eligit primo loco, et sufficit quod doctor presidens habeat unum interferculum, neque decano Facultatis aliquid istorum competit, nisi racione antiquitatis sue promocionis.

Peracto prandio, domini tres novi doctores coram dominis doctoribus retractis in quadam secreta camera supplicarunt haberi def(f)ectus prandii supportatos; similiter quod Facultas ipsos vellet ad regenciam admittere. Quibus respondetur quod hora esset tarda, domini plurimum erant defatigati, et quod in crastinum dabitur ipsis responsum.

Concluditur eciam inter dominos doctores quod convivium, quod celebrari solet in crastinum actus doctoralis, celebrabitur apud ipsum collegium Lexoviense; quod et factum extitit.

(F° 59 v°). Die mercurii XXI Junii, prandium ultimum celebratur apud collegium Lexoviense multum (h)abunde tam esu ac cibariis carnium quam piscium. Quo finito, domini novi tres doctores, in presencia dominorum Johannis de Courcellis, Roberti Tulleu, Stephani de Veteri Villa, Jacobi Junii, Johannis Picart, Johannis du Pleis, Andree Wasselin, Nicolai de Grucy et Ambrosii de Cambray, regentibus (*sic*), non regentibus vero (*sic*), reverendi in Christo patris et domini domini Milonis d'Il[l]ers, episcopi Carnotensis, et Johannis le Gressier, cantoris ecclesie Noviomensis, supplicarunt super duobus: primum quod Facultas haberet def(f)ectus qui intervenerant, die vesperiarum, die martis et isto die, in conviviis pro supportatis, offerentes omnia emendare ad ordinacionem Facultatis; secundum fuit quod ipsa Facultas eos vellet ad regenciam admittere. Quibus decanus, nomine Facultatis, respondit quod, licet def(f)ectus plures intervenissent in prandio hesterno, multis tamen recte pensatis et bene digestis, et maxime quod illi def(f)ectus non eorum doctorum culpa, sed pocius magistrorum domus evenissent, volens eciam Facultas eos bene ac modeste, ut semper ante fecerat, tractare, omnes def(f)ectus supportabat et remittebat, uno excepto, cui volebat Facultas ut providerent, videlicet quia in scholis, die martis proxima, confusio tanta intervenerat quod magna pars prelatorum, dominorum de Parlamento et aliorum non habuerant birreta; et propterea expresse ipsis injungebatur quod illis dominis darentur birreta optima, et quantocius, tam pro honore Facultatis quam suo. Ad secundum respondetur quod consue[tu]do Facultatis non est novos doctores ad regenciam admittere, nisi in collegio ordinario et loco collegii apud Sanctum Johannem Lateranensem prius supplicaverint; ideo eis injungitur quod in crastinum conveniant apud Sanctum Johannem Lateranensem, in missa ordinaria, quilibet eorum cum uno cereo albe cere, ponderis quatuor librarum; et postea iterabunt suam supplicacionem, cui Facultas respondebit. 21 Jun.

[22 Juin.] Die jovis XXII Junii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

In primis distribute fuerunt tunc inter prefatos dominos tunc regentes et manualiter date omnes pec(c)unie que erant Facultatis, et antequam domini novi doctores admitterentur ad regenciam et juramenta.

Eodem die, dominus Robertus Gaguin, Henricus Thiboust et Reginaldus de Vaccaria interfuerunt misse Facultatis ordinarie, et in offertorio quilibet eorum obtulit unum cereum cere albe nove, ponderis quatuor librarum, cum uno undeno et scuto suorum insigniorum sive armorum affixis dicto cereo. Missa perfecta, ipsi in Facultate supplicarunt admitti ad regenciam. Consensu autem omnium dominorum admissi fuerunt, prestitis per eos solitis juramentis. Et fuit ordinatum quod incipiant suas lectiones future regencie hoc modo, videlicet dominus Robertus Gaguin, die lune sequenti et proxima, in majoribus scholis Facultatis, hora matutina consueta; dominus Henricus Thiboust, die sequenti martis; dominus vero Reginaldus de Vaccaria, die mercurii proxima, loco et hora consuetis. Injungitur autem domino Reginaldo de Vaccaria quod hoc presenti anno legat extraordinarium; dominus Henricus Thiboust leget anno immediate sequenti, et dominus Robertus Gaguin, alio immediate anno post dominum Thiboust sequenti. Insuper dominus Reginaldus de Vaccaria leget Decretalem in festo Nativitatis Domini; Thiboust, in festo Pasche, et Gaguin, in Penthecoste. Ad quas quidem lecturas tam extraordinarii quam Decretalium solemnium, ipsi tres domini novi doctores tenentur ordine et temporibus predictis juxta statuta et observaciones antiquas ipsius Facultatis.

[23 Juin.] Die veneris XXIII Junii, dominus Reginaldus de Vaccaria accessit ad domum decani Facultatis, hora quasi VIII post meridiem, nuncians quod, die jovis precedenti et isto die veneris similiter, accesserat ad eum major bidellus Facultatis theologie ex parte decani sue Facultatis theologie, mandans eidem domino de Vaccaria quod sibi mitteret conclusiones quas ipse, die sabbati vesperiarum, XVII Junii, in scholis majoribus tenuisset, quoniam plures magistrorum theologie male senciebant de altera predictarum conclusionum, quam et erroneam predicabant[1]. Petebat ergo idem dominus de Vaccaria dicto decano quid ipse super hac re acturus esset. Cui decanus respondit quod hora esset tarda nimis ad consulendum super hoc Facultatem aut partem dominorum doctorum ipsius; tamen

[1] C'était là une nouvelle démonstration de l'hostilité de la Faculté de théologie contre la Faculté de Décret. Comme on va le voir, grâce à l'habileté d'Ambroise de Cambray, la «consultissima Facultas» parvint à se tirer du piège que lui tendait sa sœur aînée, la «sacratissima Facultas»: celle-ci eût voulu étendre aux autres Facultés le droit qu'elle exerçait sur ses membres, particulièrement sur ses bacheliers. Cf. Ch. Thurot, ouvr. cité, p. 163.

consulebat et tanquam decanus injungebat, pro honore Facultatis Decretorum, quod ipse nullo modo, nunc aut in futurum, ad mandatum decani aut eciam tocius Facultatis theologie iret neque similiter suas conclusiones aut scripta mitteret, quoniam nichil auctoritatis haberet Facultas theologie super minimo supposito Facultatis Decretorum; quod si decanus theologie rursum ad ipsum mitteret, respondeat se super hac re Facultatem Decretorum consulere et adimplere mandata sue Facultatis.

Die sabbati xxiii Junii, decanus Facultatis Decretorum fuit hora vi de mane [23 Juin.]
apud Sanctum Mathurinum, quoniam intellexerat Facultatem theologie pro materia dicte conclusionis congregari et quibusdam particularibus theologis fuit locutus de hac re, exponens quod miraretur de Facultate theologie, que tantum auctoritatis usurpare niteretur, ut doctorem regentem Facultatis Decretorum coram se vellent convenire pro retractanda conclusione quam male positam affirmabant, affirmans quod Facultas Decretorum et ipsius supposita satis haberent authoritatis et doctrine, ut si quid male dictum foret per aliquem ipsius supposítum, illud examinare et corrigere vellent et possent; adiciens quod ubi Facultas theologie aliquid (F° 60 r°) attemptabit, Facultas Decretorum nullomodo pacietur, et si quid imputaverit supposito Facultatis, similiter et nostra Facultas vicem reddet. Sed falso imputatur domino Reginaldo id quo accusatur, et propterea videant mature et bene ponderent domini theologi quod non falso justum incusent, etc. Congregacione autem dominorum theologorum super hac re sola celebrata, et grandi inter eos questione habita, placuit majori parti, quantum decanus a pluribus theologis post meridiem accepit, quod remittenda erat hec materia Facultati Decretorum; alii vero in contrarium, et quod conclusio per solos theologos visitari deberet et approbari vel dampnari. Tandem ordinaverunt domini theologi quod vocaretur dominus Reginaldus de Vaccaria, qui suam conclusionem communicaret cum certis deputatis theologis, pro concordia componenda inter theologos et Decretistas; (et) quam conclusionem nunciavit decanus theologie decano Decretorum et domino Reginaldo de Vaccaria.

Die mercurii xxvii Junii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini [28 Juin.]
Johannes de Courcellis, Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thibonst, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray.

In eodem collegio nunciavit decanus que facta fuerant per dominos theologos, die veneris et sabbati immediate precedentibus, contra dominum Reginaldum de Vaccaria et conclusionem habitam per dominos theologos, que lacius scribuntur in precedentibus proximis duobus articulis. Sed nullomodo placuit Facultati conclusio theologorum, quod dominus de Vaccaria communicaret suam conclu-

sionem cum dominis theologis; quin pocius eidem inhibuit sub debito juramenti ne hoc faciat, etc. Et ordinatum extitit quod decanus dicat decano Facultatis theologie, nomine nostre Facultatis, quod miratur Facultas plurimum quod audeant tantum attemptare contra honorabile suppositum Facultatis nostre domini theologi et quod in illo proposito perseverent. Deputavit autem Facultas dominos Johannem de Courcellis, Robertum Tulleu, Stephanum de Veteri Villa, Jacobum Junii, Andream Wasselin et Ambrosium de Cambray ad communicandum cum ipso domino de Vaccaria super his que die vesperiarum dixerat, ut si quid correctione dignum foret, per ipsam Facultatem emendaretur. Quod et factum est, etc.

Eodem die, Petrus de Villiers pro bidello particulari domini Roberti Gaguin, Anthonius Geuffreau pro bidello domini Henrici Thiboust, et Radulphus Videt pro bidello domini Reginaldi de Vaccaria, fuerunt instituti bidelli et admissi ad juramenta descripta in libro statutorum Facultatis.

Diebus sequentibus, domini theologi continuo insteterunt ut communicaret dominus de Vaccaria cum deputatis sue Facultatis, quorum aliqui minas inferebant honori dicti domini de Vaccaria detrahere nisi hoc faceret, sed dissimulacione res dilata et protracta est usque in diem lune ultimam Julii, pro bono pacis et ne discordia inter ipsas duas Facultates grandis oriretur, quantum verisimiliter conjectari poterat ex premissis, etc.

6 Juillet.] Die jovis VI Julii, missa et collegium, et fuerunt domini vocati per cedulam pro facto domini Reginaldi de Vaccaria, eo quod aliqui dominorum theologorum, pauci tamen numero, sed hii rerum novarum cupidi atque inanis glorie avidi, et quibus adeo et tantum ab re sua est sibi oc(c)ii aliena, ut curent ea que ad eos nichil attinent; illi autem theologi nitebantur multa moliri et publicare inania jactanter atque arroganter. Ibidem interfuerunt domini Johannes de Courcelles, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray, et ibidem fuit materia aperta conclusionis quam tenuerat dominus de Vaccaria, et bene ipsa digesta, placuit Facultati illam sustinere, et concluditur quod isti sex deputati communicabunt, de gracia, cum dominis deputatis per Facultatem theologie super materia predicta. Et fuit ordinatum quod hec presens conclusio significabitur decano theologie per bidellum nostrum majorem, et non per alium, instar theologorum qui multa significari fecerant de conclusis inter eos decano Decretorum per suum bidellum majorem Facultatis theologie et istud[1] fuit significatum atque nunciatum decano Facultatis theologie per magistrum Robertum de Vado, bidellum majorem nostre Facultatis Decretorum.

[1] Ms. *ista*.

Die jovis XIII Julii, missa et collegium, quibus presentes fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray. [13 Juillet.]

Die jovis XX Julii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray. [20 Juillet.]

Die jovis XXVII Julii, missa et collegium. Presentes illis fuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray. [27 Juillet.]

Fuit nunciatum Facultati per decanum quod quidam Petrus Serises, qui gradum baccalariatus receperat in ipsa Facultate Parisius, venerat ad ipsum pro littera gradus habenda, frandulose tamen et cum viis inhonestis, etc. Fuit conclusum quod citaretur per bidellum ad diem primam collegii, etc.

Die lune ultima Julii, convenerunt apud ecclesiam Beate Marie Parisius, hora quarta post meridiem, domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin et Ambrosius de Cambray, deputati per Facultatem Decretorum, et similiter eodem loco comparuerunt domini Johannes Hue[1], decanus, Thomas Troussel, Johannes Royer et Lucas de Molendino[2], doctores theologie, per suam Facultatem deputati ad communicandum cum dominis Decretistis super facto domini Reginaldi de Vaccaria, juxta conclusionem prius habitam et scriptam supra, articulo die jovis VI Julii, etc.[3]. Postea vero quam longo satis tempore invicem steterunt, nichil dicentes in materia, nisi quod alius alium audire expectabat, (F° 60 v°) affirmans quelibet Facultas quod ad instanciam et promocionem alterius ibidem convenisset. Tandem, cum omnes utriusque Facultatis sic in confuso abire vellent, decanus Facultatis Decretorum, omnia que prius acta fuerant recitando, nunciavit ipsis dominis theologis, nomine Facultatis Decretorum, quod domini Decretiste ibidem presentes accurate visitaverant et examinaverant omnia et singula dicta atque conclusiones habitas per dominum Reginaldum de Vaccaria die vesperiarum suarum; [31 Juillet.]

[1] Jean Hue, d'Étampes, maître ès arts et docteur en théologie, après avoir été recteur de l'Université en 1451, devint doyen de la Faculté de théologie et pénitencier de Notre-Dame. Il eut, à partir de 1482, de longs démêlés avec Ambroise de Cambray au sujet de la chancellerie de Notre-Dame. Voy. Du Boulay, t. V, p. 889.

[2] Il a eu, au cours du XVe siècle, deux notables homonymes : Denis Du Moulin, patriarche d'Antioche, évêque de Paris de 1439 à 1447 (cf. *Gallia Christiana*, t. VII, col. 148), et Jacques Du Moulin, abbé de Joyenval (cf. *ibid.*, t. VIII, col. 1337).

[3] Cf. plus haut, p. 456.

et finaliter, omnibus et singulis bene ac mature digestis, repererunt ipsi sex deputati omnia et singula esse vera atque catholica, et ut talia volebat Facultas illa sustinere. Verum, quoniam domini theologi contrarium asseruerant, rogavit theologos decanus quod ipsi domini theologi illam proposicionem scripto traderent, quam recitatam per dominum Reginaldum de Vaccaria die ipsius vesperiarum et quam erroneam affirmabant; petens accusatores vel denunciatores hujus accusacionis, que injuriam irrogabat domino de Vaccaria et Facultati Decretorum; adiciens decanus quod si domini theologi aliquid falsitatis dicte proposicioni admiscerent vel eam proposicionem aliter scriberent quam dicta fuisset et recitata per dominum de Vaccaria, ipsa Facultas protestabatur ex tunc de injuriis et intendebat agere ad penam tallionis; si vero proposicionem scripto dederint sub eo tenore et sententia quibus illam dominus de Vaccaria recitavit die vesperiarum, et illam erroneam vellent affirmare et sustinere, in hoc casu domini deputati Facultatis Decretorum libenter super illa cum dominis deputatis theologie communicabunt ad eliciendam veritatem materie et ad corrigendum errorem male de ea proposicione sentencium sive theologorum sive Decretistarum. Quam proposicionem noluerunt scripto dare neque eciam verbo recitare; sed dixerunt quod in crastinum in congregacione sue Facultatis omnia referrent.

Et quantum ipse decanus accepit a quibusdam dominis doctoribus theologie in crastinum, die martis prima Augusti, domini theologi in sua congregacione non potuerunt in unum convenire super tenore dicte proposicionis, aliqui uno modo, alii alio modo affirmantes dictam proposicionem per dominum de Vaccaria fuisse recitatam; et sic tandem illa gravis, tam pregnans minarum et vehemens commocio theologorum in fumum et risum vertitur, quoniam re vera nichil aliud pro fundamento sue commocionis theologi habuerunt quam wulgo (*sic*) dictum et diversimode, ac super illo incerto, quasi pro dampnanda heresi, nimis leviter ac inaniter insurrexerant; quare non parum apud graves et bonos notati sunt, etc.

[2 Août.] Die mercurii secunda Augusti, missa et collegium. Illis affuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray.

Nunciavit decanus quod in collegio Majoris Monasterii esset quidam religiosus, non graduatus in hac Universitate, qui singulis diebus in suo collegio legeret, et scholares ab auditorio baccalariorum qui in scholis Facultatis legebant distraheret [1]. Concluditur quod domini Robertus Tulleu et de Vaccaria loquentur super hac re cum magistro dicti collegii, et postea omnia Facultati referent, que pro qualitate rei providebit.

[1] Ce religieux du collège de Marmoutier contrevenait sans doute à cet article du serment des bacheliers qui voulaient faire des leçons extraordinaires : «Non procurabitis vobis scolares.» Cf. Ch. Thurot, ouvr. cité, *Corrections et Additions*, p. 10.

Fuit et insuper nunciatum quod duo essent scholares in Facultate Decretorum Parisius, bursarii collegii de Plessiaco, qui, cum tempus acquisivissent Parisius, iverant proximis diebus Aurelianis recipere gradum baccalariatus in jure canonico, quod quidem injustissimum esse videtur, ut legens ordinarium de mane et doctores Decret[or]um suis solitis laboribus frustrentur; insuper quod Parisius vixerant studuissentque sumptibus dicti collegii, quod fundatum est ad utilitatem, honorem et augmentacionem Universitatis Parisiensis et non Aurelianensis. Concluditur quod domini Tulleu et [de] Veteri Villa loquentur cum magistro collegii, ut se informent de fundacione statutisque collegii; et relacione habita, providebitur ut fuerit racionis.

Die mercurii IX Augusti, missa et collegium. Presentes fuerunt domini Ste- [9 Août.]
phanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray.

Die jovis XVII Augusti, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus [17 Août.]
Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray.

Et quoniam, die precedenti, dominus rector Universitatis per juramentum convocaverat sex theologos, sex Decretistas, quatuor medicos et VII artistas, ut comparerent isto die jovis, hora II post meridiem, apud Sanctum Mathurinum, pro tractandis certis negociis que visceraliter ipsam Universitatem concernebant, comparuerunt domini Robertus Tulleu, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray, unus solus theologus, nullus medicus et tres artiste solum.

Die mercurii XXII Augusti, missa et collegium. Eisdem assisterunt (*sic*) domini [23 Août.]
Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray.

Ibidem recitavit dominus Nicolaus de Grucy quod executores quondam domini Jacobi Aubry deposuerant apud dominum Robertum Tulleu librum racionum et recepte Facultatis Decretorum, spectantem ad ipsam Facultatem et ad officium receptoris sive thesaurarii ipsius Facultatis, ea tamen adjecta condicione quod idem Tulleu dari faciet ipsis executoribus quittanciam generalem pro administracione recepte facte per eumdem quondam dominum Jacobum Aubry, vel eumdem librum ipsis executoribus restituet. Concluditur quod omnes domini vocabuntur per bidellum ad diem hanc proximam, hora prima post meridiem, apud cameram dominorum, super scholis Facultatis, pro examinandis compotis prefati domini Aubry, quodque illis solis qui tunc presentes erunt dabuntur sex undeni, et non

absentibus quacumque de causa, et quod, visis racionibus compoti, dabitur executoribus quittancia, prout racio dictabit, etc.

[28 Août.] Die lune xxvm Augusti, convocatis omnibus dominis doctoribus specialiter pro audiendis[1] compotis quondam domini Jacobi Aubry, thesaurarii Facultatis, et convenientibus apud cameram examinis dominis Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, (F° 61 r°) Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Nicolao de Grucy, Roberto Gaguin, Henrico Thiboust, Reginaldo de Vaccaria et Ambrosio de Cambray, et ibidem examinatis cura diligenti compotis predictis quoad factum recepte, remittitur visitacio misie in aliam diem, et cuilibet dominorum distribu[u]ntur sex undeni.

Ibidem dominus Johannes Picart supplicavit pro mensibus rigoroso et gracioso, si indiguerit. Conceditur ei et omnibus aliis dominis doctoribus similis gracia, si ea uti voluerint in totum vel in parte.

[31 Août.] Die jovis ultima Augusti, missa et collegium Facultatis, quibus assisterunt (*sic*) domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray.

Nunciavit magister Dionisius Aligret quod complevisset legere quartum librum Decretalium; quapropter supplicavit quathenus Facultas sibi ordinaret quem librum esset postea lecturus.

Exposuit eciam quod quidam monachus in collegio Majoris Monasterii, similiter et aliqui alii baccalarii extra vicum et scholas Clausi Brunelli legerent ordinarie, quibus de causis distrahebantur scholares a lectura ordinaria audienda, et quod baccalarii Decretorum qui legebant in predictis scholis volebant suas dimittere lecturas, eo quod nulli aut pauci ad eorum lecturam accedebant. Quod si huic negocio non apponetur remedium, tempore hyemis eveniet quod nulli scholares comparebunt in scholis; eligent enim pocius audire lecturam in secreta camera ubi ignis erit, quam in predictis scholis, etc. Concluditur quod domini omnes per cedulam vocabuntur in primo collegio, et tunc materia hec, que gravis est, tractabitur.

[2 Septembre.] Die sabbati secunda septembris, convenerunt apud cameram examinis super scholis domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria, absente decano, et visitato compoto misiarum factarum per dominum quondam Jacobum Aubry, compertum extitit quod misia paulo receptam excedebat.

[1] Ms. *audientis*.

Die lune quarta Septembris, reverendissimus dominus Julianus de Ronvra, [4 Septembre
episcopus Sabinensis, cardinalis vulgariter Sancti Petri ad vincula nuncupatus, nepos Sixti pape quarti, filius fratris, intravit Parisius ut legatus de latere [1], de assensu christianissimi regis nostri. Receptus cum maxima pompa, hoc expresse rege mandante, omnis civitas eidem obviam exivit in quatuor turmis diversis. Primo exivit usque ad leucam prepositus mercatorum [2], scabini, cives, mercatores et alii equites in copiosa multitudine. Secundo exivit prepositus Parisiensis cum duobus locumtenentibus, advocatis, procuratoribus, notariis et aliis officiariis, et cum omnibus clientibus civitatis, equestres ultra civitatem per mediam leucam, omnes in equis sedentes. Tercio ordine exiverunt illi de Cameris compotorum, generalium justicie, thesauri, monetarum et electorum, cum omnibus aliis officiariis eorum, usque ad quartam partem unius leuce. Ultimo loco advenit dominus cancellarius Francie cum presidentibus, magistris requestarum, consiliariis omnibus curie Parlamenti, advocatis et procuratoribus, secretariis regis atque hostiariis et aliis officiariis dicte curie. Hanc turmam concomit(t)abantur archiepiscopi numero IX, plures barones, milites et nobiles, et obviam fuerunt ad molendinum venti. Quelibet autem turma suum habuit proponentem coram legato. Viri ecclesiastici, seculares et regulares, tocius civitatis, demptis illis cathedralis ecclesie, fuerunt cum cruce, cappis et reliquiis, ab introitu suburbiorum Beate Marie de Campis, ab utroque latere circa muros stantes. In ingressu civitatis recipitur cum pallio et coopertorio super capud (*sic*) ejus, quod a scabinis civitatis deferebatur. Ante ecclesiam Sancti Stephani de Grecis fuit obviam rector Universitatis cum infinitis doctoribus, licenciatis et baccalariis singularum Facultatum, indutis cappis foderatis, cum bidellis et massis argenteis, etc. Et proposicione habita, processit cum illa pompa usque ad ecclesiam cathedralem, ubi ab episcopo et collegio canonicorum recipitur multum magnifice et cum preciosis paramentis, cantando *Te Deum laudamus*, etc. Et cum illa pompa ducitur ad domum abbatis Sancti Dionisii Parisius [3]. Omnes vici civitatis cooperti fuerunt et parietes erant ornati paramentis et tapetis, etc.

[1] Giuliano Della Rovere, cardinal de Saint-Pierre-ès-liens, le futur pape Jules II. Evêque de Carpentras, puis premier archevêque d'Avignon en 1475 (cf. *Revue des Bibliothèques*, t. VI, 1896, p. 115, n° 2), il fut, en outre, selon le *Gallia Christiana* (t. I, col. 842), légat d'Avignon en 1476 et 1485. — Sur cette entrée, voy. Félibien, *Histoire de Paris*, t. II, p. 873, où le cardinal est incorrectement appelé «Jean de la Royère»; cf. aussi, dans Du Boulay (t. V, p. 738), la lettre de Louis XI à l'Université, et la *Chronique scandaleuse* (éd. B. de Mandrot), t. II, p. 100 et n. 2.

[2] Le prévôt des marchands était alors Henry de Livres qui occupa cet office, pour la seconde fois, de 1476 à 1484. Cf. Bibliothèque nationale. *Franç.* 11476, fol. 4. — Sur sa famille voy. plus haut, p. 382 n. 1.

[3] Le prévôt de Paris était, en 1480, Jacques d'Estouteville, qui avait succédé en cette qualité à Robert, son père (1479), et qui mourut lui-même le 4 septembre 1509. *Franç.* 23398, fol. 15 v°.

[4] Les abbés de Saint-Denis possédaient à Paris un hôtel qui, bâti en 1263 par l'abbé Mathieu de

[7 Septembre.] Die jovis vii Septembris, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray.

Nunciarunt domini qui compota quondam domini Jacobi Aubry audiverant die sabbati ii Septembris precedenti, quod misia receptam excedebat; eapropter ordinatur quod quittancia detur executoribus dicti Aubry.

Supplicavit magister Dionisius Aligret, primus legens, quod Facultas vellet sibi quintum librum Decretalium assignare pro residuo lecture hujus anni et continuacione alterius anni sequentis et incipientis in festo Beati Dionisii; sed, quoniam hec supplicacio visa est dominis cavil[l]osa, eo quod singulis annis, post festum Sancti Remigii et ante festum Beati Dionisii, consuevit et tenetur quilibet legens ordinarium de mane Parisius in jure canonico venire ad Facultatem, et officium legentis pure, libere et simpliciter dimittere in manu ipsius Facultatis, et solet supplicare, si velit continuare lecturam, quod Facultas dignetur eidem committere lecturam dicti ordinarii pro anno proximo futuro, nunc vero, concedendo sibi (quod) (F° 61 v°) lecturam dicti quinti libri pro residuo hujus anni et pro continuacione futuri anni, videretur tacite idem primus legens excusatus esse a predicta supplicacione et resignacione sui officii, quam tenetur annis singulis post festum Remigii facere. Quapropter concluditur quod quintum librum Decretalium pro residuo istius anni leget, et nichilominus veniet, tempore solito, pro renunciacione officii legentis et pro assignacione alicujus libri quem placuerit Facultati pro lectura anni sequentis.

Super monacho collegii Majoris Monasterii de quo supra[1], jovis ultima Augusti, similiter de quibusdam aliis qui privatim legunt extra Clausum Brunelli, concluditur quod obtineatur a domino rectore, in vim statuti Universitatis quo cavetur ne quis in locis privatis legere audeat, inhibicio contra illos sic legentes, sub pena perjurii et aliis penis, quod amplius non legant, nisi in locis publicis ad hoc deputatis juxta statuta Universitatis; similiter omnibus auditoribus, sub eisdem penis, ne ibidem compareant; item quod similes in omnibus et per omnia fiant nomine Facultatis inhibiciones.

Posuit decanus in medium si expedire videbatur Facultati aliquid obtinere a reverendissimo domino legato[2] pro bono Facultatis, attento quod facultatem amplissimam habebat concernentem statum et factum Universitatum regni. Per plures ex dominis dictum extitit quod bonum esset impetrare quod de cetero non conficeretur rotulus in licencia, et hoc pluribus de causis et pro scrupulo consciencie domini cancellarii ecclesie Parisiensis et aliorum dominorum doctorum.

Vendôme, fut augmenté de trois maisons, en 1486, par l'abbé Jean de La Grolaye de Villiers. L'hôtel et le collège furent vendus en 1607 et «destruits en mesme temps, pour faire la rüe Dauphine, la rüe Christine et la rüe d'Anjou.» Voy. Félibien, ouvr. cité, t. I, p. 407.

[1] Cf. plus haut, p. 460.

[2] Giuliano Della Rovere.

Tamen, quia hec materia grandis et nova, concluditur quod fiat specialis convocacio dominorum per cedulam.

Fuit eciam refricata materia super eo quod de cetero inter dominos doctores omnes baccalarii essent communes. Et in hoc sermo satis prolixus habitus est inter dominos, racionibus quidem apparentibus fulcitus, quod ita fieri debeat pro bono universali Facultatis et serenitate consciencie dominorum in pluribus casibus. Concluditur quod super hoc fiet congregacio specialis dominorum per cedulam, etc.

Die mercurii XIII Septembris, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray. [13 Septembre]

Tunc exposuit decanus quod omnino erat ad presenciam regis accessurus cum magnifico domino cancellario Francie [1], et propterea consignavit librum et claves in manibus domini Nicolai de Grucy.

Recessit idem decanus die sabbati XVI Septembris. [16 Septembre.]

Rediit prefatus decanus die sabbati XXI Octobris sequentis proximi. [21 Octobre.]

Prescriptus vero dominus Nicolaus de Grucy scripto redegit ea que interim per Facultatem acta sunt, absente decano; que eidem decano tradidit in suo redditu, ut ea annotaret cum aliis actis; et illa redegit hic scripto idem decanus, ut sequitur.

Die mercurii XX Septembris, missa et collegium Facultatis celebrantur. [20 Septembre.]

Die jovis XXVIII Septembris, missa et collegium Facultatis fuerunt. [28 Septembre.]

Die jovis quinta Octobris, missa et collegium Facultatis, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin et Reginaldus de Vaccaria. [5 Octobre.]

Eodem die, magister Dionisius Aligret, primus legens, venit ad Facultatem, supplicans haberi excusatus super lectura per eum habita superiori anno, et officium dimisit in manibus Facultatis more solito, supplicans quod Facultas sibi dignetur lecturam de novo sibi committi. Quo ad partem retracto et deliberacione habita, ipsoque revocato, Facultas sibi commisit dictam lecturam pro uno anno proximo. Ex quo gracias habuit Facultati, et juramenta solita prestitit in facie Facultatis.

[1] Louis XI était, le 9 septembre, au Puy-Notre-Dame en Anjou, et le 14, à La Membre.

Eo ipso die, domini doctores adierunt Clausum Brunelli, et visitatis per ipsos scholis omnibus, quilibet dominorum sibi optavit scholam juxta ordinem sue promocionis ad doctoratum, quam deligere voluit, etc.

[12 Octobre.] Die jovis XII Octobris, missa celebrantur et collegium Facultatis.

Fuit iterum confirmata conclusio habita die jovis VII Septembris contra quemdam monachum qui privatim legebat in collegio Majoris Monasterii, et fuit obtenta monicio a domino rectore et inhibicio juxta dictam conclusionem, et mandata extitit execucioni debite. Qui quidem monachus respondit se velle mandatis domini rectoris parere, et quod amplius non leget.

[19 Octobre.] Die jovis XIX Octobris, missa et collegium Facultatis.

Eodem die, comparuit in Facultate monachus ille collegii Majoris Monasterii, et supplicavit quod Facultas eum vellet admittere ad lecturam tanquam baccalarius, paratus jura Facultatis adimplere, ea tamen condicione adjecta quod dispensetur quod legat in suo collegio, et non aliter, nec alias, etc. Placuit dominis eumdem ad lecturam ut baccalarium admittere, posteaquam eis constitit quod gradum eumdem in alia Universitate recepit, dummodo ipse in scholis publicis Facultatis legerit, et non alibi, etc.

[26 Octobre.] Die jovis XXVI Octobris, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

(F° 62 r°). Posuit in medium decanus materiam que concernit illos duos bursarios collegii de Plessiaco qui iverunt Aurelianis susceptum baccalariatus gradum, licet tempus suum Parisius acquisivissent; de qua materia lacius scribitur die mercurii secunda Augusti[1]. Concluditur quod domini Tulleu et [de] Veteri Villa adibunt dominum rectorem, et quod impetretur monicio contra omnes magistros collegiorum, quod nullomodo permittant suos bursarios transire ad alias Universitates pro gradu suscipiendo, quoniam collegia Parisius fundata sunt ad augmentum et honorem Universitatis Parisiensis, et non aliarum. Quod si impedire non potuerint, significent rectori ut contra tales procedatur juridice ad privacionem bursarum et alias penas, et nichilominus, relacione habita per dominos Tulleu et [de] Veteri Villa, juxta ea procedetur per Facultatem contra illos dominos bursarios ut fuerit juris et racionis, de consilio peritorum.

[30 Octobre.] Die martis ultima Octobris, missa et collegium. Presentes fuerunt domini Ro-

[1] Cf. plus haut, p. 459.

bertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Nicolaus de Gruey, Henricus Thibonst, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray.

Isto die, concluditur quod domini resument suas lectiones doctorales die jovis IX Novembris proxima, et ad illam diem decanus convocabit omnes dominos doctores regentes, specialiter et per cedulam, ad providendum de officiis decanatus et thesaurariatus.

Item magister Jacobus Lescure, baccalarius in jure canonico Parisius, presentavit certas conclusiones Facultati, de quibus intendebat respondere; supplicavit quod de ipsis responderet in majoribus scholis Facultatis, et sibi Facultas presidentem assignaret. Dictum extitit quod per dominum Henricum Thibonst visitabuntur; quas si probabiles et honestas reperit, eidem deputatur presidens; sin minus, illas habeat corrigere.

Acta fuerunt et conclusa superius scripta in consultissima Facultate Decretorum Parisius, a die mercurii decima mensis Novembris anni Domini mil[l]esimi iiii^c septuagesimi noni, usque ad diem jovis nonam similis mensis Novembris anni Domini mil[l]esimi quadringentesimi octuagesimi. — A. de Cambray.

II

COLLATION DES GRADES ET HARANGUES.

1. DOCTORATS.

Robertus Gaguin (P. 439 et suiv.).
Henricus Thiboust (P. 440 et suiv.).
Reginaldus de Vaccaria (P. 444 et suiv

2. LICENCES.

(F° 56). Sequitur ordo positis in rotulo confecto per dominos doctores Facultatis Decretorum Parisius inter sex licenciatos, die lune xxiiii [Aprilis], anno Domini m° iiii^c lxxx°, cum annotacione ad singulos super opcione ipsorum facta per dominos doctores regentes.

Frater Robertus Gaguiu.....	Hunc adoptavit d. Johannes de Courcellis.
Petrus Emeri.....	D. Robertus Tulleu.
Germanus Volandi.....	Ambrosius de Cambray.
Nicolaus Chappelle.....	D. Jacobus Aubry.
Thomas de Bellengues.....	D. Stephanus de Veteri Villa.
Petrus Charron.....	D. Jacobus Junii.

3. BACCALAURÉATS.

(F° 62 v°). Secuntur nomina eorum qui per consultissimam Facultatem Decretorum Parisius fuerunt admissi ad gradum baccalariatus in jure canonico, a die mercurii decima mensis Novembris anni Domini mil[l]esimi iiii^c septuagesimi noni, usque ad diem jovis ix similis mensis Novembris anni Domini mil[l]esimi iiii^c octuagesimi.

xxiiii Novembris.. Die mercurii xxiiii Novembris, anno Domini mil[l]esimo iiii^c lxxix, Johannes Malingre, clericus, Senonensis diocesis, qui die jovis xviii precedenti ejusdem mensis supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et cujus visitatis cedulis, fuerat per decanum sibi Decretalis pro examine assignata, fuit ad

eumdem gradum baccalariatus admissus, examine premisso. Qui prestitit solita juramenta et pro bursis solvit duo scuta auri cum dimidio.

VII Decembris. . . . Die martis VII Decembris, frater Philip[p]us Cousin, religiosus monasterii Sancte Genovefe Parisius, ordinis Sancti Augustini, qui in collegio precedenti supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et ipsius cedulis visitatis Decretalique pro examine per decanum assignata, fuit admissus ad gradum predictum, examine premisso, et prestitis per ipsum solitis juramentis, solvit pro bursis quatuor scuta auri.

X Decembris. . . . . Die veneris X Decembris, Robertus Davenes [1], clericus, Morinensis diocesis, qui die VII precedenti supplicavit pro examine gradus baccalariatus in Decretis, cujus visitatis cedulis Decretalique assignata, posteaquam examinatus extitit, admissus fuit ad dictum gradum, prestitit solita juramenta, et solvit pro bursis tria scuta auri.

XVII Februari. . . . Die jovis XVII Februarii, Nicolaus le Bossuat, alias Rigolet, clericus Cenomanensis, qui in collegio precedenti supplicaverat pro examine gradus baccalariatus, sibi Decretali assignata et ipsius visitatis cedulis, fuit admissus ad eumdem gradum, examine precedenti; qui solita prestitit juramenta, et pro bursis solvit duo scuta cum medio.

VI Februarii. . . . . Die lune VI Februarii, frater Jacobus de Canteleu [2], ordinis Sancti Benedicti, Noviomensis diocesis, qui in collegio precedenti supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus in Decretis, cui decanus substitutus [3], post visitacionem suarum cedularum, Decretalem assignavit pro examine, fuit admissus ad prefatum gradum, examine premisso, et prestitis per eum solitis juramentis, solvit pro bursis quatuor scuta auri.

X Februarii. . . . . Die jovis X Februarii, Guillelmus Barre, clericus, Lingonensis diocesis, et Petrus Boisselli, clericus, Parisiensis diocesis, qui die lune VI precedenti supplicaverant admitti ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, eisdemque fuerat Decretalis pro examine assignata, admissi extiterunt ad gradum predictum, examine precedenti, prestiterunt solita juramenta, et pro bursis solverunt quilibet duo scuta cum dimidis.

XVIII Marcii. . . . . Die sabbati XVIII Marcii, Johannes Courault [4], clericus, de Parisius,

[1] Plus loin, il est enregistré sous le nom de Robert Damiens.

[2] Le 24 novembre 1484, «frère Jacques de Canteleu, prieur de Mery sur Seine, escolier à Paris, [plaide au Chastellet] contre m. Nicole de La Place, administrateur du prieuré de Planxy sur Aube». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 307. — Il était probablement parent de Guillaume de Canteleu, docteur en Décret, qui plaide au Châtelet, le 7 juillet 1467, avec Guillemette de Troyes, veuve d'Eustache de Canteleu. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 9; cf. p. 193 et 196. Guillaume avait un frère, Jean, qui était conseiller au Parlement. *Ibid.*, p. 11, 12, 15, 16 et 98.

[3] Jacques Aubry.

[4] Les Courault occupèrent au XVe siècle divers offices de judicature. Les registres du Châtelet mentionnent, en 1467 et 1479, Andry Courault, conseiller du Roi au Trésor, puis conseiller au Parlement (*ibid.*, p. 15 et 190); — en 1473 et

qui in collegio precedenti supplicaverat pro examine baccalariatus, cujusque cedulis visitatis et Decretali pro examine assignata (*sic*), fuit admissus ad gradum baccalariatus prescriptum, examine precedenti, et per ipsum solitis prestitis juramentis, solvit pro bursis quatuor scuta auri.

xxii Marcii..... Die mercurii xxii Marcii, Johannes Philippi, clericus, Baiocensis diocesis, et frater Andreas Daumouche, presbiter, religiosus ordinis Sancti Benedicti, monasterii Sancti Petri de Cultura, Cenomanensis diocesis, qui in collegio precedenti supplicaverant pro examine gradus baccalariatus in jure canonico, quorum visitatis cedulis et Decretali pro examine assignata (*sic*), fuerunt admissi ad dictum gradum, examine previo, prestiterunt ambo solita juramenta et solverunt pro bursis quilibet eorum duo scuta cum dimidio auri.

xvii Marcii..... Die lune xvii Marcii, in camera examinis, Guillelmus Militis, magister in artibus et [in] legibus baccalarius, diocesis Baiocensis, qui in collegio, die xxii precedenti, supplicaverat recepi in examen gradus baccalariatus, et sibi fuerat per decanum Decretalis pro examine assignata, fuit admisssus ad prefatum gradum, examine precedenti, et prestitis per eum solitis juramentis, solvit pro bursis tria scuta auri.

vi Aprilis..... Die jovis vi Aprilis anni Domini millesimi m^c^ octuagesimi, magister Robertus de Lestang, in artibus magister, Cenomanensis diocesis, et Michael de Beaumont, in artibus magister, clericus, Turonensis diocesis, qui in collegio novissimo supplicaverant admitti ad examen gradus baccalariatus, et ipsis Decretali assignata pro examine, fuerunt in camera examinis admissi ad gradum baccalariatus predictum, examine premisso, et prestiterunt solita juramenta, et eorum quilibet solvit pro bursis tria scuta auri.

xx Aprilis..... Die jovis xx Aprilis ejusdem anni, frater Ludovicus de Paris, clericus, de Parisius, religiosus et thesaurarius monasterii Sancti Dionisii in Francia, frater Johannes Dasserii, ordinis Sancti Benedicti, Pictavensis diocesis, frater Guischardus de Royeria, ordinis Sancti Augustini, Lemovicensis diocesis, Petrus Generis, clericus, Authisiodorensis (F° 63 r°) diocesis, et Petrus Gourault, clericus, Senonensis diocesis, qui in collegio precedenti supplicaverant admitti ad examen gradus baccalariatus in Decretis, et ipsis Decretali assignata pro futuro examine, fuerunt admissi ad dictum gradum baccalariatus, premisso examine, et prestitis per ipsos juramentis solitis, solverunt pro bursis, videlicet de Paris tria scuta; Gasserii (*sic*), tria scuta cum medio; cum quibus dispensatur de invitacione dominorum doctorum; de Royeria, duo scuta et xvi duodenos; Generis, duo scuta, xi undenos et duos xii^nos^, et Gourault, duo scuta auri.

xvii Maii..... Die mercurii xvii Maii, Michael Bonnichaudi, presbiter, Lemovicensis

1474, Adam Courault, avocat au Parlement, puis conseiller au Trésor (*Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 29, 58 et 83); — en 1479 et 1484, Jean Courault l'aîné et le jeune (*ibid.*, p. 190 et 295); — en 1499, Jean Courault, procureur au Parlement (*ibid.*, vol. 765, p. 288).

diocesis, qui in collegio precedenti supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus, et sibi fuerat Decretalis pro examine assignata, fuerat [1] ad predictum gradum admissus [2], examine previo; qui solita prestitit juramenta et solvit pro bursis quatuor scuta auri, quorum duo sunt cum sole, et dispensatur de invitacione.

v Junii..... Die jovis v Junii, Johannes de Conesmes [3], clericus, Cenomanensis diocesis, qui die mercurii ultima Maii supplicaverat admitti ad examen gradus baccalariatus, et per decanum sibi fuerat Decretalis assignata, admittitur ad dictum gradum, examine premisso, et prestitis per ipsum solitis juramentis, solvit pro bursis quatuor scuta cum medio auri, et secum dispensatur super invitacione, etc.

XXII Junii..... Die jovis XXII Junii, Adam Redchef, clericus, Morinensis diocesis, de villa Callesii, qui die jovis XV precedenti in collegio supplicaverat pro examine ad gradum baccalariatus in jure canonico, et ipsius visitatis cedulis, sibi fuerat per decanum Decretalis pro dicto examine assignata, admissus extitit ad predictum gradum, examine premisso, et prestitis per ipsum solitis juramentis, solvit pro bursis quinque scuta auri, secumque dispensatur super invitacione solita.

XXIX Junii..... Die jovis XXIX Junii, dominus Robertus Fortis, presbiter, Rothomagensis diocesis, qui die precedenti XVIII in collegio supplicaverat recipi ad examen gradus baccalaciatus in Decretis, et quia se dicebat fuisse scholarem quondam domini Jacobi Aubry, et pro suo doctore delegisse dominum Robertum Gaguin, nec ideo poterat ex littera testimoniali quondam dicti Aubri fidem facere de tempore acquisito, ut moris est, fuit sibi injunctum quod per testes doceret de tempore sic acquisito; quia vero ipse Fortis, cogente nec(c)essitate quam declaravit, erat omnino recessurus die sabbati, summo mane, nec infra sex menses rediturus, ordinatur(que) quod compareat apud domum decani cum testibus in crastinum, et sibi per decanum Decretali assignata pro examine, ipso die jovis XXIX, comparentibus dominis Nicolao de Grucy, Roberto Gaguin, Henrico Thiboust et Ambrosio de Cambray apud domum dicti decani, prefatus Fortis probavit tempus suum per dominum Johannem de Puteo, presbiterum, Sagiensis diocesis, et Guillermum Milet, clericum, Pictavensis diocesis, et post examen de ydoneitate sua factum atque litteratura fuit admissus ad gradum baccalariatus, prestititque solita juramenta, et pro bursis solvit tria scuta cum dimidio auri, dispensaturque super solita invitacione.

[1] Ms. *fuerunt*.

[2] Ms. *admissi*.

[3] Le 18 mai 1484, sire Jean de Coesmes, escolier à Paris, ayant droit de Pierre de Conesmes, son frère, et noble homme François, seigneur de Conesmes, de Corbon et de Neubourg, [plaide au Chastellet] contre messire Guillaume Poitevin, prestre». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 295; cf. p. 253. — Voy. Victor Advis, *Les Coesmes, seigneurs de Lucé et de Pruillé*, 1re partie (Mamers, 1884, in-8°), p. 244 et 246 (extrait de la *Revue histor. et archéol. du Maine*).

xx Julii. . . . . Die jovis xx Julii, Johannes Garnier, magister in artibus, clericus, Nivernensis diocesis, Guillermus Valoris, presbiter, magister in artibus, Cenomanensis diocesis, Petrus Kamdig, Constanciensis diocesis in Alamania, et Johannes Theodorici, presbiter, Carnotensis diocesis, qui die jovis xiii precedenti supplicaverant recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et eorum cedulis visitatis, fuerat per decanum Decretalis assignata pro examine, fuerunt admissi ad dictum gradum, examine premisso, et prestitis per singulos eorum solitis juramentis, solverunt pro bursis : Garnier, tria scuta cum medio, Valoris et Kamdig, quilibet tria scuta, et Theodorici, duo scuta cum medio auri.

xxviii Julii. . . . . Die jovis xxviii Julii, Johannes Enguerrand, magister in artibus, clericus, Ebroicencis diocesis, qui die jovis precedenti supplicaverat recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, cujusque visitatis cedulis fuerat per decanum Decretalis pro examine assignata, fuit admissus ad prefatum gradum, examine premisso, et per ipsum prestitis juramentis solitis, solvit pro bursis tria scuta auri.

ii Augusti. . . . . Die mercurii secunda Augusti, nobiles Bartholomeus de Lastic et Bernardus, alias Leonardus, de Lastic [1], fratres, clerici, Sancti Flori diocesis, qui [die] jovis precedenti supplicaverant recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, quorumque visitatis cedulis fuerat per decanum Decretalis assignata pro examine, admissi fuerunt ad dictum gradum, et prestitis per eos solitis juramentis, solverunt, quilibet eorum, duo scuta cum medio auri.

vii Septembris. . . . Die jovis vii Septembris, Johannes de Saint Yon [2], magister in arti-

[1] Barthélemy et Bernard (ou Léonard) de Lastic appartenaient sûrement à la famille de Jean de Lastic, trente-cinquième grand-maître de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem, de 1437 à 1454.

[2] La famille parisienne des Saint-Yon avait des attaches avec le Châtelet, auquel Jean devait aussi se rattacher en qualité d'avocat. Le 21 octobre 1478, un premier Jean de Saint-Yon est «institué examinateur, au moyen de la resignation de m. Henry le Fèvre, par lettres données au Plessis lez Tours le 12 de ce mois», et, le 29 novembre suivant, il est «subrogé en toutes les besongnes à m. Henry le Fèvre». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 158 et 164. — Le même Jean émancipe, le 3 octobre 1482, son fils Philippe, à qui est donné comme curateur Jacques de Saint-Yon, procureur au Châtelet, son cousin. *Ibid.*, p. 725. — Le 9 août 1473, Jacques de Saint-Yon et Marc de Saint-Yon, son frère, bacheliers en lois, sont reçus avocats au Châtelet. Le 16 novembre 1481, Jacques, alors procureur au Châtelet, émancipe son fils Jacques, âgé de 14 ans. Le 18 juillet 1482, il est reçu notaire au Châtelet au lieu de Robert Allaire, en vertu de lettres données à Beaugency le 8 juillet 1482. *Ibid.*, p. 35. 247 et 269. — Mais, comme on va le voir, les Saint-Yon occupaient aussi dans le commerce parisien une situation considérable. Le 22 décembre 1482. «Loys de Saint Yon, juré de la grande boucherie et lieutenant du grand maistre des bouchers de Paris, s'oppose à ce que aucun ne soit receu à estailler ou tenir autre nouvel estail en la ville et fauxbourgs autre que ceux qui y sont». *Ibid.*, p. 282. — Le 12 juillet 1491, Louis est qualifié de «maistre de la grande boucherie». *Ibid.*, vol. 765, p. 72. — Le 18 janvier 1482 [1483], «au tesmoignage de Marie Alaire, veuve de feu Jacques de Saint Yon, mère, m. Jehan de Saint Yon, maistre ès ars, *bachelier en Decret*, frère, m. Loys de Saint Yon, oncle, m. Jehan de Saint Yon, examinateur, Adam de Saint Yon, escuyer, m. Jacques de Saint Yon, m. Jehan des Friches, cousins

bus, clericus, de Parisius, qui die mercurii precedenti supplicaverat recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et visitatis ipsius cedulis fuerat per decanum Decretalis pro futuro examine sibi tunc assignata, (F° 63 v°) fuit admissus ad eundem gradum, examine premisso, prestitisque per eum solitis juramentis, solvit pro bursis quinque scuta auri.

xxv Septembris... Die lune xxv septembris, Johannes Morelli [1], magister in artibus, Lugdunensis, Georgius Porcherii, clericus, Nivernensis diocesis, et Johannes Gouberti, Ebroicensis diocesis, qui die mercurii precedenti supplicavera[n]t recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, et ipsorum cedulis visitatis fuerat Decretalis pro examine assignata, fuerunt in camera scholarum admissi ad gradum predictum, examine precedenti; qui solita prestiterunt juramenta, et pro bursis solverunt, Porcherii, duo scuta cum medio; alii duo, quilibet solvit duo scuta auri.

xii Octobris..... Die jovis xii Octobris, Nicolaus Juvenis [2], magister in artibus, presbiter, Rothomagensis, qui die jovis immediate precedenti supplicaverat recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico, cujusque visitatis cedulis fuerat Decretalis pro examine premisso, et per ipsum prestitis juramentis solitis, solvit pro bursis tria scuta auri, et dispensatur super invitacione dominorum doctorum.

xxiii Octobris.... Die martis xxiii Octobris, Petrus Caroli, magister in artibus, clericus, Ruthomagensis diocesis, Nicolaus Militis, presbiter, Ambianensis, et Petrus Part, clericus, Morinensis diocesum, qui die jovis xxv precedenti in collegio supplicaverant recipi ad examen gradus baccalariatus in jure canonico; quorum visitatis cedulis et per deca-

paternels, Robert Alaire, Jacques Alaire, oncles maternels, m. Victor Ferrant, Loys du Cayet, cousins maternels, à cause de leurs femmes, de Jacques, Marie, Adrian, Jehanne, Ysabeau, Eustache et Gillette, enfans mineurs dudit deffunt et veufve, ont esté donnez tuteurs ladite veufve et Adrien de Saint Yon». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 283 — Le 16 mai 1485, Jean de Saint-Yon, licencié ès lois, est reçu avocat au Châtelet. *Ibid.*, p. 323. — Le 20 juin 1489, «honorables hommes Jehan de Saint Yon, advocat au Chastellet de Paris, maistre chief de la grant boucherie de Paris, Perrot de Ladehors, Jehan de Ladehors, Pierre de Livres, jurez, m. Odo de Saint Yon, Jacques de Saint Yon l'aisné, Pierre Thibert et Adrian de Saint Yon, tous maistres en icelle boucherie», comparaissent au Châtelet. *Ibid.*, p. 397. — Le 3 septembre suivant, «honorable homme et sage m. Guillaume Emery, advocat au Chastelet, tuteur et curateur de Jeanne Geuffrou, à présent femme de m. Jehan de Saint Yon, advocat au Chastelet, et de m. Loys Geffron, maistre ès ars, frères et seur, enfans et heritiers de feu Loys Geuffrou, advocat au Chastellet, et Marie Nicolas, sa femme, [plaident] contre ledit Jehan de Saint Yon. Dit est que ledit Saint Yon comparoistra parlevant Guillaume Boucher, examinateur, commis à veoyr le compte dudit m. Guillaume Emery de l'administration des biens qu'il a eu desdits mineurs». *Ibid.*, vol. 764, p. 407. — Le 3 avril 1489 [1490], «honorable homme et sage m. Claude de Saint Yon, bachelier en loix, a esté receu advocat au Chastelet et a fait serment». *Ibid.*, p. 438.

[1] En 1496 [1497], Jean Morel ou Moreau, licencié en Décret, se présente à la collation de l'abbé de Saint-Martin de Savigny, diocèse de Lyon, et à celle de l'abbé d'Ainay, de l'Ordre de Saint-Benoît, même diocèse. *Arch. de l'Univ. de Paris*, vol. 50, fol. 15 v°.

[2] En 1492 [1493], Nicolas Lejeune, prêtre, maître ès arts et licencié en Décret, se présente à la collation du prieur de Saint-Martin-des-Champs et à celle de l'évêque et du chapitre de Coutances. *Ibid.*, vol. 49, fol. 25 v°.

num Decretali pro examine assignata (*sic*), fuerunt admissi ad predictum gradum baccalariatus, et prestitis per eorum quemlibet solitis juramentis, solverunt pro bursis, videlicet Caroli et Part, quilibet ipsorum, duo scuta cum medio, et Militis, tria scuta auri.

A die mercurii decima mensis Novembris anni Domini mil[l]esimi quadringentesimi septuagesimi noni usque ad diem jovis nonam similis mensis anni sequentis mil[l]esimi IIII^{c} octuagesimi, admissi fuerunt ad gradum baccalariatus in jure canonico Parisius triginta quinque numero persone. — XXXV. — A. de Cambray.

III

LECTURES DES BACHELIERS.

(F° 64 r°). Sequitur copia cedularum quas singulis annis, juxta statuta consultissime Facultatis Decretorum Parisius, tenentur baccalarii in jure canonico expedire a decano ipsius Facultatis, et eas proclamari facere in majoribus scholis per bidellum majorem Facultatis predicte; alias ipsi baccalarii non acquirunt tempus ad licenciam in eodem jure obtinendam. Quarum cedularum debito modo expeditarum a die mercurii x Novembris anni Domini mil[l]esimi iii^c lxxix usque ad diem jovis similis mensis anni sequentis octuagesimi tres tamen prime cedule, hic inferius scripte, sunt de mense Octobris lxxix, que incuria majoris bidelli non fuerunt date decano, et propterea non suo loco regesthate sunt.

Theobaldus le Bastier, clericus, Belvacensis diocesis, baccalarius in jure canonico Parisius, in nonis Beate Marie incipiet quintum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini mil[l]esimo quadringentesimo septuagesimo nono, die xvi mensis Octobris.

Ludovicus de Villiers, nobilis, clericus, Belvacensis diocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet secundum librum Decretalium in scholis magnis anterioribus Facultatis, pro secundo anno et secundo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense immediate scriptis, die vero xxi.

Dionisius Burelli, presbiter, Rothomagensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die immediate suprascriptis.

Johannes Malingre, in artibus magister et in Decretis baccalarius, clericus, Senonensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno predicto, die vero xviii mensis Novembris.

Frater Filip[p]us Cousin, religiosus ordinis Sancti Augustini, de Parisius oriundus, baccalarius in jure canonico, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco annoque quibus immediate supra, die vero vii mensis Decembris.

Robertus Damiens, clericus, Morinensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero xi.

Ludovicus Placier, presbiter, Cenomanensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti

Sabaudie, pro secundo anno et secundo volumine lecture sue. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero xxvm.

Petrus Basogers, in artibus magister et Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro secundo anno et secundo volumine lecture sue. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Nicolaus de Boussat, alias Rigolet, clericus, Senonensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum loco, anno quibus supra immediate, die vero xix mensis Februarii.

Michael de Beaumont, presbiter, in artibus magister et in Decretis baccalarius, Turonensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis superioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum Parisius, anno Domini mil[l]esimo m^e^ octuagesimo, die vm mensis Aprilis.

Robertus de Lestang, presbiter, in artibus magister et in Decretis baccalarius, Cenomanensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Frater Ludovicus de Paris, religiosus ordinis Sancti Benedicti, monasterii Sancti Dionisii in Francia thesaurarius, in jure canonico baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis magnis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense immediate supra scriptis, die vero xii.

Guillermus Barthelemi, in artibus magister et Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

(Fol. 64 v°). Frater Johannes Dassier, ordinis Sancti Benedicti, Pictavensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium in scholis superioribus ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero xxvm.

Adam Radchef, clericus, Morinensis diocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis ma(n)gnis anterioribus Facultatis, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco et anno quibus immediate supra, die vero xxiii mensis Junii.

Robertus Fortis, presbiter, Rothomagensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet quintum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco annoque immediate scriptis supra, die vero prima mensis Julii.

Petrus Kamdig, in artibus magister et Decretis baccalarius, clericus, Constanciensis diocesis in Almania, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense suprascriptis immediate, die vero xxii.

Johannes Thierri, presbiter, Carnotensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra scribitur.

Johannes Enguerrand, clericus, Ebroicensis diocesis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium

Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, die et mense quibus immediate supra scribitur.

Johannes Garnier, clericus, Nivernensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo volumine sue lectore. Datum loco, anno et mense supra immediate scriptis, die vero XXIX.

Guillermus Valoris, presbiter, in artibus magister, in Decretis baccalarius, Cenomanensis diocesis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Leonardus de Lastic, nobilis, clericus, Sancti Flori diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Scuti Jherosolimitani, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco et anno quibus immediate supra, die vero VII mensis Augusti.

Bartholomeus de Lastic, nobilis, clericus, Sancti Flori diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XVI.

Johannes de Saint Yon, in artibus magister et in jure canonico baccalarius, clericus, de Parisius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Sancti Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco anno, que supra immediate scriptis, die vero XII mensis septembris.

Johannes Gobert, clericus, Ebroicensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabaudie, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XXVIII.

Dionisius Burelli, presbiter, Rothomagensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet quintum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro quarto anno et quarto volumine lecture sue. Datum loco et anno supra immediate scriptis, die vero XI mensis Octobris.

Johannes de Saint Yon, in artibus magister et Decretis baccalarius, clericus, de Parisius, in nonis Beati Jacobi incipiet secundum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro secundo anno et secundo volumine lecture sue. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra scribitur.

Guillermus de Ladehors, clericus, de Parisius, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet secundum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, pro secundo anno et secundo volumine lecture sue. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra scribitur.

Odetus Macheco, presbiter, Remensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet sextum librum Decretalium in scolis secundis inferioribus Facultatis, pro quinto anno et quinto volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra.

Ludovicus de Villiers, nobilis, clericus, Belvacensis diocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet tercium librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro tercio anno et (F° 65 r°) tercio volumine lecture sue. Datum Parisius, anno octuagesimo, die XII mensis Octobris.

Jacobus de Vaubelon, clericus de Parisius, in jure canonico baccalarius, in nonis Beate

Marie incipiet quintum librum Decretalium in scholis magnis superioribus Facultatis, pro quinto anno et quinto volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra scribitur.

Nicolaus Juvenis, in artibus magister et Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Scuti Sabandie, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XIIII.

Jacobus Lescure, in artibus magister et in jure canonico baccalarius clericus Rothomagensis, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium in scholis magnis superioribus Facultatis, pro tercio anno et tercio volumine sue lecture. Datum loco, anno, mense et die quibus immediate supra scribitur.

Johannes Morelli, presbiter, Lugdunensis diocesis, in artibus magister et Decretis baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Sancti Johannis Baptiste, pro secundo anno et secundo volumine lecture sue. Datum loco, anno et mense quibus immediate supra, die vero XVI.

Nicolaus Militis, in artibus magister et in Decretis baccalarius, Ambianensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet secundum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine lecture sue. Datum loco, anno et mense predictis immediate, die vero XXVI.

Petrus Caroli, in artibus magister et in jure canonico baccalarius, clericus, Rothomagensis diocesis, in nonis Beate Marie incipiet primum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum loco, anno et mense immediate scriptis superius, die vero XXVII.

Johannes Part, clericus, Morinensis diocesis, in Decretis baccalarius, in nonis Beati Jacobi incipiet primum librum Decretalium in scholis anterioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro primo anno et primo volumine sue lecture. Datum anno, mense et die ac loco immediate supra scriptis.

Johannes de Haucourt, presbiter, diocesis Sagiensis, baccalarius in jure canonico, in nonis Beate Marie incipiet sextum librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Castri, pro sexto volumine et sexto anno lecture sue. Datum anno et loco quibus immediate supra, die vero mensis Novembris quarta.

Germanus des Bordes, clericus, Authisiodorensis diocesis, baccalarius in Decretis, in nonis Beati Jacobi incipiet secundum librum Decretalium in scholis superioribus, ad intersignium Beati Eustacii, pro secundo anno et secundo volumine lecture sue. Datum Parisius, die XV mensis Octobris, anno Domini M° III^c LXXIX°.

Germanus des Bordes, clericus, Authisiodorensis diocesis, in jure canonico baccalarius, in nonis Beate Marie incipiet tercium librum Decretalium in scholis inferioribus, ad intersignium Beati Johannis Baptiste, pro tercio anno et tercio volumine lecture sue. Datum Parisius, anno Domini mil[l]esimo III^c octuagesimo, die XXI mensis Octobris [1].

A DIE XIV MENSIS OCTOBRIS ANNI DOMINI MIL[L]ESIMI QUADRINGENTESIMI SEPTUAGESIMI NONI USQUE AD DIEM XVII SIMILIS MENSIS OCTOBRIS ANNI DOMINI MIL[L]ESIMI IIII^c OCTUAGESIMI, NUMERUS OMNIUM CEDULARUM PRO VOLUMINIBUS BACCALARIORUM EST XL. — A. DE GAMBRAY.

[1] Ces deux dernières mentions ont été ajoutées par Ambroise de Cambray au-dessous de sa signature, c'est-à-dire quand il avait déjà clos sa liste.

DÉCANAT D'AMBROISE DE CAMBRAY.

(NOVEMBRE 1480-NOVEMBRE 1481.)

I

DÉLIBÉRATIONS DE LA FACULTÉ.

Anno Domini mil[l]esimo quadringentesimo octuagesimo, die jovis nona mensis Novembris, convocacione facta per cedulam omnium et singulorum dominorum doctorum regencium in consultissima Facultate Decretorum Parisius, ad ipsam diem IX, apud Sancti Johannis Lateranensis ecclesiam, hora octava, specialiter pro eligendis novis aut continuandis decano et thesaurario ipsius Facultatis, et eodem in loco, post absolutas primas anni istius lectiones doctorales, comparentibus honorandis patribus dominis Johanne de Courcellis, Roberto Tulleu, Stefano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Nicolao de Gruey, Roberto Gaguin, Henrico Thiboust, Reginaldo de Vaccaria et me Ambrosio de Cambray, doctoribus in eadem Facultate Parisius regentibus, absentibus vero domino Johanne Picart, regente, et reverendo in Christo patre et domino domino Milone d'Illiers, episcopo Carnotensi, Nicolao de Conty et Johanne le Gressier, non regentibus, posteaquam, more solito, honorandus dominus Nicolaus de Gruey, thesaurarius, et ego de Cambray, decanus, supplicavimus haberi pro supportatis et excusatis circa nobis commissorum administracionem officiorum dicte Facultatis, quodque rata et grata per nos gesta ipsa Facultas habere vellet, consignavimus in manibus reverendi domini Johannis de Courcellis, tanquam antiquioris doctoris et ob hoc decani naturalis, libros, claves et regestra que dicta officia respective concernebant, et ipsa officia in manibus Facultatis pure, libere et simpliciter resignando, prefati domini doctores regentes, eandem Facultatem representantes, in primis probarunt et ratum habuerunt quicquid per dictum dominum de Gruey et me gestum fuerat in dictis officiis, processeruntque ad electionem dictorum officiorum modo qui sequitur : [1480, 9 Novembre.]

Dominus de Courcellis me continuavit; ego Ambrosius de Cambray elegi dominum Gaguin; dominus Tulleu elegit dominum de Veteri Villa; dominus de Veteri Villa elegit dominum Tulleu; dominus Jacobus Junii elegit dominum de Veteri Villa; dominus Johannes du Pleis continuavit me; dominus Andreas Wasselin elegit dominum de Veteri Villa; dominus Nicolaus de Gruey elegit dominum de Veteri Villa; dominus Gaguin continuavit me; dominus Henricus

Thiboust me continuavit; dominus Reginaldus de Vaccaria, se ostendens perplexum, his verbis aut similibus in effectu usus est : « Video duos coelectos pari votorum suffragio, et a dominis plures hinc inde raciones audivi tam pro continuacione antiqui decani quam electione domini de Veteri Villa, adeo ut nesciam quam partem deligere. Cuperem saniorem partem sequi, et propterea in illam consencio. » Tunc dominus de Courcellis eidem dixit quod hoc dicere nichil esset, et quod nominatim alterum ipsorum eligeret. Cui respondit dominus de Vaccaria : « Novus sum in Facultate, et ipsius facta ignoro, et similiter quis ipsorum coelectorum nunc Facultati utilior. Quia vero honorandus dominus Johannes de Courcellis omnia Facultatis negocia novit, et intelligit quis ipsorum futurus sit Facultati fructuosior, ideo votum meum libere remitto in ipsum dominum de Courcellis, quod pro illo concludat et munimenta officii assignet illi quem judicaverit utiliorem. » Tunc dominus Johannes de Courcellis michi munimenta dicti officii, librum et claves dedit, etc., sic me reputando et judicando decanum. Dominus vero Nicolaus de Grucy fuit continuatus in thesaurarium Facultatis, et similiter eidem munimenta officii illius tradidit dominus Johannes de Courcellis.

Eodem die, magister Robertus du Gué, major bidellus, et Claudius Poculot, subbidellus dicte Facultatis, more solito supplicarunt in Facultate haberi pro excusatis in administracione officiorum bidellatus, deponentes in manibus dicte Facultatis tam officia quam virgas argenteas sive massas, imprecantes quathenus ipsis dignetur de novo Facultas committere ex(e)ercicium dictorum officiorum. Domini vero prefati, saltim major pars eorum eisdem du Gué officium majoris, Poculot vero minoris bidellatus pro hoc anno futuro solum commiserunt, et eisdem prefatas virgas restituerunt ac tradendo commiserunt. Qui ambo solita prestiterunt juramenta.

Item Johannes de Villiers[1], Senonensis diocesis, supplicavit pro expedicione littere sui gradus baccalariatus; quod quidem eidem conceditur, probatis probandis; et post aliquot dies dicta littera extitit expedita.

[16 Novembre.] Die jovis XVI Novembris, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray.

[1] Les registres du Châtelet mentionnent, à la date du 2 janvier 1492 [1493], « Jehan de Villiers, doyen de Bourges, escolier à Paris », en même temps que « noble homme et sage m. Estienne de Villiers, sieur de Marchestreux ». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 163. — Le *Gallia Christiana* (t. II, col. 113) place la nomination de Jean de Villiers comme doyen de Bourges vers 1493; en 1517, il est vicaire général de l'archevêque Antoine Bohier. Le même ouvrage lui donne pour successeur son neveu Étienne (1524). — On rencontre un peu plus tard, dans les registres du Châtelet, un homonyme de Jean de Villiers : « noble et religieuse personne frère Jehan de Villiers, commendeur de Beauvais en Gastinois » (29 janvier 1528 [1529]). *Ibid.*, p. 453.

Illo die, dominus de Veteri Villa protestatus fuit contra me Ambrosium de Cambray, quod ipse pretendebat jus habere in officio decanatus, et propterea non intendebat sub me deliberare tanquam sub decano; et de sua protestacione petiit ab omnibus dominis ibidem presentibus actum fieri et registrari. Quod quidem lubens et ex animo feci, et hic scripsi.

Magister Jacobus de Montigny[1], baccalarius in jure canonico Parisius, exhibuit Facultati certas conclusiones, de quibus supplicavit ut in scholis majoribus respondeat et sibi detur doctor presidens. Concluditur quod dominus Reginaldus de Vaccaria easdem conclusiones visitet et in prima missa dabitur super omnibus sibi responsum.

Dominus Nicolaus de Grucy supplicavit pro mense gracioso; qui sibi conceditur, et similiter omnibus dominis aliis doctoribus (F° 66 r°) qui simili mense gracioso voluerint uti. Recessit autem idem dominus de Grucy xxiii Novembris.

Die martis xxi(i) Novembris, missa et collegium. Presentes ibidem fuerunt [21 Novembre.] domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

Recitavit decanus quod, die veneris xvii hujus mensis, se opposuerat nomine [17 Novembre.] Facultatis certis inhibicionibus factis magistro Guillermo de Melun, ex parte dominorum camere requestarum Pal(l)acii, ne quemdam magistrum Jacobum Pison[2] teneret in causa coram officiali Parisiensi, pretextu certe somme pec(c)uniarum quam Facultas petebat eidem Pison pro locacione scholarum in quibus legerat baccalarius. Placuit Facultati quod deducatur opposicio ad finem, etc.

[1] C'est peut-être celui dont la veuve est deux fois mentionnée dans les registres du Châtelet, le 16 mai 1491 : «Messire Charles de Sainte Maure, chevalier, comte de Nesle, [est] appelé à la requeste de damoiselle Marie (*sic*), veufve de Jacques de Montigny»; et le 4 août de la même année : «Damoiselle Jehanne de Vau, veufve feu Jacques de Montigny, contre messire Charles de Sainte Maure, chevalier, comte de Nesle; deffenses ausdittes parties de ne rien faire préjudiciable au procez.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, pp. 56 et 79. — Il était sans doute parent de Jean de Montigny, docteur en Décret, conseiller au Parlement, qui, le 17 avril 1467, «a provision de faire labourer une vigne qu'il a acquise au terroir de Perigny», et d'un autre Jean de Montigny, bachelier en lois, qui, le 9 avril 1478, «a esté receu advocat [au Chastellet] et a pris son lieu du costé des fenestres». *Coll. Clairambault*, vol. 764, pp. 1 et 135.

[2] Le 19 janvier 1477 [1478], «Jacques Pizon, advocat au Chastellet, et damoiselle Perine Dupuy du Fou, sa mère, [sont en procez] contre Estienne Trudon et Jacques Brenquet, pour raison de certains heritages que feu Guillaume Pizon, père dudit Jacques, avoit donnez audit Trudon et Brenquet.» *Ibid.*, p. 117.

Le 27 mars 1500 [1501], on voit comparaître au Châtelet «noble homme Jehan Chanderon, escuyer, seigneur de Bièvre, auquel a esté adjugé par rachapt xii l. t. de rente qu'il avoit vendues sur ladite seigneurie à Jacques Pizon, advocat en Parlement, duquel Ambrois de Chasteaupers, escuyer, avoit le droit...». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 437.

[25 Novembre.] Die sabbati XXV Novembris, celebratur solemnis missa beatissime Catherine, et ipsa absoluta, convenerunt collegialiter in cap(p)ella solita domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray, absente extra civitatem domino Nicolao de Grucy.

Et quia dominus Stephanus de Veteri Villa querelabat officium decanatus contra me Ambrosium de Cambray et aliquas novitates conatus est facere, quodque ex [s]cissura tali multa oriri poterant in ipsa Facultate incom[m]oda, dominus Johannes de Courcellis optimam habuit exhortacionem ad omnes dominos Facultatis quod unioni et paci intenderent. Et quia dubium hujus questionis oriebatur ex deliberacione sive op(p)inione domini Reginaldi de Vaccaria, quam habuerat die jovis IX hujus mensis super electione decani, idem dominus Reginaldus de Vaccaria palam et clare ap(p)eruit formam verborum quibus tunc usus fuit. Prefatus autem de Cambray, qui nullo modo nec aliquo unquam tempore illud officium affectavit, quin pocius sepe illud in manibus Facultatis resignavit, munimenta restituens, et quam (*sic*) resignacionem ipsa Facultas noluit admittere, tunc sponte, libere, pure et simpliciter idem officium ex animo cessit et dimisit in manibus Facultatis, non quidem metu prefati domini de Veteri Villa aut alterius sibi adherentis, sed volens anteponere com[m]odum Facultatis voluntati aut proprie affectioni. Concluditur per omnes dominos doctores, eciam domino de Veteri Villa consenciente, quod procedatur ad novam electionem. Que hoc modo facta extitit: domini [de] Courcelles, Picart, du Pleis, Gaguin, Thiboust et [de] Vaccaria declarant jus compeciisse per primam electionem michi Ambrosio de Cambray, et quantum opus erat, de novo me eligebant; domini vero Tulleu, Junii et Wasselin eligunt dominum de Veteri Villa; dominus de Veteri Villa elegit dominum Tulleu; ego elegi dominum Gaguin. Concludit pro me dominus de Courcelles et me pronunciat decanum, et tunc in facie Facultatis solita prestiti juramenta.

[29 Novembre.] Die mercurii penultima Novembris, missa et collegium. Presentes illis fuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes du Pleis, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

Retulit dominus de Vaccaria quod examinasset et in aliquibus correxisset conclusiones per magistrum Jacobum de Montigny, die XVI precedenti, in Facultate datas; que ibidem lecte fuerunt et placuerunt juxta correctionem predictam; et deputatur idem dominus de Vaccaria pro presidente illi actui, etc.

Et quoniam abesset et in Burdegaliam ivisset dominus Nicolaus de Grucy, thesaurarius Facultatis, positum fuit in medium quis dominorum in ejus absencia reciperet pec(c)unias Facultatis. Tunc dominus de Veteri Villa exposuit quod idem

dominus de Grucy ipsum loco sui substituerat. A pluribus dominis replicatum quod ad ipsum dominum de Grucy hoc facere non spectat, sed ad ipsam Facultatem. Tandem concluditur quod omnes pec(e)unie que in absencia dicti domini de Grucy obveniant Facultati, illico inter dominos doctores distribuentur, nulla porcione retenta aut reservata. Et committitur per Facultatem prefatus dominus de Veteri Villa ad scribendum in regestro thesaurarii id quod interim receptum erit et quomodo distributum fuerit, etc.

Die martis quinta Decembris, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Robertus Gaguin et Ambrosius de Cambray. 5 Decembre

Illo die, magistri Petrus Garnier et Odetus Macheco, baccalarii in jure canonico Parisius, presentarunt Facultati, quilibet eorum, certas conclusiones, de quibus supplicarunt respondere in scholis majoribus, et cuique eorum dari presidentem. Quia vero domini erant in pauco numero, concluditur, posteaquam in Facultate lecte fuerunt, quod ipsi baccalarii illas deferant ad singulos dominos, et quod in prima missa dabitur eis responsum.

Die mercurii XII Decembris, missa et collegium, et illis presentes fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray. 11 Decembre

Magister Petrus Garnier iteravit supplicacionem quam in collegio novissimo fecerat. Relacione facta per aliquos ex dominis doctoribus, placet quod de illis conclusionibus, que emendate in quibusdam locis fuerant. (F° 66 v°) ipse possit publice in majoribus scholis Facultatis respondere, deputaturque sibi pro presidente dominus Robertus Gaguin.

Die mercurii XX Decembris, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et Ambrosius de Cambray. 19 Decembre

Die XXIII Decembris, previgilia Nativitatis Domini, dominus Reginaldus de Vaccaria legit Decretalem doctoralem die tali legi consuetam in scholis majoribus Facultatis, et hoc jure debito, racione nove regencie, etc. 23 Decembre

Die sabbati penultima Decembris, missa et collegium, et illis fuerunt presentes domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. 29 Decembre

Decanus posuit tria in medium : primum videlicet, si placeret aperire examen pro futura licencia hoc anno; secundum, si placet prosequi processum jamdiu inchoatum contra illos de Universitate Aurelianensi; tercium, cum ex ordinacione Facultatis fuerint constructe quinque schole super aula examinis, libraria et camera dominorum, ea intencione ut in ipsis haberent legere domini doctores et baccalarii Facultatis, et sic ipsa Facultas liberaretur ab onere pensionis quam singulis annis solvit racione scholarum conductarum ab illis de Sancto Johanne Lateranensi, si placet quod dimittantur schole conducte et domini legant in predictis suis et propriis scholis sic constructis. Placuit omnibus quod super his tribus articulis convocentur domini per cedulam, aliqua die op[p]ortuna, apud domum domini Johannis de Courcellis, quoniam materie sunt graves et magne importancie.

[1481, 4 Janvier.] Die jovis quarta Januarii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

Johannes Lalemant, bidellus Ambrosii de Cambray, supplicat pro adjunctione Facultatis in processu quem habet coram electis regiis super succidiis occasione vini excrescentis in hereditate sua venditi per eum non more tabernarii, sed vas integrum et plenum vendicione traditum ementi (*sic*), et propterea nitebantur quottam sive multam impositam regia auctoritate exigere ab eo, cum tamen nichil debeat, racione sui officii, tanquam Universitatis suppositum. Eidem supplicacioni annuit Facultas; suis tamen sumptibus omnia prosequantur.

Quoniam decanus Facultatis non potuerat septimana precedenti diem op[p]ortunam reperire juxta votum aliquorum dominorum Facultatis, aliqui unam, alii vero sibi diem aliam deligentes, noluit diem pro suo voto prefigere, sed ipsam ut Facultas decerneret voluit.

Ibidem concluditur quod die dominico vii Januarii, hora tercia post meridiem precise, compareant omnes domini doctores regentes apud domum domini Johannis de Courcellis, sitam in claustro canonicorum ecclesie Parisiensis, super tribus articulis de quibus supra, die sabbati penultima Decembris[1], et fiat specialis convocacio per cedulam.

[7 Janvier.] Die dominico vii Januarii, convocatis dominis per cedulam apud domum domini Johannis de Courcellis, et ibidem comparentibus dominis Johanne de Courcellis, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Roberto Gaguin, Henrico Thiboust, Reginaldo de Vaccaria et me Ambrosio de Cambray, super tribus articulis positis in medium die sabbati penultima

[1] Cf. plus haut, p. 481.

Januarii, super primo articulo concluditur quod si reperiantur baccalarii in numero sufficienti qui velint examen ingredi licencie, fiet licencia et examen aperietur; et ordinatur quod quilibet dominorum et eciam bidelli scripto in prima missa afferant nomina eorum quos cognoverint velle hoc anno licenciari; super secundo, placet quod adhuc prosecucio contra Aurelianenses differatur; super tercio, voluit Facultas quod pro hoc anno maneant schole Sancti Johannis conducte et solvantur per Facultatem.

Die martis IX Januarii, convocatis dominis per cedulam apud domum domini Johannis de Courcellis, et ibi comparentibus dominis Johanne de Courcellis, Roberto Tullen, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Roberto Gaguin, Henrico Thiboust, Reginaldo de Vaccaria et me Ambrosio de Cambray, renunciavit decanus quod magister Robertus du Gué, major Facultatis bidellus, sibi nomina baccalariorum scripto tradidisset, qui petebant ad licencie gradum hoc anno in jure canonico promoveri; erant autem numero XI; propterea concluderent quid vellent in re hac fieri, maxime quia re vera compertum est quod hec dilacio aperiendi examinis plures duxerat Aurelianis, et in dies prolongata adhuc alios ibidem conduceret pro gradu licencie recipiendo. Et quoniam aliqui ex dominis affirmarunt quod certo sciebant multos ex illis scripto datis nolle promoveri hoc anno, placuit Facultati quod nomina illorum baccalariorum tradentur quibusdam ex ipsis dominis doctoribus, qui se ad plenum informabunt, et quod comperient veneris in missa et collegio referent, et si reperiantur baccalarii octo numero, fiet statim proclamacio aperture examinis more solito. Data sunt autem nomina baccalariorum bidello per decanum, ut illa dominus doctoribus daret. (9 Janvier.)

(F° 67 r°). Die veneris XII Januarii, missa et collegium, et illis affuerunt domini Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Johannes du Pleis, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. (12 Janvier.)

Ibidem relacione facta per aliquos dominorum doctorum et per me decanum, ac per magistrum du Gué, bidellum majorem, super numero baccalariorum qui cupiunt hoc anno promoveri ad licencie gradum, concluditur quod die hunc proxima fiet publicacio examinis aperiendi per eundem bidellum in majoribus scholis Facultatis more solito. Quod quidem adimpletum postea extitit.

Die jovis XVIII Januarii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tullen, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. (18 Janvier.)

Eodem die, Johannes Lalemant, bidellus Ambrosii de Cambray, supplicavit

iterum pro adjunctione Facultatis [in processu] quem habet coram electis regiis Parisius, racione subsidiorum pro vino excrescente ex sua hereditate, vendito per eum cum vase ipso, non minutim more tabernariorum; quo respectu volebant officiarii regii ab ipso quottam sive taxam regia auctoritate in similibus appositam exigere. Ipse autem Johannes pretendit se exemptum racione officii bidellatus. Cujus supplicacioni Facultas annuit, dummodo processum suis sumptibus ducat, etc.

Ibidem se presentarunt et supplicarunt admitti ad examen licencie baccalarii in jure canonico sex numero, videlicet magistri Jacobus Lescure, Jacobus de Vaubelon, Petrus Grenier, Odetus Macheco, Ludovicus de Mota et Jacobus de Montigni. Placuit Facultati quod in prima missa et collegio apportent in collegio suas cedulas voluminum, ut visitentur more solito, et interim quod iterum publicetur examen in scholis majoribus.

[24 Janvier.] Die mercurii xxiiii Januarii, missa et collegium, et illis presentes fuerunt domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

Supplicarunt iterum pro apertura examinis et ipsius ingressu sex supradicti baccalarii, qui, juxta sibi mandata per Facultatem, apportarunt suas parvas voluminum cedulas. Ordinantur pro visitacione illarum domini Tulleu, Gaguin, Thiboust et Vaccaria. Ipsis autem sex baccalariis dictum extitit quod interim suas preparent magnas cedulas, etc.

Supplicat magister Filipus Chauderon[1], baccalarius in jure canonico in Universitate Dole, quod admittatur ad lecturam Decretalium tanquam baccalarius. Qui quidem suum gradum tam proprio juramento quam per testes ydoneos probat succepisse Dole ante quatuor annos. Ideo admittitur sine harenga, sine proposito et sine examine; solvit pro bursis tria scuta et juramenta solita prestitit. Quo facto, statim supplicat admitti ad examen licencie cum aliis sex. Datur sibi spes, et sibi injungitur quod interim more baccalariorum legat in scholis, etc.

Exhibet decanus in Facultate litteras regias tenore quarum cogitur transire in Germaniam obviam episcopo Augustensi, de familia Bavarie, comiti de Wertenbergh, comiti de Zlof[2], et aliis oratoribus destinatis pro parte Imperatoris et omnium principum Germanie ad regiam Majestatem, ut ipse eosdem oratores ad regem conducat, etc. Quapropter substituitur loco decani et in ejus absencia

[1] Le 28 avril 1481, Philippe Chauderon, licencié en lois, fut reçu avocat au Châtelet. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 229.

[2] Jean de Werdenberg, d'abord coadjuteur du cardinal Pierre de Schauenbourg en 1463, lui succéda comme évêque d'Augsbourg le 15 mai 1469 et mourut le 23 février 1486. Cf. Gams, *Séries episcoporum*, p. 258.

solum dominus Reginaldus de Vaccaria, cui in presencia Facultatis idem decanus tradidit munimenta decanatus, librum statutorum et claves, etc.

Supplicavit idem decanus pro mense gracioso, si indiguerit; quod eidem conceditur per Facultatem.

Eodem die, iter arripuit idem decanus.

Rediit autem idem decanus dominico die undecimo mensis Februarii immediate sequentis. [11 Février.]

Dominus Reginaldus de Vaccaria pro Ambrosio de Cambray absente.

Proximis subsequentibus paginis inscribitur vera de verbo ad verbum annotacio eorum que michi Ambrosio de Cambray, decano Facultatis, fideli manu propria scripto dedit dominus Reginaldus de Vaccaria, substitutus per Facultatem loco decani, et que per ipsam tunc Facultatem acta fuerunt absente decano, dicto domino Reginaldo de Vaccaria tunc merito presidente.

(F° 67 v°). Die xxiii mensis Januarii Domini mil[l]esimi iiii^c octuagesimi, fuit missa et collegium Facultatis, ubi interfuerunt domini Johannes de Courcellis, Ambrosius de Cambray, decanus, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust et ego Reginaldus de Vaccaria, qui per dictos dominos, exceptis dominis Tulleu et [de] Veteri Villa, nolentibus deliberare propter instantem recessum prefati domini decani, ad mandatum regie Majestatis tendentis ad recipiendum et associandum oratores Germanie et Imperatoris apud regiam Majestatem destinatos, electus extiti ad ex(c)ercicium decanatus. Quo facto, idem dominus Ambrosius supplicavit pro mensibus rigoroso et gracioso, qui sibi fuerunt indulti et concessi. Recessit autem idem decanus eadem die, prout fui debite informatus. [23 Janvier.]

Die xxvi mensis Januarii, in camera superiori majorum scholarum Facultatis comparuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picard, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust et ego Reginaldus de Vaccaria [1] pro domino decano absente, qui conformiter ad alias conclusa per Facultatem minores cedulas baccalariorum qui se presentaverant ad examen licencie, visitarunt et tempus singulorum calcularunt, ac deinceps confectum extitit extractum, ad illud loco et tempore congruis Facultati exhibendum. [26 Janvier.]

Die prima mensis Februarii, fuit missa et collegium, in quo interfuerunt do- [1er Février.]

[1] Jusqu'ici le registre est de la main d'Ambroise de Cambray; Regnault de La Vacquerie n'a pris la plume qu'à partir des mots *pro domino decano absente*.

mini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Robertus Gaguin et ego Reginaldus de Vaccaria, loco domini decani absentis; coram quibus magister Guillermus le Forestier[1], in legibus licenciatus, supplicavit admitti ad examen pro licencia obtinenda; suas quoque minores cedulas presentavit, que fuerunt ibidem visitate per dominos, a quibus eidem le Forestier ad partem retracto fuit obtemperatum; et deinceps cum ceteris qui prius fuerant recepti ad juramenta pro confectione majorum cedularum vocatus extitit et eadem juramenta prestitit. Fuit quoque omnibus prefatis baccalariis injunctum ex parte Facultatis quod omnes et singuli haberent penes singulos dominos doctores deferre suas majores cedulas pro privato examine infra primam mensem [*l.* missam] sequentem; et respectu contentorum in litteris missivis domini decani positis in medium, conclusum extitit quod domini per cedulam super premissis haberent vocari et eciam ad dispensandum cum baccalariis presentatis ad examen, si et quatinus dispensatione indigerent.

[8 Février.] Die jovis octava mensis Februarii, fuit missa Facultatis et collegium per cedulam congregatum in loco consueto, in quo interfuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin et ego Reginaldus de Vaccaria pro domino decano absente, quorum suffragiis conclusum extitit quod placebit Facultati cum baccalariis prefatis et ad examen receptis graciose agere et cum ipsis dispensare si et quatinus opus erat; et super contentis in litteris missivis domini decani, quod quilibet dominorum haberet se informare si aliqui baccalarii essent qui tenderent Aurelianis pro licencia ibidem consequenda, ut circa id Facultas provideret.

[15 Février.] Die jovis xv mensis Februarii, fuit missa et collegium in loco consueto post missam congregatum; coram quo magistro Guillermus le Forestier, Jacobus de Montigni, Ludovicus de Mota, Jacobus de Vanbelon, Petrus Grenier, Odo Macheco et Jacobus Lescure supplicarunt examen aperiri et ad id diem prefigi ac fieri commutacionem specierum in pec(e)unia minuta. Quibus ad partem retractis, fuit eorum supplicacio in forma exandita; et deinceps ipsis vocatis voce mea de mandato dominorum, fuit eis dictum quod die lune proxima carnisprivio aperiretur examen in loco consueto, ubi haberent comparere, et interim studere

[1] Guillaume le Forestier était avocat du Roi à Pontoise dès 1491. *Coll. Clairambault*, vol. 765, pp. 49 et 118. — Le 2 juillet 1491, «Martin Tabus, boucher à Monstreuil sur le Bois, qui a esté condamné envers noble homme et sage m. Guillaume Forestier, seigneur en partie de Moustreuil sur le Bois, à monstrer certain tiltre d'acquisition par luy faitte de Jehan Marchant et sa femme, de certains heritages assis à Monstreul, pour estre payé des lots et ventes, a affirmé avoir acquis par eschange et sans soulte». *Ibid.*, p. 69. — Le 7 janvier 1491 [1492], «Jehan de la Brosse, laboureur à Monstreul sur le Bois, [est] condamné de son consentement à payer à honorable homme et sage m. Guillaume le Forestier, advocat du Roy à Pontoise, les despens que ledit Forestier pourra prouver avoir fait en poursuivant ledit la Brosse». *Ibid.*, p. 110.

xxvii causam ipsi[s] assignatam. Quo facto, comparuit magister Philippus Chandron, supplicans admitti cum ceteris ad examen future licencie, dicens et asserens quod, postquam in Universitate Dolensi gradum baccalariatus in jure canonico fuerat assecutus, Parisius studuerat et frequentaverat studium juris canonici et actus scolasticos per biennium et ultra, ea intencione ut posset gradum licencie ibidem in jure predicto (F° 68 r°) assequi. Cui ad partem retracto et vocato dictum extitit quod de premissis coram deputatis haberet docere, et hoc facto eidem daretur congruum responsum, taliter quod multo deberet contentari.

Die xxiii mensis Februarii, fuit missa et collegium congregatum in camera superiori examinis, ubi comparuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin et ego Reginaldus de Vaccaria pro domino decano tunc absente[1], coram quibus prefati domini Tulleu, de Veteri Villa et Wasselin per organum prefati domini Tulleu retulerunt quod, die xx dicti mensis, magister Philippus Chandron per duos testes informaverat de hiis que dederat intelligere Facultati. Qua relacione audita, introductus extitit idem Chandron, qui supplicavit admitti cum ceteris, prout de gracia fuit receptus, et sibi injunctum [fuit] quod deferret penes singulos dominos suas majores cedulas infra tunc proximam missam futuram. Et deinde, paulo intervallo facto, omnes domini presentes cum cappis, precedentibus bidellis, aulam examinis ingressi sunt, et in ea sedebat magister Guillermus Forestier, solus in prima banca; Jacobus de Montigny, Ludovicus de Mota, Jacobus [de] Vaubelon, Petrus Grenier, Odo Macheco, Philippus Chandron et Jacobus Lescure in secunda; quibus oracio caritativa per me jussu et imperio dominorum habita est. Qua finita, ipsi baccalarii prestiterunt juramenta consueta, et deinde causa xxv eis assignata pro parte extitit distributa, ut inde suas haberent componere lecturas seu lectiones textuales, et in die octava sequenti per ordinem recitare in facie Facultatis. [23 Février]

Die prima mensis Marcii, fuit missa Facultatis et collegium congregatum apud cap(p)ellam Sancti Johannis Jherosolimitani; coram quo dominus Robertus Tulleu pro magistro Johanne Symonis[2] absente requisivit quod sibi assignaretur aliqua [1er Mars]

[1] Ms. *presente*.

[2] C'est peut-être le Parisien Jean Simon, fils de l'avocat du Roi du même nom, qui devint successivement conseiller au Parlement et évêque de sa ville natale en 1492. Sa mère se nommait Catherine Millet. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 181.

Les comptes de la Sainte-Chapelle mentionnent, en 1441, « en la vieille rue du Temple, l'ostel où demeure maistre Jehan Simon, advocat au Parlement, joignant de l'ostel à la Marcadé, sur laquelle les executeurs du testament de feu maistre Philippe de Bailly, en son vivant tresorier d'icelle Saincte-Chappelle, pour la fondacion de son obit, ont baillé et assigné a l'eglise de rente annuelle et perpetuelle un l. par. ». *Franc.* 25539, fol. 6 v°-7.

Le 20 décembre 1474, « Jehan Simon, conseiller en Parlement et chanoine de S. Benoist le bien tourné, est renvoyé ès requestes contre Adam Cavemont, vicaire de ladite eglise ». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 76. — Il avait au moins deux

Decretalis pro examine baccalariatus; que fuit assignata, cum intimacione quod idem Symonis in proxima missa deberet afferre suas cedulas in Facultate et eas affirmare.

[8 Mars.] Die octava mensis Marcii, fuit missa et collegium congregatum in camera

autres frères, Arthus et Andry, qui, le 1er juillet 1479, étaient respectivement âgés de 21 et 20 ans. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 189.

Il avait probablement aussi une sœur. Le 15 janvier 1492 [1493] comparaissent au Châtelet «noble homme et sage m. Jacques Loüet et mons. maistre Jehan Simon, evesque de Paris, tuteurs des enfans mineurs de feu damoiselle N. Simon, sa femme, contre Jehan Amaury, notaire.» *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 163. — Le 10 juillet 1499, «au tesmoignage de reverend père en Dieu m. Jehan Simon, evesque de Paris, oncle maternel, noble homme et sage m. Jacques Loüet, conseiller et tresorier des Chartres et general de la justice des aydes à Paris, ayeul paternel, Jacques Loüet le jeune, chanoine de Paris, oncle maternel, Joachim Tudert, maire de Poitiers, oncle paternel, Philipes Simon, conseiller au Parlement, noble homme Anthoine Sanguin, escuier, seigneur de Meudon, m. Emery Loüet, lieutenant du seneschal d'Anjou à Bangé, Jehan le Clerc, advocat au Parlement, bailly de la temporalité de Mons. de Paris, oncles maternels, m. Eustache Allegrain, conseiller et general sur le fait des aydes, et noble damoiselle Catherine Loüet, veufve noble homme et sage m. Leon Tudert, advocat en Parlement, lieutenant du seneschal de Poitou, mère de Jehan, Radegonde et Jehanne, enfans mineurs dudit deffunt et veufve, sont donnez tuteurs m. Jacques Tudert, absent, archiprestre de Mirebeau, Joachim Tudert, Jacques Loüet le jeune et Jehan le Clerc et la veufve qui a accepté la garde noble de sesdits enfants le 21 aoust suivant». *Ibid.*, p. 279.

On rencontre aussi un peu plus tard dans les registres du Châtelet, à la date du 25 novembre 1498, Philippe Simon, également conseiller au Parlement, et qui de sa femme Marguerite Chambon avait eu trois enfants, Jean, Jeanne et Marguerite. *Ibid.*, p. 419.

Jean Simon ne prit pas sans difficulté possession du temporel de l'évêché de Paris. Le 19 décembre 1492, «reverend père en Dieu m. Jehan Simon, conseiller du Roy et evesque de Paris, a mainlevée de la saisie de son temporel après qu'il est apparu du serment de fidélité fait entre les mains du Roy le 10 du present mois». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 161. — Le 30 janvier 1494 [1495], «oye la requeste de la partie de reverend père en Dieu messire Jehan Simon, evesque de Paris, en la presence des avocats et procureur du Roy au Chastellet de Paris, affin d'avoir l'enterinement de certaines lettres par luy obtennes à Molins le 17 de ce mois, contenant que à la prière et requeste du Roy ledit m. Jehan Simon avoit esté pourveu dudit evesché vacant par le trespas de feu m. Loys de Beaumont; au moyen de laquelle provision il avoit fait le serment de fidelité au Roy à cause du temporel dudit evesché et en avoit obtenu lettres adressantes audit Chastellet pour avoir main levée dudit temporel. Mais ce nonobstant, sous ombre de certaine election pretendue par feu maistre Girard Gobaille, ait esté meu procez sur la confirmation ou infirmation de ladite election par devant l'archevesque de Sens, pendant lequel procez et iceluy... ledit Gobaille estoit allé de vie à trespas, au moyen duquel trespas les doyen et chapitre de l'eglise de Paris avoient esleu maistre Simon en leur evesque, laquelle election avoit esté depuis confirmée par ledit archevesque de Sens. Et depuis ledit m. Jehan Simon a esté consacré, et à ceste cause obstant l'absence du Roy de son royaume, qu'il est en pays loingtain, s'est tiré par devers monseigneur le duc de Bourbonnois et d'Auvergne, frère et lieutenant general dudit seigneur en son royaume, et luy a suplié, en tant que besoin estoit et pour se mettre du tout en son devoir, que son plaisir fut le recevoir derechef, comme lieutenant du Roy, au serment de fidelité. Auquel mondit Sieur de Bourbonnois l'avoit receu de nouvel sans aucunement deroger au premier serment que ledit Simon avoit fait au Roy en personne. Et consideré laquelle requeste et lettres du Roy et certaines lettres attachées à icelles données par les gens des comptes, du 26 janvier dernier, nous avons levé et osté la main mise du Roy au profit dudit Jehan Simon pour joyr dudit temporel, comme le Roy le veut et mande». *Ibid.*, p. 250-251.

examinis, propter impedimentum ipsius in cap(p)ella Sancti Johannis ad causam indulgenciarum.

Die xvi mensis Marcii, fuit missa et collegium; coram quo dominus Henricus Thiboust et major bidellus Facultatis dixerunt quod intellexerant quosdam baccalarios Parisienses ivisse Aurelianis pro licencia in jure canonico ibidem consequenda, prout a fidedignis dicebant se audivisse. Super quo domini presentes deliberaverunt quod erat opus de premissis se informare, et si premissa veritati niterentur, remedium op[p]ortunum adhibere. 16 Mars.

Die xix mensis Marcii, post meridiem et egressum aule examinis, coram dominis Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Andrea Wasselin, Gruey, Roberto Gaguin, Henrico Thiboult (*sic*) et me Reginaldo de Vaccaria, loco domini decani absentis, baccalarii licenciandi humiliter supplicarunt quod omnes simul haberent unicum signetum in Cameracensi collegio[1] facere, dicentes quod, quia non erant nisi octo, nimium in duobus signetis gravarentur. Super qua supplicacione, ipsis ad partem retractis, prefatis dominis placuit quod, si nullus superveniret baccalarius ad licenciam assequendam, ipsi baccalarii in dicto collegio unicum signetum tantum haberent facere; alioquin bina. Quam conclusionem eisdem baccalariis ex parte Facultatis intimavi. 19 Mars.

Die jovis xxii mensis Marcii, fuit missa et collegium in camera examinis congregatum; ubi comparuit magister Guillermus Militis, in utroque jure baccalarius, qui cum humilitate supplicavit cum ceteris admitti ad examen pro licencia consequenda. Super qua supplicacione extitit (F° 68 v°) responsum quod post meridiem hora quarta in loco prescripto compareret, suas quoque cedulas minores afferret, quibus visis Facultas sibi congruum daret responsum. Et paulo post magister Wilfgangus Zulhart, Constanciensis dyocesis, comparens supplicavit ad examen baccalariatus admitti, dicens et medio juramento asserens quod in jure canonico Basilee per biennium et dimidium unius studuerat, prout tunc per unum testem docuit una cum proprio juramento; quo facto, ei fuit assignata Decretalis pro probacione sua et dictum quod in die jovis proxima missa veniret super ea responsurus in facie Facultatis. 22 Mars.

Eadem die, post meridiem et exitum aule examinis, coram dominis Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Jacobo Junii, Andrea Wasselin, Nicolao de Gruey, Roberto Gaguin et me Reginaldo de Vaccaria pro domino decano absente, comparuit magister Guillermus Militis, qui iterato supplicavit ad examen pro

[1] Sur le collège de Cambrai, voy. Jaillot, *Recherches critiques sur la ville de Paris*, tome IV, *Quartier Saint-Benoît*, p. 179-184.

licencia obtinenda recipi et admitti. ex[h]ibens in Facultate suas minores cedulas: quibus visitatis et eo ad partem retracto, major pars dominorum conclusit quod admitteretur. Sed huic conclusioni dominus Robertus Tulleu formaliter se opposuit, requirens quod haberem Facultatem convocare ad audiendum causas sue opposicionis; cui obtemperavi. Verumtamen, paulo facto intervallo, ad intercessionem aliorum dominorum presencium, idem dominus Tulleu ab op(p)inione sua resiliit. Quare dictus Militis fuit ad examen admissus cum ceteris, prestititque juramenta consueta pro magnis cedulis conficiendis, et ex parte dominorum eidem injunctum extitit quod illas infra triduum deferret et die sequenti in aula examinis compareret, ut sibi porcio textus et glosarum pro sua lectione componenda assignaretur. Deinde vero, super positis in medium ad providendum ne baccalarii qui dicebantur ex Parisius iter Aurelianis arripuisse pro licencia ibidem obtinenda, prout scripserat dominus decanus per suas litteras missivas, deliberatum extitit et conclusum quod pro nunc Aurelianis non erat mittendum, attento quod in anno superiori totidem et plures qui illuc declinaverant non potuerant impediri quominus licencie munus assequerentur, quamvis Facultas cum magna impensa remedia possibilia adhibuisset, quodque opus erat se peramplius informare de nominibus et cognominibus illorum baccalariorum; et si Facultati constaret quod doctores Aurelianis contra tenorem arresti alias dati illos baccalarios ad examen et licenciam reciperent, quod per concilium procedendum erat contra ipsos quantum rigidius et acrius fieri posset.

[27 Mars.] Die xxvii mensis Marcii, fuit missa et collegium, in quo presentes fuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, M. (*sic*) de Grucy, Robertus Gaguin et ego Reginaldus de Vaccaria pro domino decano absente.

[28 Mars.] Die xxviii mensis Marcii, hora octava de mane, collegium per cedulam congregatum extitit in camera superiori examinis super admissione vel repulsione baccalariorum examinatorum in privato et publico examine; ubi comparuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboult et ego Reginaldus de Vaccaria pro domino decano absente. Quorum deliberacionibus et suffragiis omnes et singuli baccalarii examinati fuerunt sufficientes et ydonei reputati ad licencie munus in jure canonico suscipiendum, quodque tales veniebant declarandi ac deinceps domino cancellario Parisiensi presentandi pro licencia recipienda.

Et eadem die, data fuit adjunctio Facultatis Ludovico Videt, bidello nostro, cui ex parte domini prepositi mercatorum et scabinorum ville Parisiensis, ut dicebat, fuerat injunctum quod haberet deferre certam pec(c)unie

summam in domo ville convertendam in adjutorium civitatis et ville Franchisiensis [1].

Die XXIX mensis Marcii de mane, in camera examinis comparuerunt domini Stephanus de Ve[teri] Villa, (F° 69 r°) Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gagnin, Henricus Thiboult et ego Reginaldus de Vaccaria pro domino decano absente, et circa horam fere nonam omnes prefati domini, induti cappis, precedentibus bidellis, ingressi sunt aulam examinis, ubi omnes baccalarii licenciandi intererant, ibique presentibus prefatis dominis, vice predicti domini decani oracionem habui, in qua inter cetera dictis baccalariis declaravi quod Facultas omnes et singulos munere licencie dignos reputaverat et reputabat. Ac deinceps examen illius anni conclusum extitit, et prestiterunt singuli baccalarii juramenta consueta, dempto magistro Ludovico de Mota, qui petita licencia Ambianis perrexerat, fuitque ipsis injunctum quod eadem die comparerent in ecclesia Nostre Domine Parisiensis hora vesperorum, ut per Facultatem domino cancellario Parisiensi presentarentur. [29 mars.]

Eadem die, in ecclesia Parisiensi comparuerunt domini Johannes de Courcellis, Johannes Picard, Nicolaus de Grucy et ego Reginaldus de Vaccaria pro domino decano absente, et pariter omnes baccalarii licenciandi, ex[c]epto magistro Ludovico de Mota, qui fuit habitus pro excusato, et comple(c)torio dicto, prefati domini cum dictis licenciandis, duobus bidellis precedentibus et clavigero, ad domum domini cancellarii Parisiensis processerunt. Cui quidem cancellario, presentibus subcancellario et pluribus theologis ac aliis personis, pro et nomine Facultatis prescriptos baccalarios, prout fuerant in aule examinis ordinati et sedentes, tanquam sufficientes et ydoneos ad licenciam in jure canonico recipiendam presentavi, requirendo quod illos recipere et eis gradum licencie quamcicius facultas se offerret, impendere dignaretur, necnon venerandam Decretorum Facultatem in suis privilegiis, libertatibus, prerogativis ac statutis conservare. Quo facto, idem dominus cancellarius inter cetera respondit quod tante Facultati summe desiderabat complacere et cum eadem pacem fovere, sicut[h]actenus fecerat, recepitque dictos baccalarios, ut prefertur, presentatos: illos quoque expedire pol[l]icitus est, postquam de ipsorum moribus esset informatus et cum aliquibus de dominis communicasset ad partem.

Die secunda mensis Aprilis, dominus Ambrosius de Cambray, decanus Facultatis, cum oratoribus Imperatoris et locius Germanie Parisius ap[p]licuit ac ex curia supremi domini nostri regis reversus est. [2 Avril.]

[1] Franchise était le nom que Louis XI imposa à la ville d'Arras, lorsqu'il en expulsa les habitants pour les remplacer par des colons venus des principales autres villes du royaume, et qu'elle porta de 1479 à 1489. Cf. Théophile Boutiot, *Louis XI et la ville d'Arras* (1479-1487). Troyes, 1867, in-8°; et A.-J. Paris, *Louis XI et la ville d'Arras*, Arras, 1868, in-8°.

[5 Avril.] Die jovis quinta mensis Aprilis, fuit missa et collegium apud cameram examinis congregatum; ubi comparuerunt domini Ambrosius de Cambray, Nicolaus de Grucy et ego Reginaldus de Vaccaria, habens munimenta decanatus; coram quibus magister Henricus de Riparia[1] certas litteras missivas ex parte domini capitanei de Melenco (*sic*)[2] Facultati directas presentavit, petens super eis sibi dari responsum. Quo ad partem retracto et litteris apertis, fuit conclusum quod responsum differretur quousque Facultas esset peramplius congregata.

Eadem die, post meridiem, fuerunt omnes et singuli domini regentes, ex[c]epto domino du Pleys, in camera examinis congregati per cedulam super composicione rotuli licenciandorum, ibique retulit dominus Johannes de Corcellis quod ei obviam venerat dominus cancellarius Parisius, qui sibi dixerat quod commode non poterat licencias celebrare die sabbati proxima veniente, sicuti predixerat, propter ordines qui eodem die celebrari debebant in aula domini episcopi Parisiensis; quare ipsi domino de Corcellis videbatur expediens ut composicio rotuli differretur usque ad diem dominicam sequentem. In cujus sentenciam omnes domini convenerunt. Et deinde supervenerunt magistri Nicolaus Rousseleti et Johannes Brulart, induti pal[l]iis, cum notabili comitiva, bidellis precedentibus cum massis, qui dominos invitarunt ad diem crastinam de mane in eorum harengis. Quibus responsum fuit quod domini comparerent nisi essent legitime prepediti.

[8 Avril.] (F° 69 v°). Die octava mensis Aprilis, hora septima de mane, in camera examinis, conformiter ad alias deliberata, comparuerunt omnes domini, ex[c]epto domino du Pleys, super composicione seu confectione rotuli licenciandorum, qui, ex suffragiis seu votis eorundem dominorum aut saltem majoris et sanioris partis eorum, ordine et modo sequenti fuit confectus, et ipsi licenciandi taliter ordinati : Guillermus le Forestier, Guillermus Militis, nobilis, Ludovicus de Mota, Jacobus de Montigny, Jacobus Lescure, Odo Macheco, Petrus Grenier, Philippus Chaudron, Jacobus de Vaubelon. Quo facto, per me Reginaldum de Vaccaria, presente domino decano et jubente, fuerunt eo ordine in pergameno confecti

[1] On rencontre plusieurs procureurs de ce nom au Parlement et au Châtelet dans la seconde moitié du xve siècle: Louis Rivière (7 nov. 1485), Jacques et Jean Rivière (19 août 1499), etc. *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 339, et vol. 765, p. 288. — Un Henry de La Rivière, qui est peut-être le nôtre, est qualifié, le 4 novembre 1473, de notaire et secrétaire du Roi. *Ibid.*, vol. 764, p. 40.

[2] Sans doute Olivier le Dain, capitaine de Meulant, qui fut pendu deux ans plus tard. On lit dans les registres du Châtelet, à la date du 20 mai 1484 : « Ce jour, maistre Olivier le Dain, pour plusieurs larcins, pilleries et autres fautes par luy commises, à plain declarées en son procez, a esté condampné par la court de Parlement à estre pendu et estranglé au gibet de Paris, ce qui a esté fait et exécuté par maistre Henry vers une heure après midy », et à la date du 4 juin : « Ce jour, Daniel de Baert, varlet de maistre Olivier le Dain, barbier du Roy, pour les demerites à plain declarées dans son procez, a esté condamné à estre pendu et estranglé, ce qui a esté fait. » *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 295 et 296. Sur Olivier le Dain, cf. plus haut la note sur L. Herbelot (1476).

duo rotuli, quorum unus per medium et extremitates conclusus extitit et tribus sigillis obsignatus, videlicet in medio, sigillo Facultatis, et in duabus extremitatibus, sigillis duorum dominorum; alius vero, qui penes Facultatem remanere debebat, unico tantum sigillo extitit obsignatus. Finitque conclusum quod, quam cicius fieri posset, cum aliquibus de dominis haberem presentare dictum rotulum domino cancellario Parisiensi, qui proposuerat post meridiem cedulas mittere prescriptis baccalariis pro licencia die sequenti celebranda.

Eadem die, hora decima de mane, ego Reginaldus de Vaccaria, ex ordinacione Facultatis, cum notario et testibus adivi ecclesiam Nostre Domine Parisiensis, et ex arrupto (*sic*) reperi cancellarium Parisiensem in egressu misse de choro ecclesie exeuntem. Cui, presente magistro Arnulpho Marchel[1], notario publico, magistro Johanne de Cayeu[2] et Petro Voullié testibus adhibitis, dictum rotulum clausum et tribus sigillis obsignatum presentavi cum protestacionibus assuetis, quod idem dominus cancellarius per se vel alium non aperiret ipsum rotulum ante licenciam in aula domini episcopi Parisius celebrandam die sequenti, quodque illum sic clausum conservaret quousque majori bidello Facultatis pro vocacione facienda presentaret; sub quibus protestacionibus eumdem rotulum recepit et nequaquam aperire promisit. De quibus a dicto notario publico instrumentum publicum fieri requisivi.

Die nona mensis Aprilis, hora septima de mane, fuit collegium in camera examinis per cedulam congregatum super opcione baccalariorum facienda, ubi comparuerunt domini Ambrosius de Cambray, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Nicolaus [de] Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboult et ego Regynaldus de Vaccaria cum munimentis decanatus, finitque facta opcio prout sequitur. Dominus Ambrosius de Cambray, pro domino de Corcellis absente, optavit Ludovicum de Mota, et pro se, Odonem Macheco; dominus Tulleu, Jacobum Lescure; dominus de Veteri Villa, Jacobum de Montigny, et. 9 Avril.

[1] C'est peut-être son frère, «honorable homme m. Ancel de Marchel, advocat au Parlement, [qui, le 11 août 1481], renonce à l'execution testamentaire de feu noble homme Jehan de Marchel; et y a esté subroge noble homme Lambert de Poilvache, escuyer». *Coll. Clairambault*, vol. 764, p. 239. — Le 17 décembre 1489, «noble homme messire Guillaume de Pisseleu, chevalier, seigneur de Heilly, Jehan du Bois et Germain de Riencourt, auditeurs du Roy à Corbie, a (*sic*) fait appeller en jugement noble damoiselle Agnes de Marchelle, fille légitime et naturelle de feu noble homme Jehan de Marchel, escuyer, et de damoiselle Catherine de Sicon, sa femme, à ce qu'elle declarast si elle se vouloyt ayder des fais et raisons par elle baillez a court». *Ibid.*, p. 424. Cf. la note suivante.

[2] Le 19 avril 1491, «les executeurs du testament de feu Nicolle Frerin, chanoine de Cambray, [plaident] contre messire Jehan de Cayeu, curateur aux causes de Nicolas Poillevache, escollier, d'Arnoul Marchel, chantre et chanoine de Doüai, et d'Agnès de Marchiel, femme de m. Claude d'Allemagne, soy disans heritiers par benefice d'inventaire dudit feu Frerin». *Coll. Clairambault*, vol. 765, p. 46. Le 12 août 1500, «Jehan de Cayeu, naguères escolier à Paris, [plaide] contre m. Charles Patoutleau, pour raison d'une prebande et chanoinie en l'eglise d'Amiens, que tenoit feu Pierre Foullon». *Ibid.*, p. 379.

pro domino Jacobo Junii absente, Petrum Grenier; dominus Ambrosius [de Cambray], pro Johanne Picard, Guillermum Militis, et, pro domino Johanne du Pleys, Guillermum le Forestier; dominus Andreas Wasselin, Philippum Chaudron; dominus M. (*sic*) de Grucy, Jacobum de Vaubelon. Fuitque ordinatum quod ordo rotuli licenciandorum inscribatur cum annotacione ad singulos eorum quis dominus eos optavit.

Eodem die et paulo post, in dicto loco comparuerunt predicti licenciandi cum cappis et in facie Facultatis prestiterunt juramenta consueta. Quo facto, dominus legens primum ordinarium[1] se opposuit ne Petrus Grenier et Jacobus Lescure ducerentur ad licenciam donec sibi satisfecissent de juribus sibi debitis. Quapropter in facie Facultatis cum eodem legente composuerunt sic quod de illis se tenuerit pro contento. Ipsis quoque baccalariis ad partem retractis, dominus decanus ex parte Facultatis prescripto domino legenti remonstravit quod non placebat ille modus quem habebat et servabat in deferendo supra humerum capucium, dum ad lecturam pergebat vel redibat ex eadem, necnon eciam quando legebat, presertim presentibus dominis doctoribus; fuitque sibi injunctum quod de cetero haberet ponere ipsum capucium prout decet (F° 70 r°) et legentes facere consueverunt.

Hiis autem peractis, prefati domini doctores, cappis induti, dictam cameram egressi sunt, et, precedentibus duobus bidellis Facultatis cum massis minoribusque bidellis singulorum bidellorum et clavigero cum virgis et novem baccalariis licenciatis, indutis eorum cappis, domini eos sequentes, cum multa turba prefatos dominos subsequente, bini et bini processerunt usque ad ecclesiam Parisiensem, ubi Marie Virginis salutacione facta, dominus Robertus [Gagnin?], Nicolaus de Grucy et Reginaldus de Vaccaria gressus suos direxerunt penes dominum cancellarium Parisiensem in domo sua existentem, aliis cum prescriptis licenciandis, bidellis et turba, ad aulam domini episcopi Parisiensis declinantibus. Cui quidem domino cancellario ex parte Facultatis extitit injunctum quod ipsa Facultas cum suis licenciandis in aula predicta ejus adventum prestol(l)abantur, quodque sue paternitati placeret illuc accedere pro licencia dictis baccalariis imparcienda et ostendere rotulum prius sibi traditum ad videndum si fuisset reseratum seu apertum. Qui quidem dominus cancellarius respondit quod in eodem rotulo nichil fuerat attemptatum, et ad videndum sigilla intacta prefatis dominis presentibus ex[h]ibuit, seque excusavit quod in proprium non poterat dictos baccalarios pro hac vice licenciare propter occupaciones supervenientes, quodque ad id agendum vices suas commisserat magistro nostro Stephano Grandi, subcancellario, qui onus id agendi susceperat; ei quoque tunc presenti prefatus dominus cancellarius injunxit quod cum dictis dominis tenderet ad aulam domini episcopi Parisiensis,

[1] Denys Alligret. Cf. plus haut, p. 327, n. 2.

ejus quoque vices bene ac debite expediret. De quibus responsionibus et ex[h]ibicionibus pecii et requisivi publicum instrumentum fieri per magistrum Ricardum, clericum domini Tulleu, notarium publicum. Et deinceps dicti domini subcancellarius et doctores a prefata domo domini cancellarii diverterunt et per ecclesiam Parisiensem perrexerunt ad aulam domini episcopi Parisiensis, ubi ceteri domini doctores de latere cap(p)elle sedentes intererant et baccalarii in banca existentibus ante introitum ipsius aule, una cum pluribus notabilibus personis circumstantibus et sedentibus in capite aule. Et paulo post rotulum pro vocacione fienda reseravit, illum quoque tradidit magistro Roberto de Vado, majori bidello Facultatis, pro vocacione licencie facienda; quod et fecit idem bidellus; et eo ordine quo vocabantur prefati licenciandi, surgebant de bancha ubi erant sedentes et accedebant ad bancham que ante dominum subcancellarium stabat. Quo facto, nulla mutacio est reperta, prout constitit ex inspectione alterius rotuli penes me dimissi. Prefatis autem licenciandis sedentibus in ordine quo fuerant evocati, predictus dominus subcancellarius habuit orationem disertam et elegantem; qua finita, ipsis novem baccalariis, genibus flexis, munus licencie juris canonici auctoritate apostolica impartitus est; sed quia dominus Tulleu ante finem actus recessit cum notario quem secum habebat, nullum habui notarium a quo possem de premissis petere confici instrumentum.

Premissis autem peractis, domini doctores presentes cum novem licenciandis et pluribus aliis ipsis assistentibus de aula prescripta descenderunt, et stantes in ingressu descensus omnibus et singulis qui actum decoraverant graciarum actiones egerunt, ac deinceps se traxerunt ante cap(p)ellam inferiorem domini episcopi Parisiensis, ubi dicti licenciandi per organum magistri Guillermi le Forestier immensas graciarum actiones reddiderunt Facultati et singulis dominis doctoribus de laboribus per eos assumptis et de honore ipsis licenciandis impenso. Quibus fuit responsum quod Facultas congratulabatur et congaudebat eorum promocioni, et remonstratum quod nullus eorum turbari debebat, si suo judicio non fuerat locum quem meruerat assecutus, (F° 70 v°) quoniam a dominis in numero tam exiguo aliter fieri commode non potuerat. De qua remonstracione, ut prima facie apparebat, magis constantes et pacientes sunt effecti.

Deinde autem pro doctoratu supplicarunt magistri Odo Macheco, Jacobus Lescure, Jacobus de Montigny, Ludovicus de Mota, Philippus Chandron et Guillermus Militis. Quibus fuit responsum quod in die qua missa Facultatis celebrabatur fieri consueverant tales supplicaciones; ideirco, si vellent ipsi supplicantes perseverare, venirent in proxima missa, et eis daretur congruum responsum.

Die xi mensis aprilis, fuit missa et collegium congregatum in scolis majoribus [11 April.] Facultatis, ubi interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Nicolaus de Gruey et ego Regynaldus de Vaccaria loco domini decani, et super-

venit dominus Robertus Gaguin, qui inter cetera recitavit quod habuerat litteras a supremo domino nostro rege, quibus mandabatur ad curiam proficisci, supplicans pro mensibus rigoroso et gracioso, qui sibi fuere concessi; et deinde recessit xm ejusdem mensis, prout per alterum suorum servitorum et alias debite extiti informatus.

[14 Avril.] Die sabbati xiii Aprilis, vigilia Dominice in Ramis Palmarum, dominus Henricus Thiboust legit solemniter Decretalem *Omnis utriusque sexus, de penitentia et remissione,* in majoribus scholis Facultatis, hora consueta, et hoc ordine suo promocionis cum aliis duobus dominis doctoribus, jure tamen debito, racione nove regencie[1].

[1er Mai.] Die prima mensis Maii, dominus Robertus Gaguin Parisius ap[p]licuit et ex curia supremi domini nostri Regis reversus est.

[4 Mai.] Die veneris quarta mensis Maii, fuit missa et collegium congregatum in cap(p)ella sancti Johannis Jherosolimitani, ubi comparuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picard, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Henricus Thiboult et ego Regynaldus de Vaccaria loco domini decani; a quibus conclusum extitit quod die veneris proxima celebraretur missa et legerent domini doctores.

[11 Mai.] Die veneris xi mensis Maii, fuit lectura dominorum doctorum, et post lecturam missa et collegium, ubi interfuerunt domini Ambrosius de Cambray, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picard, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboult et ego Regynaldus de Vaccaria, habens munimenta decanatus. Fuitque positum in medium quod plures bursarii collegiorum Universitatis Parisiensis, pro scolaribus in Facultate Decretorum se gerentes et eo pretextu privilegiis scolaritatis gaudentes, qui, per statuta collegiorum et ordinaciones fundatorum post tempus per eos acquisitum tenebantur Parisius recipere gradus suos in dicta Facultate, spreta dicta Universitate, in fraudem extremarum voluntatum prescriptorum fundatorum (F° 71 r°) et contemptum dicte Facultatis, ad suscipiendos gradus baccalariatus et licencie ad alias Universitates convolaverant et se transtulerant, ac e vestigio revertebantur Parisius, ut ibidem sicut prius privilegiis scolaritatis uterentur et gauderent, prout faciebant; insuper, quod plures erant abusores in Facultate Decretorum, qui, quamvis Parisius non facerent residenciam continuam nec lecturas dominorum doctorum aut primi legentis frequentarent, prout per statuta ipsius Facul-

[1] Cette mention a été ajoutée au bas de la page par Ambroise de Cambray.

tatis tenebantur, nichilominus de die in diem, absque certificacione illius quem dicunt et asserunt esse suum doctorem, a domino rectore Universitatis tanquam veri scolares litteras testimoniales, citatorias, protectorias et alia expleta impetrabant ac obtinebant in grave prejudicium ipsius Facultatis, dampnum quoque et gravamen plurimorum. Super quibus extitit deliberatum et conclusum quod pro parte Facultatis de premissis fieret querimonia in plena Universitate et ibidem peteretur quod fierent inhibiciones domino rectori, ne de cetero haberet sigillare tales litteras pro quocumque se dicente scolarem, nisi prius de ipsius scolaris pretensi scolaritate esset litteratorie per doctorem aut alias legitime certificatus, quodque adversus dictos bursarios et abusores per substractionem bursarum et resecacionem a Facultate, si opus esset, aut alias rigidius erat procedendum, necnon apud magistros dictorum collegiorum insistendum, quod ad id vellent laborare et intendere ad honorem Universitatis et utilitatem ac profectum collegiorum et scolarium supradictorum. Et eadem die, in Sancto Mathurino Parisius, Universitate ibidem congregata, facta extitit de premissis querimonia et supplicacio super remedio adhibendo; que fuit in forma exaudita.

Die jovis XVII mensis Maii, fuit missa et collegium, in quo presentes fuerunt dominus Ambrosius de Cambray, decanus, Stephanus de Veteri Villa, Henricus Thiboult et ego Reginaldus de Vaccaria, fuitque super aliquibus positis tunc in medium conclusum quod ad ea specialiter Facultas vocaretur. 17 Mai.

Eodem die [1], concluditur quod querimonia gravis pro parte Facultatis fiat in congregacione generali Universitatis, que tunc ipso die celebrabatur, de dominis rectoribus Universitatis, qui passim, sine discrecione personarum et rerum, expediunt litteras citatorias, testimoniales et alias in diversis negociis pro quibuscumque se dicentibus scholares Facultatis Decretorum, absque certificacione doctoris proprii ejusdem Facultatis; quod simliter notarii conservacionis eodem modo ipsas litteras subsignant; unde committuntur abusus infiniti, et clamores insurgunt validi officiariorum regis contra ipsam Facultatem pariter et Universitatem. Ex quo fit quod veri scholares paciuntur et impediuntur per regis officiarios ne suis privilegiis utantur, pretextu abusorum; nam sepius impediunt justos peccata malorum. Requirebat propterea Facultas super hoc provisionem per Universitatem dari.

Que quidem querimonia extitit facta per decanum Facultatis in ipsa congregacione nomine Facultatis, et concluditur per Universitatem quod de cetero rector nullo modo sigillet aliquam litteram pro quocumque se dicente scholarem in Facultate Decretorum, nisi prius habita littera testimoniali sui proprii doctoris, subscripta manu propria doctoris, et non sigillo vel signeto cereo sigillata. Et hujus

[1] A partir d'ici, Ambroise de Cambray a repris lui-même la rédaction du Mémorial.

conclusionis litteras expedivit decanus signatas manu et signo scribe Universitatis et sigillatas sigillo rectoris.

Conqueritur eciam in congregacione Universitatis idem decanus quod aliqui bursarii collegiorum de Plessiaco[1] et de Dinvilla[2], qui sumptibus collegiorum et Universitatis vivunt, et fundaciones facte sunt ut similes bursarii prof(f)iciant in ipsa Universitate ibidem gradus suos recipiendo, nichilominus idem bursarii, licet tempus et scienciam acquirant in ipsa Facultate, vadunt Aurelеanis, ibidem recipientes suos gradus baccalariatus et licencie, spernentes matrem Universitatem, que ipsos pabulo doctrine aluit et in aliis victualibus sustentavit sumptibus collegiorum, defraudantes suos magistros et legentes ac similiter doctores suis juribus merito pro hoc debitis.

(F° 71 v°). Concluditur per Universitatem super facto illorum bursariorum quod deputentur aliqui qui super rebus predictis se diligenter informent, et eorum relacione in Universitate facta, similiter et de statutis dictorum collegiorum Universitas recte providebit.

Dictum extitit insuper quod super diversis negociis Facultatem tangentibus Facultas congregabitur die dominico proximo apud domum domini Johannis de Courcellis, hora quinta post meridiem, et per cedulam specialem fiet convocacio.

[20 Mai.] Die dominico xx Maii, convocatis singulis dominis per cedulam apud domum domini Johannis de Courcellis, hora quarta post meridiem, et ibidem comparentibus dominis Johanne de Courcellis, Roberto Tulleu, Stephano de Veteri Villa, Johanne Picart, Johanne du Pleis, Andrea Wasselin, Roberto Gaguin, Henrico Thiboust, Reginaldo de Vaccaria et me Ambrosio de Cambray, concluditur juxta deliberacionem Universitatis quod de cetero nullus doctorum det litteram sive cedulam suam certificatoriam, nisi certo sciverit illum esse suum verum scholarem, vel si forsan talis fuerit qui noviter velit studere, nisi prius coram doctore juraverit quod intendit studere et frequentare suas lectiones doctorales similiter et lecturam legentis ordinarium de mane, et quod de cetero tales cedule certificatorie non sigillo, sed signo manuali doctoris signentur; alias nulle sint. Quia vero contingere potest ut in absencia alicujus doctoris, aliquis ipsius doctoris scholaris indigeret cedula certificatoria, que signo manuali subsignari non posset, ideo providetur quod doctor se absentando poterit alium doctorem regentem deligere, qui suo nomine illas cedulas expedire poterit sub signo suo, recepto tamen a scholare juramento quod est scholaris prefati doctoris absentis, et quod intendit frequentare lectiones tam sui doctoris quam legentis de mane, ut dictum est in proximo precedenti articulo.

[1] Sur le collège du Plessis (1323), voy. Jaillot, *Recherches critiques... sur la ville de Paris*, t. IV, *Quartier Saint-Benoît*, p. 113-115.

[2] Sur le collège de Dainville, fondé en 1380 par Michel de Dainville, voy. Jaillot, ouvr. cité, t. V, *Quartier Saint-André-des-Arcs*, p. 60-61.

Insuper ordinatur quod scripto publicetur per bidellum majorem Facultatis in scholis majoribus, hora lecture ordinarie, quod Facultas declarat non reputare esse supposita dicte Facultatis illos qui baccalariatus aut licencie gradum in jure canonico receperunt alibi quam in Universitate Parisiensi, etc.; et omnino sub debito juramenti, quod nullomodo per doctorem aut legentes ordinarium de mane detur cedula certificatoria aut alias, etc.

Voluit eciam Facultas quod adjornentur illi de Universitate Aurelianensi ad curiam Parlamenti, ad videndum se declarari penas incurrisse in arresto curie Parlamenti contentas, etc.

Die veneris XXV Maii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. [25 Mai.]

Die mercurii XXX Maii, missa et collegium : presentes illis fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust et ego Ambrosius de Cambray. [30 Mai.]

Die jovis VII Junii, missa et collegium. Ipsis interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. [7 Juin.]

Exhibet idem decanus id quod confecerat pro declaracione illa de qua supra XX Maii immediate, super baccalariis et licenciatis in jure canonico in aliis Universitatibus non censendis esse supposita Facultatis, etc; et placuit Facultati. Simul et ordinatur quod publicetur solemniter per bidellum in majoribus scholis, hora lecture ordinarie, et nedum uno die, sed vicibus et diebus iteratis, etc. Tenor vero litterarum predictarum Facultatis, que, ut predicitur, publicate fuerunt modo predicto, sequitur :

« Nos, decanus et collegium doctorum Facultatis Decretorum Parisius, notum facimus universis ad nostram pervenisse noticiam aliquos esse, tam in hac civitate Parisiensi quam extra eam commorantes, qui, licet post sui decursum studii baccalariatus aut licencie gradum in jure canonico in aliis quam Parisiensi Universitatibus susceperint, neque postea fuerint consorcio suppositorum dicte Facultatis aggregati, se nichilominus studentes et supposita in ipsa Decretorum Facultate Parisius affirmare non erubescunt, quo privilegiis Universitatis Parisiensis gaudere seu pocius abuti possint et valeant. Nos vero, considerantes hujusmodi baccalarios et licenciatos non de foro nostro, sed extra nostram penitus ditionem existere, eo quod nec prefati sic baccalarii ad licencie neque pariter licenciati ad doctoratus gradum in jure canonico Parisius ullo unquam tempore valent ascen-

dere: attendentesque insuper quod, sub tali scholaritatis velamine, dictis sic privilegiis uti sit manifestus abusus, in sue salutis periculum, nostre Facultatis notam plurimorumque detrimentum; quos abusus honestas simul et equitas compescere suadent, et ipsa mater Universitas sua sentencia diebus novissimis censuit reprimendos omnique via corrigendos; tenore presencium declaramus quod similes in jure canonico baccalarios (F° 72 r°) aut licenciatos extra Universitatem Parisiensem presentes et futuros nullomodo acceptamus, neque eos ut dicte nostre Facultatis supposita, sed tanquam ab ea penitus alienos tenuimus et reputavimus, et nunc adhuc tenemus, dicimus et reputamus; eosque propterea volumus, declaramus et ordinamus non posse aut debere uti vel gaudere quoquomodo privilegiis et aliis libertatibus quibus doctores, licenciati, baccalarii et scholares dicte Facultatis nostre Decretorum Parisius, tanquam ipsius Universitatis supposita, gaudere consueverunt. Datum Parisius, in collegio nostro celebrato apud ecclesiam Sancti Johannis Jherosolimitani, die septimo mensis Junii anni Domini mil[l]esimi quadringentesimi octuagesimi primi, sub sigillo decanatus dicte Facultatis.»

Voluit eciam Facultas quod convocentur consiliarii Facultatis ad videndum quibus mediis procedetur contra illos de Universitate Aurelianensi juxta conclusionem habitam die xx Maii ultimate lapso; eciam expediatur monitorium nomine promotoris Universitatis Parisiensis contra magistrum Sanxonem Cormereau [1], doctorem regentem in jure civili Aureleanis, qui, abutendo privilegiis Universitatis Parisiensis, dum Aureleanis residet, per circumvencionem obtinet citatorium contra aliquos, quos evocat in judicium coram conservatore privilegiorum ap(p)ostolicorum Universitatis Parisiensis, et quod citacio sit quod personaliter compareat coram rectore et tota Universitate Parisiensi; contra quem, presentem vel absentem, proponatur in Universitate et petatur quod declaretur abusor, privetur ab ipsa Universitate, et agatur contra eum ad penas juxta mensuram offense et delicti, etc.

[9 Juin.] Die sabbati IX Junii, mil[l]esimo IIIc octuagesimo primo, reverendus pater dominus Robertus Gaguin legit Decretalem solemnem in scholis majoribus Facultatis, hora matutina consueta, et hoc jure debito, tanquam noviter regens in Facultate Decretorum Parisius.

[14 Juin.] Die jovis XIIII Junii missa et collegium, quibus interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

[1] Dans un acte du 25 janvier 1463, Samson Cormereau est nommé «excellentissimus utriusque juris professor». Cf. Marcel Fournier, *Les statuts et privilèges des Universités françaises depuis leur fondation jusqu'en 1789* (Paris, 1890, in-4°), t. I, p. 235, n° 317.

Die jovis xxi Junii, missa et collegium. Illis presentes fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. [21 Juin]

Die jovis xxviii Junii, missa et collegium, quibus interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust et ego Ambrosius de Cambray. [28 Juin.]

Die jovis v Julii, missa et collegium. Presentes ibidem fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria, absente decano. [5 Juillet.]

Die jovis xii Julii, missa et collegium. Illis interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy et Reginaldus de Vaccaria, absente decano. [12 Juillet.]

Significavit magister Dionisius Aligret, primus legens ordinariam lectionem de mane, quod quasi perfecisset lecturam quinti libri Decretalium, et supplicavit quod Facultas sibi assignaret librum per eumdem legendum in scholis pro lectura ordinaria, ut moris est per eamdem Facultatem fieri; tamen, si bonum videretur Facultati sibi assignare pro dicta lectura sextum librum Decretalium cum Apparatu Johannis Andree[1], hoc sibi videbatur esse perutile scholaribus, eo quod omnes quasi scholares haberent libros impressos in quibus est Apparatus Johannis Andree super sexto, et non Apparatus Johannis Monachi[2]. Cui datur responsum quod essent doctores in parvo numero, sed rediret super hac re in prima missa supplicaturus, etc.

Die jovis xix Julii, missa et collegium, quibus presentes fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Johannes Picart, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust et ego Ambrosius de Cambray. [19 Juillet.]

Supplicat denuo primus legens pro lectura sexti libri Decretalium cum Apparatu Johannis Andree, ut fecerat in collegio proxime precedenti. Cui conceditur supplicacio, non sine tamen gravibus racionibus in contrarium allegatis, eo maxime quod semper in schola Parisiensi a primordiis fuit observata lectura Ap-

[1] Giovanni di Andrea a en effet publié, entre autres ouvrages de droit canonique, une *Novella super sexto Decretalium*, qui paraît avoir eu un très grand succès. Hain n'en cite cependant que trois éditions, toutes deux postérieures à 1481 (*Repert. bibliogr.*, t. I, p. 119, n°s 1078, 1079 et 1080).

[2] Jean Lemoine, originaire du diocèse d'Amiens, doyen de l'église de Bayeux en 1291, cardinal du titre des SS. Marcellin et Pierre en 1294, fondateur du collège qui porta son nom, avait écrit un commentaire sur le Sexte qu'il adressa de Rome à l'Université de Paris, le 16 février 1301. Cf. H. Denifle et É. Chatelain, *Chart. Univ. Par.*, t. II, p. 90, n° 617. Il mourut à Avignon le 22 août 1313. Voy. aussi la remarque du *Gallia Christ.*, t. VIII, col. 1631, sur sa prétendue promotion à l'évêché de Meaux.

paratus et glosarum Johannis Monachi, et nunquam Johannis Andree; quod eciam Johannes Monachi nacione Gallicus et doctor in jure canonico Parisius, Johannes vero Andree fuisset Italus, doctor Bononie; Itali vero infesti continuo Gallis et eorum glorie detrahentes[1].

[26 Juillet.] Die jovis xxvi Julii, missa et collegium. Illis interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin et Reginaldus de Vaccaria, absente decano.

[2 Août.] Die jovis secunda mensis Augusti, fuit missa et collegium. Illis presentes comparuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust et Reginaldus de Vaccaria, absente decano.

[9 Août.] Die jovis ix mensis Augusti, celebrantur missa et collegium. Ibidem comparuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Nicolaus de Grucy, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

[17 Août.] (F° 72 v°). Die veneris xvii Augusti, fuit missa et collegium, in quibus comparuerunt domini Robertus Tulleu, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria, absente decano.

[23 Août.] Die jovis xxiii Augusti, celebrantur missa et collegium, quibus interfuerunt domini Robertus Tulleu, Nicolaus de Grucy, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

[27 Août.] Die lune xxvii mensis Augusti, hora fere vi ante meridiem, obiit quondam honorandus dominus Johannes du Pleis, Decretorum doctor Parisius regens[2], in domo sua claustrali ecclesie Parisiensis, cujus erat canonicus prebendatus et succentor, vir honestissime vite et integre probitatis, et divino servicio penitus mancipatus, qui dietim media nocte surgebat ad cantandum matutinos in eadem ecclesia Parisiensi.

Eodem die, decanus Facultatis per cedul(l)am convocavit omnes dominos doctores, regentes et non regentes, ipsius Facultatis ad comparendum in domo domini Johannis de Courcellis et ad associandum cum cappis doctoralibus funus dicti quondam domini du Pleis a domo in qua obierat usque ad ecclesiam Parisiensem

[1] Cette observation est au moins inattendue sous la plume d'Ambroise de Cambray, qui n'avait eu qu'à se louer des Italiens et ne pouvait s'en prendre qu'à lui-même s'il avait dû quitter un pays où il s'était fait en peu de temps une assez brillante situation. Peut-être cherchait-il ainsi à faire oublier son séjour au delà des Alpes.

[2] Cf. la liste des docteurs régents contenue dans le ms. de l'Arsenal n° 1123: elle donne la même date (fol. 23 v°).

et sepulchrum. Ibidem autem comparuerunt domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray, cum cappis doctoralibus, exceptis Courcelles, Thiboust et Cambray, qui cum habitu ecclesie Parisiensis, cujus erant canonici, induebantur; absentibus dominis Stephano de Veteri Villa ab civitate, et Johanne Picart, infirmitate occupato. Comparuerunt etiam magister Robertus de Vado, major, indutus cappa doctorali dicti quondam du Pleis, et Claudius Poculot, minor bidelli Facultatis, cum epit(h)ogio et massis argenteis. Portarunt autem fimbrias pallii funeris, in parte anteriori, domini Henricus Thiboust a dextris, Reginaldus de Vaccaria a sinistris, tanquam Facultatis juniores doctores; in posteriori vero parte, portavit a dextris Ambrosius de Cambray, et dominus Robertus Tulleu a sinistris, tanquam antiquiores; excusato domino de Courcellis propter indisposicionem sue persone, que erat lesa in uno crure et tibia, etc. Sequebantur autem immediate funus decanus Parisiensis [1], tanquam curatus, cum stol(l)a, et qui officium erat celebraturus, et statim domini doctores, bini et bini, antiquiores proximiores funeri, et ita processerunt usque ad chorum ecclesie Parisiensis; et, post celebratas more solito vigilias, iterato illo ordine, processerunt usque ad sepulchrum. Cujus corpore sepulture tradito et officio perfecto, deposuerunt cappas, etc. In crastinum vero redierunt domini doctores ad officium missarum, sed sine cappis; et racio est quia tamdiu reputatur aliquis esse de collegio quamdiu corpus ejus superstat in terris, et non ulterius, etc.

Die jovis xxx Augusti, fuit missa et collegium. Comparuerunt ibidem domini Robertus Tulleu, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. [30 Août.

Die jovis sexta Septembris, missa celebrantur et collegium; quibus interfuerunt domini Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. [6 Septembre.

Die dominico IX Septembris, processiones Universitatis fuerunt apud ecclesiam Sancti Jacobi de Hospitali, in parrochia Sancti Eustachii. Ibidem presentes fuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Johannes Picart, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. [9 Septembre.

Et ibidem supplicarunt pro mense gracioso prefati domini Johannes Picart et Nicolaus de Grucy, quibus conceditur, et omnibus aliis dominis doctoribus qui illo mense gracioso pro hoc anno uti voluerint.

[1] Jean l'Huillier l'alue. Cf. *Gallia Christ.*, t. VII, col. 215 et Louis Thuasne, *Jean l'Huillier, évêque de Meaux et la bibliothèque du Collège de Sorbonne*, dans la *Revue des Bibliothèques*, t. VII (1897), p. 126 et suiv.

[13 Septembre.] Die jovis XIII Septembris, fuit missa et collegium, quibus presentes fuerunt domini Johannes de Courcellis, Stephanus de Veteri Villa, Andreas Wasselin, Nicolaus de Grucy et ego Ambrosius de Cambray.

Concluditur quod decanus alloquetur heredes quondam domini Johannis du Pleis, ipsos hortando quod faciant unum servicium fieri in cap(p)ella Facultatis pro salute anime dicti du Pleis, qui plura bona et honores a dicta Facultate recepit. Quod si hoc agere recusaverint, deliberavit Facultas servicium honestum more solito pro ipso celebrari facere. Decanus autem sepius cum eisdem heredibus verbum habuit; sed, quia inter se sunt plurimum divisi, nullum bonum exitum reportavit, nisi verba et promissiones.

[20 Septembre.] Die jovis XX Septembris, missa et collegium celebrantur. Presentes illis fuerunt domini Johannes de Courcellis, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Nicolaus de Grucy, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

[26 Septembre.] Die mercurii XXVI Septembris, fuit missa et collegium, quibus interfuerunt domini Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

[3 Octobre.] (F° 73 r°). Die mercurii tercia Octobris, celebrantur missa et collegium, quibus presentes fuerunt domini Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray.

Illo die, domini adierunt vicum Scholarum, ut eorum quilibet, suo ordine promocionis, optaret sibi scholas, more solito, in quibus haberet illo anno legere; sed propter absenciam clavigeri non potuerunt illas ingredi et visitare. Quapropter remittitur hec opcio in proximam missam aut in crastinum Sancti Dionisii.

[10 Octobre.] Die mercurii X Octobris, in crastinum Sancti Dionisii, domini Johannes de Courcellis, Robertus Tulleu, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Andreas Wasselin, Robertus Gaguin, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray visitavimus, hora lecture in majoribus scholis, induti cappis doctoralibus, precedentibus bidellis cum epit(h)ogio et baculis argenteis, primum legentem lectionem ordinariam, qui, jubente decano, legit aliquo brevi tempore, in presencia doctorum[1] et cessavit similiter legere ad mandatum decani. Quo facto, habuit primus legens elegantem oracionem in commendacionem sciencie juris canonici, attollendo eciam laudibus ipsos dominos doctores. Quibus peractis, major bidellus legit statuta Facultatis, que singulis annis illo die legi consueverunt. Et postea

[1] Ms. *doctores*.

recesserunt domini doctores[1], et similiter legens et scholares exierunt scholas, etc.

Hoc die, domini prefati doctores optarunt et sibi delegerunt scholas illas, pro hoc anno, quas habuissent anno proxime lapso, etc.

Die jovis XI Octobris, fuit missa et collegium. Comparuerunt ibidem domini Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Robertus Gagnin et ego Ambrosius de Cambray. [11 Octobre.]

Ipso die, Petrus Falaise, clericus, Aurelianensis diocesis, baccalarius in jure canonico Parisius, exhibuit in Facultate quasdam litteras nominacionis dicte Facultatis ad certas collaciones pro prefato Falaise, de anno Domini M III LXXVI, sigillatas ma(n)gno sigillo Facultatis et subsignatas manu et signo magistri Roberti du Gué; sed in ipsis litteris obmissum fuerat designare mensem et diem expedicionis illius, et propterea ab adversariis arguebantur falso; supplicabat datam mensis et diei apponi. Quibus litteris diligenter examinatis et recognitis per Facultatem et dictum du Gué sigillo ac signo manuali, ordinatur quod nulla alia data apponetur, eo quod ignoratur, cum de similibus litteris nullum registrum conficiatur; sed conficientur littere nomine decani et collegii Facultatis, que pari ma(n)gno sigillo sigillabuntur et signo manuali prefati du Gué subscribentur, inserenturque et colligabuntur prioribus litteris nominacionis; et attestabitur Facultas dictas litteras nominacionis esse validas et datam esse obmissam errore et oblivione notarii predicti du Gué; quod et factum est.

Die mercurii XVII Octobris, missa et collegium. Presentes ibidem fuerunt domini Johannes de Courcellis, Stephanus de Veteri Villa, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. [17 Octobre.]

Die jovis XXV Octobris, celebrantur missa et collegium. Comparuerunt illis domini Johannes de Courcellis, Stephanus de Veteri Villa, Jacobus Junii, Robertus Gagnin, Henricus Thiboust, Reginaldus de Vaccaria et ego Ambrosius de Cambray. [25 Octobre.]

Concluditur quod domini doctor(al)es resument suas lectiones doctorales die veneris IX novembris, et illa eadem die celebrabitur missa Facultatis, et fient electiones officiariorum, decani videlicet et thesaurarii. Et licet communi observacione deberent predicta omnia fieri die jovis proxima VIII Novembris, neque esset illo die quodvis impedimentum quominus predicta omnia persolverentur, nichilominus, quia illo die jovis pretorium conservatoris Universitatis tenetur eciam illa eadem hora qua domini doctores legere consueverunt, et propterea plures scholares Facultatis, qui astringuntur assistere judicio et curie conservacionis, non possunt

[1] Ms. *scholares*.

